UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00360215 8

Oxford Historical Society
VOL. XC

CARTULARY OF OSENEY ABBEY
VOLUME II

Eng. Hist.
I
S
O

CARTULARY OF OSENEY ABBEY

By

THE REV. H. E. SALTER, M.A.

Fellow of Magdalen College

VOLUME II

234576
18.7.29.

OXFORD

At the CLARENDON PRESS *for the*

OXFORD HISTORICAL SOCIETY

M CM XXIX

DA
690
097
08
v.90

Printed in Great Britain

CONTENTS

		PAGE
IX.	St. Martin's	1
X.	St. Peter le Bailey	74
XI.	St. Budoc	105
XII.	St. Ebbe's	120
XIII.	St. Aldate's	153
XIV.	St. Michael's, South	166
XV.	Holywell Mill	186
XVI.	St. Clement's	188
XVII.	St. Giles	195
XVIII.	St. Mary Magdalen	214
XIX.	St. Thomas	344
XX.	Unidentified Parishes	550
XXI.	Miscellaneous Deeds	558
	Tenements of Christ Church	583
	Appendix	633

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/publications90oxfo

LIST OF PLANS

The Tenements of Oseney in the Parish of St. Thomas . . . . *face page* 380

Botley Cawsey in 1606 . . . *face page* 633

The Meadows between Oseney and Botley *between pages* 634 and 635

A map showing the boundaries of Oxford *between pages* 634 and 635

A map of Rewley . . . . *face page* 636

THE CARTULARY OF OSENEY ABBEY

IX. ST. MARTIN'S.

1. Rycot's Shops.

The charter of Roger de Marton (no. 252) conveys to Oseney two of the Rycot shops, the eighth and the eleventh; but the Oseney rentals show that the abbey possessed the freehold of four shops, and they were probably acquired from John de Bybury. The following deeds show that he owned the eighth and the ninth in 1336, that he acquired the tenth in 1340, by which time the eleventh also belonged to him. It is unknown when this property was lost, but it must have been between 1540 and 1570. For the situation of Rycot's shops see vol. i, pp. 28, 29.

The twelfth Rycot shop, which paid a rent to Oseney, seems to have fallen into disrepair after the Black Death, and we have two deeds about the rebuilding of it.

509.

[John de Bibury leases two shops to John de Odiham.]

Inter Iohannem de Bibury ex una parte & Iohannem de Odiham ex altera parte conuentum est in hunc modum, scilicet quod predictus Iohannes de Bibury concessit, tradidit & dimisit predicto Iohanni de Odiham duas shopas cum pert. in Oxon', situatas in parochia sancti Martini inter tenementum Priorisse de Nunne Etone ex una parte & tenementum Iohanne de Wycombe ex altera parte: habendas & tenendas predicto Iohanni de Odiham, heredibus & assignatis suis a festo sancti Michaelis proximo futuro post datam huius scripti usque ad finem decem annorum proximo sequencium; reddendo inde annuatim eidem Iohanni de Bibury, heredibus & assignatis suis durante termino predicto viginti solidos ad quatuor terminos [viz. Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24] equis porcionibus. Et concedit predictus Iohannes de Bibury pro se & heredibus suis quod ipse predictas duas shopas nulli alii quam dicto Iohanni de Odiham locabit seu dimittet, quamdiu predictus Iohannes de Odiham redditum predictum sibi bene soluerit. [If the rent is withheld, John de Bibury may expel the tenant.] Et predictus [&c. warranty]. In

S. Martin 39 Aug. 3, 1336

cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxon', Waltero de Farendone & Iohanne de Brehulle tunc balliuis, Ricardo de Wyndesore, Willelmo de la More seniore, Iohanne de Langrissh clerico & aliis. Datum apud Oxon' tercio die Augusti anno regni regis Edwardi tercii post conquestum decimo.

510.

[Joan, widow of Walter de Wycombe, quitclaims to John de Bybury a shop in St. Martin's.]

S. Martin 58 Sept. 3, 1340

Nouerint uniuersi me Iohannam uxorem quondam Walteri de Wycombe de Oxon' remisisse & omnino quietum clamasse pro me & heredibus meis Iohanni de Bybury de Oxon' & heredibus suis ac suis assignatis imperpetuum totum ius & clamium que habui seu habere potero infuturum in una shopa cum suis pert. in Oxon' situata in parochia sancti Martini inter tenementa predicti Iohannis de Bybury ex utraque parte, quam quidem shopam predictam cum suis pert. idem Iohannes de Bybury nuper habuit ad terminum vite sue ex dimissione mea: ita quod nec ego [&c.]. Preterea ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc maiore ville Oxon', Ricardo de Selewode & Iohanne de Aleston tunc balliuis, Ricardo Cary, Stephano de Adyntone, Iohanne Peggy, Willelmo de Chilham, Willelmo Lirmongere, Thoma de Leghe clerico & aliis. Datum apud Oxon' tercio die Septembris anno regni Anglie regis Edwardi tercii quartodecimo, regni vero sui Francie primo.

510 A.

[Walter Attemore and Isabella his wife promise to rebuild a seld.]

Feb. 25, 1360

Ceste endenture faite le vyntisme quynt' iour de Feuerer a Oseneye lan du regne le Roi Edward' tierce apres le conqueste trentisme quart' entre labbe & Couent de Oseneye dune part & Walter atte More de Oxenford & Isabelle sa femme dautre part tesmoigne que come lauantdit Wauter est oblige au dit labbe & Couent en qatre liures dargent par une obligacion destatut de marchant a paier en la fest de seynt Michel proscheyn auenir apres la fesaunce de cestes les ditz Abbe & Couent grauntent pour eux & lour successours que

si les auantditz Wauter & Isabelle facent ou faire facent une seude[1] en Oxenforde en une tenement iouste Iohn' de Couyntre bien & couenablement deinz ces oet annz prochenis auenire & un autre maison deinz le dit tenement, solonc le purport & effect dune escrit endente fait' entre les ditz parties, que a donque la dite obligacion de quatre liures destatut marchant serra tenuz pour nulle, einz perde sa force a touz iours. Et les auantditz Wauter & Isabelle grauntent pour eux, lour heyres & lour executours que sils faillont des ditz couenantz, que la dite obligacion estoiseen sa force. En tesmoignaunce de quele chose les parties susdites a cestes endentures entrechaungeablement ount mys lour seals. Don a Oseneye le iour & lan susditz.[2]

511.

[Oseney grants to Thomas Somerset that his rent shall be reduced to 8 d., for the lives of himself, his wife, and son.]

S. Martin 49 Mar. 17, 1376

Hec indentura facta apud Oseneyam inter religiosos viros Abbatem & Conuentum de Osen' ex parte una & Thomam Somersete burgensem ville Oxon' ex parte altera testatur, quod cum predictus Thomas nuper adquisiuit sibi & Elene uxori sue & heredibus ac assignatis ipsius Thome imperpetuum de Ricardo Forster de Staunton seint John quandam vacuam placeam iacentem in alto vico in parochia sancti Martini Oxon' olim vocat[am] duodecima schopa Ruycote,[3] que quidem vacua placea oneratur de quodam annuo redditu seruicii duorum solidorum & octo denariorum predictis Abbati & Conuentui imperpetuum reddend' & soluend' ad terminos consuetos; uolunt tamen & concedunt predicti Abbas & Conuentus, quod si dictus Thomas, infra unum annum proximo sequentem, domum, schopam aut edificium supra vacuam placeam predictam sumptibus suis fecerit vel edificauerit, quod tunc statim post illam placeam sic factam, constructam & edificatam dictus Thomas, Elena & Thomas, filius eorundem T. & E., eandem placeam habeant & teneant usque ad finem termini sexaginta annorum, si dicti T., E. & T. ita diu uixerint, pro redditu octo denariorum annuatim predictis Abbati & Conuentui reddendorum & soluendorum tantummodo, & quod solucio duorum solidorum de predicto annuo redditu

[1] Apparently altered to *sheude*.

[2] This deed is among the St. Thomas' deeds. It is suggested that it is about the twelfth Rycot shop, which was also the entrance to the Roebuck.

[3] Now the SW. corner of Woolworth's.

duorum solidorum & octo denariorum medio tempore relaxetur & perdonetur durante tota vita ipsorum Thome, Elene & Thome. Et si predicti T., E. & T. infra terminum predictorum LX annorum obierint, tunc post eorum decessum heredes vel assignati ipsius Thome Somersete reddent & soluent predictis Abbati & Conuentui aut eorum successoribus pro placea supradicta annuatim II s. VIII d. ad quorumcunque manus dicta placea tunc deuenerit. [The owners may distrain for their rent.] In cuius [&c. sealing]: dat' in domo capitulari Oseneye septimodecimo die mensis Marcii, anno Domini M CCC septuagesimo quinto, & anno regni regis Edwardi III quinquagesimo.

2. Mauger's Hall or the Cross Inn.

About the year 1188 Waleran of Cricklade gave to Oseney a property on the east side of Cornmarket. The abbey apparently rebuilt it, constructing four shops in front on the ground floor; these it let at a fixed rent of 8*s.* each, and the main tenement was let to Mauger the vintner at a fixed rent of 4*s.*, and the rentals show that 1*s.* besides was paid for a garden, probably that portion of the Cross Inn which is in All Saints' parish. Mauger acquired two adjacent properties, one from Merton Priory and one from Littlemore, and all three were formed into an inn, which has now continued for more than 700 years.

512.

[Robert, son of Iungwin, sells land to Waleran of Cricklade.]

S. Martin I B. 93v Spring, 1182

Sciant tam futuri quam presentes quod ego Robertus filius Iunguini dedi & concessi Waleranno de Crikelade pro seruitio suo & pro pecunia sua, scilicet XVIII marc[is] argenti, totam terram meam in Oxenefordia que est inter domum predicti Waleranni & domum Edwini de Oxeneforde in foro, tenendam de me & heredibus meis illi & heredibus suis libere & quiete & integre & h[ered]itabiliter, sicut unquam antecessores mei melius & liberius tenuerunt, pro X solidis annuatim reddendis pro omni seruicio. De hac predicta pecunia dedit michi prenominatus Waleranus X marcas argenti & octo marcas dabit uel heredes sui michi uel heredibus meis, quando seisionem suam de predicta terra in foro Oxeneforde recipiet de me uel de heredibus meis. Et ego Robertus pro posse meo simul

cum consilio Waleranni prenominati predictam terram deliberabo Waleranno uel heredibus suis ego uel heredes mei ad festum sancti Iohannis in media estate anno XXVIIIvo coronationis regis H. secundi: et si ego forte uel heredes mei ad terminum illum deliberare non poterimus, deliberabimus illi uel heredibus suis ad terminum quem ab illo uel heredibus suis deprecare poterimus. Preterea sciant omnes quod ego Robertus inuadiaui terram meam super pontem de Sut & molendinum quod teneo de sancta Frideswida[1] & partem meam de molendino de Langeford[2] predicto Waleranno pro IX marcis argenti, & ipse tenebit omnia ista in uadio donec predictus Robertus uel heredes sui seisiant prenominatum Waleranum uel heredes suos de predicta terra que est in foro de Oxeneforde, saluo iure domini, & post seisionem factam illi uel heredibus suis de me uel de heredibus meis ipse tenebit uel heredes sui terram illam super pontem de Sut & molendina mea in manu sua donec ipsa uadia sese acquietauerint uersus prenominatum Walerannum uel heredes suos de IX marcis enprentatis super terram & super molendina, saluo iure dominorum. Et si aliquid super terram meam uel molendina mea interim expendiderit, reddam ei uel heredibus suis omnino expensam suam. Hec affidaui & sacramento confirmaui tenenda illi uel heredibus suis ego & Matillidis uxor mea & heredes mei sine malo ingenio. Testibus, Lamberto filio Toui, Iohanne Kepeharm, Hugone Kepeharm, Thoma filio Eilrici, Amfrido filio Ricardi, Willelmo Pretore, Henrico Pretore, Nigello clerico & Iohanne fratre suo, Waltero filio Uitelli, Radulfo Padi, Edwino socio Wiardi, Andrea filio Wlwini, Henrico filio Segrim qui similiter affidauit quod pro posse suo sine pecunia ponenda faciet Robertum predictum tenere predictam conventionem, si retrahere vellet a conventione.[3]

513.

[Certificate by the aldermen that the purchase has been completed.]

Notum sit tam futuris quam presentibus quod Rodbertus filius Iunguini concessit & liberauit Walerano de Crikelade totam terram **S. Martin 2 B. 94r June, 1182**

[1] Probably Trill Mill.

[2] Langford Mill was Weirs Mill; see *Chronicon de Abingdon*, ii. 123 (Rolls Ser.).

[3] With a circular seal, 1¾ inches in diameter, an eagle, SI[GILL' R]ODBERTI FILII IVGWINI. Waleran is mentioned *Ripe Roll* 19 Hen. II, p. 51; he was a *serviens thesauri*.

suam que est in Oxeneforde inter domum Eadwini socii Wiardi & inter domum que fuit Fulkonis Dagun, tenendam de eo & heredibus suis, illi & heredibus suis pro decem solidis reddendis annuatim pro omni seruicio per concessionem Pulcele matris sue & Matillidis uxoris sue & Rodberti Baratoris & filii sui; & pro hac concessione dedit predictus Waleranus prenominato Rodberto filio Iunguini XVIII marcas argenti. Hanc conuencionem & saisinam huius terre fecit Rodbertus filius Iunguini Walerano de Crikelade per baculum quendam coram Roberto de Witefeld, qui tunc fuit uicecomes de Oxenefordesire & coram Amfrido & Lamberto qui tunc fuerunt Aldermani Oxeneforde, in pleno placito[1] domini regis coram uillata eiusdem uille; & idcirco consilio Iohannis Kepeharm, & Thome filio Ailrici, & Hugonis Kepeharm, & Willelmi pretoris & consilio aliorum proborum hominum Oxenefordie qui tunc ibi fuerunt, nos Aldermani per sigilla nostra confirmamus.[2]

514.

[Waleran of Cricklade grants his land to Oseney.]

S. Martin 3 B. 94r 1187-91

Ego, Galerannus de Crikelade, notum facio omnibus ad quos per successiones temporum presens scriptum peruenerit, quod diuine pietatis intuitu concessi & dedi pro remedio anime mee & Aalitie uxoris mee & filiorum meorum ecclesie de Osenee & fratribus ibidem deo seruientibus terram quam ego emi in Oxenefordia a Roberto filio Iwngine cum omnibus pertinentiis eius post decessum predicte Aalizie uxoris mee, libere & quiete perhenniter possidendam, ita uidelicet quod sepedicta Aaliz uxor mea quoad uixerit pro terra illa & pertinentiis eius annuatim ecclesie prenominate aureum unum persoluet. Preterea sciendum quod eidem ecclesie ex integro concessi debita que predictus Robertus filius Iwngine michi debet; hiis testibus, Roberto Abbate Malmesburi, Augustino sacrista, Iohanne de la Wyke, magistro Wigerio.[3]

[1] *placido* in the original.

[2] With two circular seals, each 1½ inches in diameter: on the left, a duck with expanded wings, SIGI[LL]VM LAMBERTI OX[ ]; on the right, a pattern, perhaps meant for a turtle, SIGILLVM ANFRIDI FILII RICARDI.

[3] With a circular seal, 1⅜ inches in diameter: a bird, perhaps a partridge, standing on the ground, facing the right, with raised wings: inscription illegible. Robert became abbot of Malmesbury in 1187.

515.

[Testimony of the abbot of Malmesbury to the last testament of Waleran.]

S. Martin 4 B. 93v 1187-91

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Robertus diuina pietate Malmesbiriensis ecclesie dictus Abbas eternam in domino salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos interfuisse testamento pie recordationis Waleranni de Crikelada in extremis positi & audisse ab ore eius ea que idem legauit ecclesie sancte Marie de Oseneia & Canonicis ibidem deo seruientibus, scilicet terram quam memoratus Walerannus emit in Oxeneford' a Roberto filio Iunguine cum omnibus pertinentiis eius post decessum Aalicie uxoris predicti Waleranni libere & quiete perhenniter possidendam: ita uidelicet quod eadem Aalicia quoad uixerit pro terra illa & pertinentiis eius annuatim ecclesie prenominate de Osen' aureum unum persoluet; et preterea debita que predictus Robertus filius Iunguine eidem Waleranno debuit; et preter predicta legauit eidem ecclesie medietatem molendini de Langeforde prope pontem australem ciuitatis Oxeneford', ita quidem ut si Walerannus filius Basilie filie sue sine herede de uxore legitima proueniente ab hoc seculo migrauerit, ipsa medietas cum omni iure quod in ea Walerannus habuerat in dominium & possessionem ecclesie Oseneiensis libere & integre transibit. Et ne huius rei ueritas posteros lateat, eam presenti scripto sigillo nostro roborato attestamur.[1]

516.

[Andrew, son of Walerand, confirms his father's grant.]

S. Martin 5 B. 93v c. 1200

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit tam presentibus quam futuris Andreas filius Walerandi de Crikelade salutem. Cartam Walerandi patris mei inspexi in hac forma 'Ego Galerannus de Crikelade notum facio omnibus ad quos per successiones temporum presens scriptum peruenerit [&c. as above] . . . Wigero'. Ego igitur prescriptam patris mei donationem concedo & hac carta confirmo. Hiis testibus, Osberto filio Ricardi, Willelmo de Chesneto, Iohanne

[1] A green seal, pointed oval, $2\frac{1}{2}$ inches by $1\frac{3}{4}$ inches, a full length figure of an abbot, a pastoral staff in his right hand, SIGILLVM ROBERTI AB[BATIS] MAL[ ]. The reverse seal is oval, not pointed, $1\frac{1}{8}$ inches by 1 inch, a man's head, probably a gem, SIGNO CREDATIS ET LITTERE.

de la Wicha, Stephano de Badeleching, Nigello de Coleshulle, Ailmaro de Seuenhamton, Ricardo filio Osberti, Waltero filio Uiel, Philippo de Osen', Willelmo de Sandwiz, Iohanne Bretel.

517.

[Robert, son of Iungwin, confirms the gift of Walerand.]

MS. Rawl. D. 1138, f. 68 B. 94[r] Mich. 1190-Mich. 1191

Sciant [&c.] quod ego Robertus filius Iungwine, assensu Roberti filii mei, concessi & presenti carta mea confirmaui ecclesie sancte Marie de Osenei & Abbati & Canonicis ibidem deo seruientibus totam terram quam Walerandus de Crikelade de me tenuit in magno uico Oxenefordie, tenendam de me & de heredibus meis in perpetuum per liberum seruicium octo solidorum michi & heredibus meis inde annuatim soluendorum pro omnibus seruiciis, scilicet medietatem ad festum sancte Marie in Marcio, & aliam medietatem ad festum sancti Michaelis: et ego remisi eisdem Canonicis & in perpetuum quietos clamaui duos solidos annuos de illis decem solidis, quos predictus Walerandus michi annuatim de eadem terra reddere consueuerat. Ego eciam & heredes mei debemus warantizare ubique eandem terram predictis Canonicis per predictum seruicium octo solidorum annuorum, & acquietabimus eam de omnibus rebus erga dominum regem & erga dominum de Walingefordia & erga omnes homines. Et hoc fideliter tenendum affidauimus ego & Robertus filius meus pro nobis & pro heredibus nostris. Idem uero Canonici pro hac warantizatione nostra & remissione duorum solidorum predictorum dederunt nobis tres marcas & dimidiam. Hiis testibus, Nigello decano, Iohanne Kepeharm tunc Aldermanno, Thoma de Tademartune & Laurencio Kepeharm tunc prepositis, Willelmo filio Radulfi, Thoma filio Ailrici, Henrico filio Segrim, Radulfo Padi, Waltero filio Uiel, Malgero Uinitario, Henrico de Chaudrei, Henrico de Lisewis, & multis aliis in Portemannemot.

518.

[Robert, son of Robert, son of Iungwin, confirms to Oseney the land of Walerand.]

S. Martin 6 B. 94 1190-93

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus filius Roberti Iungwine concessi & presenti carta confirmaui deo [&c.] totam terram illam in magno uico Oxeneforde quam Walerandus de Crikelade illis dedit, tenendam de me & de heredibus meis in perpetuum per sex

denarios annuos michi & heredibus meis reddendos ad festum sancti Michaelis pro omnibus seruiciis ad me pertinentibus: Abbas & Canonici de Oseneia predictam terram adquietabunt erga dominum regem & erga dominum de Walingeforde[1] de redditu qui ad eos pertinet, uidelicet de septem solidis & sex denariis annuatim reddendis. Pro hac concessione & confirmatione dederunt michi predicti Abbas & Canonici dimidiam marcam argenti. Hiis testibus, Laurentio Kepeherm, Thoma filio Ailrici, Adam Rufo, Filippo preposito, Malgero Uinitario, Thoma filio Edwini, Henrico Chauderei, Lamberto, Turaldo Cordewanariis, Roberto filio Oein, Henrico de Lisewis, Willelmo filio Ailnad, Beneit Kepeherm.[2]

519.

[Oseney grants the house to Malger the vintner, but retains the shops in front.]

S. Martin 8 B. 179r 1190-93

Sciant [&c.] quod ego Hugo Abbas Oseneie & eiusdem loci Conuentus concessimus & dimisimus Malgero Vinetario & heredibus eius totam terram quam Walerandus de Crikelade nobis dedit in Oxenefordia cum edificiis que super edificauimus, preter quatuor seldas quas in manus nostras retinemus. Quod tenementum idem Malgerus & heredes eius tenebunt de nobis in perpetuum in feodo & hereditate libere & quiete, reddendo inde annuatim quatuor solidos apud Oseneyam pro omni seruicio, scilicet ad festum sancti Michaelis II solidos, & ad Annuntiationem sancte Marie II solidos. Et si in predictis seldis uel solario desuper aliquid deterioratum fuerit, quicquid subtus plancherium emendandum fuerit nos emendabimus; quicquid uero supra plancherium emendandum fuerit uel ipsum plancherium, si opus fuerit, Malgerus & heredes eius emendabunt, ne pro defectu eorum redditus seldarum nostrarum impediatur. Preterea si pro defectu fundamenti uel pilariorum seldarum nostrarum predictarum, domus desuper cadat, quicquid in ea uel in seldis nostris pro defectu prescripto emendandum fuerit, nos emendabimus. Et si idem Malgerus uel heredes eius feodum illud reliquerint, nobis illud reddent sic edificatum, sicut illud a nobis receperunt, scilicet solarium tegulatum cum mairemio de quercu. De hiis omnibus

[1] The Oseney rentals show that the tenement paid 6*s.* 11*d.* to the Honour of Wallingford; no doubt it paid 7*a.* landgable to the king.

[2] With a circular seal, 1⅜ inches in diameter, a fleur-de-lis, SIGILLVM ROBERTI.

fideliter obseruandis, idem Malgerus iurauit nobis fidelitatem pro se & pro heredibus suis, & in recognitione dedit nobis unum bisantium. Et quia uolumus [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo filio Radulfi, Willelmo filio Ailnod, Willelmo Hosario de Osen', Radulfo Speciario, Hugone Aurifabro, Laurentio Godeschal, Adam Vinitario, Willelmo Tres, Humede le Taillur, Beneito Kepeharm, Iohanne seneschallo de gilda corueisar[iorum], Ernold Cuuer, Nicholao parmentario, Gileberto filio Bur[ewold].[1]

520.

[Robert, son of Robert, son of Iungwin, sells to Laurence Kepeharm his rent of sixpence.]

B. 92v
1190-93

[Notum sit] omnibus presentibus & futuris quod ego Robertus filius Roberti [filii Iungu]ine uendidi Laurentio Kepeherm & quietum clama[ui totum] ius meum quod unquam habui uel habere potui in terra illa [cum perti]n' quam Malg[erus] uinit[arius] tenet de feodo de M[er]tain'[2] [iuxta mes' T]home filii Edwini in magno uico in Oxenforde, [scilicet] sex den[arios] de annuo redditu, pro quatuor solidis, quos idem [Laurentius de]dit michi, & ideo affidaui quod nec ego nec heredes [mei unquam] aliquo tempore queremus artem uel ingenium, unde predictus Laurentius [uel hered]es eius sint uexati uel grauati de predicta terra; & ut [hec uendici]o mea & quieta clamatio in perpetuum rata [& firma r]emaneant, hac mea presenti carta sigilli mei [impressione] roborata confirmare curaui. Hiis testibus [ ] Eilnad, Filippo filio Roberti, Thoma filio Edwini &c.

521.

[Laurence Kepeharm grants to Oseney a rent of sixpence.]

S. Martin 7
B. 92v
c. 1200

Sciant presentes & futuri quod ego Laurentius Kepeherm pro salute mea & meorum & pro animabus antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneia [&c.] in liberam & perpetuam elemosinam illos sex denarios annuos quos emi a Roberto

[1] This is a 'Cyrographum', but without an indented cut.

[2] John, Earl of Mortain, held the Honour of Wallingford from 1189 to 1193; Mauger's Hall might be described as of the fee of Mortain, as it paid a rent to the Honour of Wallingford.

filio Roberti filii Iungwine, quos idem Canonici predicto Roberto annuatim reddere solebant de terra quam Walerandus de Crikelade emit a Roberto filio Iungwine & predictis Canonicis dedit. De quibus sex denariis predicti Canonici in perpetuum quieti erunt. Hiis testibus, Benedicto Kepeherm, Gaufrido Aurifabro, Philippo Molendinario, Adam Ianitore, Luca de Oseneia.[1]

522.

[Walter Florenz grants to William Perle a seld in St. Martin's.]

S. Martin 67 Mich. 1227–Mich. 1228

Sciant [&c.] quod ego Walterus Florenz concessi, dimisi & liberaui Willelmo Perle illam seldam meam cum pert. que est inter seldam Ricardi filii Henrici & seldam Willelmi Perle in parochia sancti Martini in Oxon': illi & heredibus suis habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete & integre; reddendo inde annuatim pro me & heredibus meis Abbati de Oseneia octo solidos ad quatuor terminos anni, scilicet [11 s. Sept. 29, Dec. 25, Mar. 25, June 24], et michi et heredibus meis annuatim unum denarium ad Natale Domini pro omni seruitio & exactione. Et ego & heredes mei warantizabimus predictam seldam cum pert. suis predicto Willelmo & heredibus suis uel cui assignauerit, exceptis uiris religiosis, contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione [&c.] predictus Willelmus dedit michi unam marcam argenti in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Pady tunc maiore, Iordano Ruffo & Petro filio Turold tunc prepositis, Iohanne de Kingestone, Willelmo filio Ysabelle, Ricardo filio Henrici, Galfrido Trutun, Willelmo clerico, Aug[ustino] Iustise, Roberto le Taillur, Andrea Parment[ario] & aliis.[2]

523.

[John de Dunstaple sells to William Paternoster three properties and a rent in Oxford.]

S. Martin 68 May 1, 1316

Sciant [&c.] quod ego Iohannes de Dunstaple de Oxon' dedi [&c.] Willelmo dicto Paternoster sellario de Oxon' omnia tenementa mea subscripta, videlicet unam schoppam cum pert. quam habui

[1] With a small circular seal, $\frac{7}{8}$ inch in diameter, a rose; SIGILL' LAVRENCII [KEPE]H'M.

[2] The endorsement states that the seld was *iuxta introitum aule Maugeri.*

situatam in parochia sancti Martini Oxon' immediate iuxta introitum aule que vocatur Maugerhalle ex parte australi eiusdem introitus; et totum illud tenementum cum edificiis & gardino interius ibidem existentibus ac ceteris pert. suis, excepto tantummodo uno cotagio eidem tenemento exterius uersus vicum annexo, quod quidem tenementum situm est in Oxon' ex opposito muri orientalis eiusdem ville inter dictum cotagium, quod nunc est Willelmi Persun, ex parte australi & venellam que dicitur Kibaldestrete ex parte boreali; et etiam unum cotagium cum pert. quod situm est in parochia sancti Petri orientalis ex opposito dicti muri orientalis ville predicte, inter tenementum Ade de Spaldinge ex parte australi & tenementum dicti Willelmi Persun ex parte boreali. Dedi etiam & concessi predicto Willelmo Paternoster quatuor solidatas annui redditus cum pert. percipiendas annuatim eidem terminis suis debitis & consuetis de toto illo tenemento cum pert. quod Willelmus de Eynesham pistor tenet in Merceria Oxon' iuxta tenementum predicti Willelmi Persun in parochia sancti Martini predicta; habenda & tenenda omnia predicta tenementa & redditum annuum antedictum cum pert. suis quibuscumque excepto dicto cotagio ut prescriptum est, simul cum omnibus bonis & catallis meis mobilibus & immobilibus quecunque fuerint in tenementis predictis qualitercunque existentibus, prefato Willelmo Paternoster, heredibus ac assignatis suis libere, quiete, bene & in pace absque ullo retenemento seu calumpnia mei uel heredum meorum imperpetuum, faciendo annuatim de tenementis predictis capitalibus dominis feodorum illorum seruicia inde debita & consueta pro omnibus aliis seruiciis secularibus & demandis. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Willelmus Paternoster quandam summam pecunie pre manibus. In huius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelintone tunc maiore Oxon', Roberto de Watlington & Iohanne Culuerd tunc balliuis, Willelmo de Burncestria, Andrea de Pyrie, Ricardo de Berkele, Ricardo Cary, Willelmo de Eynesham, Henrico de Caumpeden, Ada de Spalding, Ricardo de Weng, Willelmo de Osberstone, Willelmo Persun, Thoma clerico & aliis. Datum Oxon' die Sabbati in festo apostolorum Philippi & Iacobi, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi nono.

Leases.

III. 879 Aug. 16, 26 Hen. VIII; John Burton, abbott of Oseney, leases to the Warden of New College a quitrent of 5*s*. from a tenement

called Walerand's, between a tenement of the said Walerand N. and a tenement of William Edwine S., Richard Kinston [= Nic. de Kingeston] E.; also 6*s.* from the tenement of Edwin between Walerand's N. and a tenement of Walter Brendon [= Grendon] S., which is called The Crosse Inn [*sic*] now in the tenure of John Austin, alderman; also four shops in front of Walerand's, of which the abbey is lord 'under the lofts' and New College 'above the lofts', being between the Bull and the Crosse, 24 ft. 11 in. N. to S., 15 ft. 2 in. E. to W., and 8 ft. from the ground to the floor; also a garden in Vine Hall called Keepharm's, and a quitrent of 7*s.* 8*d.* going out of a tenement sometime Roger Vintner's called Sorrell Hall, and a tenement sometime Henry Todde's, now inclosed in Vine Hall; for 99 years, paying 26*s.* 8*d.* a year. When this lease is expired the abbey promises to renew it for 99 years and so on.

Mar. 14, 1655; a lease to New College of a quitrent of 5*s.* from Wallerand's and of 6*s.* from the tenement of Thomas, son of Edwin, between Wallerand's N. and Walter Grendon's, now widow Breeze S., and the ground floor of four shops between the Bull and the Cross, measuring 24 ft. 11¼ in. N to S. and 15 ft. 2½ in. E. to W.; 40 years; rent for the shops 8*s.*; total 19*s.* **IV. 440**

July 20, 1670; the lease is renewed; Roger Wildgoose had succeeded widow Breeze; the rest as before; fine £5. **V. 405**

Dec. 11, 1713; the lease is renewed; on the east of Wallerand's is a tenement 'heretofore of Nicholas Kinstone' [= Nic. de Kingestone]; widow Gyles has succeeded Roger Wildgoose; the rest as before; fine £80. **X. 138**

Nov. 20, 1727; the lease is renewed; John Bowler, innholder, has succeeded widow Giles; fine £8. **XIII. 100**

Nov. 2, 1741; the lease is renewed; the wording as in 1727; fine £8. **XIV. 247**

Dec. 12, 1757; the lease is renewed; Edward James,[1] innholder, is S.; fine £8. **XVII. 45**

[No date], 1772; the lease is renewed; William Costar, innholder,[1] is S.; fine £8. **XIX. 152**

July 12, 1772; the Dean and Chapter, under the provisions of the Oxford Mileways Act, sell the above to New College for £34; the rent of 19*s.* is reserved. **XX. 16**

[1] These two were occupants of the Cross Inn and therefore north not south of Walerand's shops.

3. Somenour's Inn or the Bole Inn.

From the tenement next on the south Oseney received a rent of 6*s*. The tenement became the property of New College at its foundation, having previously belonged to Nicholas de Eu, Thomas de Sowy, and John de Stodley. It was called the Bole, or Bull, Inn in the Middle Ages, and sometimes Somenour's Inn, because it had belonged to a man named Pate who was a summoner. Between 1500 and 1600 the inn came to an end, and probably its northern portion was united with the Cross Inn. The leases of the previous tenement give the history of this rent.

524.

[Hugo de Withulle grants to Oseney a rent of six shillings from the house once of Thomas, son of Edwin.]

S. Martin 11 B. 106r Mich. 1268–Mich. 1269

Sciant [&c.] quod ego Hugo de Withulle dedi & concessi et cum corpore meo liberaui deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya, ubi corpori meo sepulturam elegi, et canonicis ibidem deo seruientibus in liberam & puram & perpetuam elemosinam sex solidatas redditus de nouem solidatis quas percipere solebam de domo Thome filii Eadwini quondam maioris Oxon', in parochia sancti Martini in magno uico Oxonie ; percipiendas ad quatuor anni terminos scilicet [xviii d. Sept. 29, Dec. 25, Easter, June 24]. Uolo eciam & concedo pro me & heredibus meis quod dicti Canonici habeant idem ius & eandem potestatem namiandi pro dicto redditu, quam ego habui in libera potestate mea, si tenentes dicte domus prefatis Canonicis dictum redditum non reddiderint ad prenominatos terminos. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxon', Henrico Oweyn, & Iohanne de O. tunc balliuis, Iohanne de Coleshulle, Galfrido Aurifabro, Waltero Aurifabro, Galfrido de Hengsesey, Radulfo Aurifabro et aliis.[1]

525.

S. Martin 12 B. 106r Mich. 1268–Mich. 1269

[Philip, son of Hugh de Withulle, confirms his father's gift.]

Sciant [&c.] quod ego Philippus, filius & heres Hugonis de Withulle, concessi [&c.] deo [&c.] donacionem & concessionem

[1] With a small seal, the shape of a shield; a saltire on a shield, SIGILL' HVGONIS DE WICTH[. . .].

quam Hugo pater meus fecit dictis ecclesie & Canonicis in liberam, puram & perpetuam elemosinam de sex solidatis redditus ex illis nouem solidatis quas percipere solebat de domo Thome filii Edwini quondam maioris Oxonie, in parochia sancti Martini in magno uico Oxonie, percipiendis in quatuor anni terminis, scilicet [&c. as above]. Confirmo etiam eisdem Canonicis idem ius & eandem potestatem namiandi pro predicto redditu quam pater meus in libera potestate sua habuit et predictis Canonicis dedit, si tenentes dicte domus prefatis Canonicis dictum redditum non reddiderint ad prenominatos terminos, sicut carta patris mei quam iidem Canonici habent plenius testatur. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Henrico Oweyn & Iohanne de O. tunc balliuis, Iohanne de Coleshulle, Iohanne Pady, Iohanne Halegod, Waltero Aurifabro, Galfrido le Mercer, Willelmo le Saucer, et aliis.[1]

526.

[Walter de Withulle sells to Nicholas de Eu a rent of three shillings.]

S. Martin 10 Mich. 1287–Mich. 1288

Sciant [&c.] quod ego dominus Walterus de Wychthulle miles dedi [&c.] magistro Nicholao de Eu tres solidatas annui redditus quas consueui recipere de illo tenemento cum pert., quod situm est inter terram que dicitur Maugereshalle ex una parte & terram Walteri de Grendone ex altera in parochia sancti Martini Oxon'; habendum et tenendum predicto magistro Nicholao & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis uel meis assignatis, libere, quiete, pacifice integre inperpetuum; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum clauum gariophili ad Pascha pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione, [&c.] dedit michi predictus Nicholaus quadraginta solidos sterlingorum pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Espeycer, tunc maiore Oxon', Thoma de Sowy & Andrea de Pyrie tunc balliuis, Henrico Owayn, Iohanne Culuert, Philippo de Eu, Iohanne de Eu, Nicholao Aurifabro, Ricardo de Garderoba, Ricardo le Espeycer, Roberto de Wormenhale, Ricardo Culuert, Radulfo le Plomer, Thoma de Durham, Iohanne Aurifabro, Waltero de Wytteneye et multis aliis.[2]

[1] A circular seal, $1\frac{3}{8}$ inches in diameter, an eagle with expanded wings, S. FILIPPI FILII HVGONIS.

[2] The seal is a pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by 1 inch, a dog or wolf, S. WALT'I DE W[. .]THVLL'.

527.

[Robert, son of Thomas de Sowy, leases to William of Bicester a house on the south side of Mauger's Hall.]

S. Martin 9 Dec. 7, 1312

Nouerint [&c.] quod ita conuenit inter Willelmum de Burncestria de Oxon' ex una parte & Robertum filium Thome de Sowy de Oxon' ex altera parte, videlicet quod predictus Robertus concessit, tradidit & liberauit & hoc presenti scripto suo confirmauit prefato Willelmo totum illud tenementum suum cum pert. suis exceptis duabus schoppis, cum duobus solariis superedificatis, eidem tenemento ex parte boreali introitus exterioris eiusdem tenementi immediate coadiunctis; quod quidem tenementum magister Nicholaus de Ew nuper in testamento suo eidem Roberto legauit,[1] & situatur in parochia sancti Martini Oxon', iuxta tenementum Lucie de Kingestone quod uocatur Maugereshalle ex parte australi; habendum & tenendum [&c.] . . . prefato Willelmo ad totam vitam suam, libere, bene & pacifice; reddendo inde annuatim dictis Willelmus quamdiu vixerit predicto Roberto & suis heredibus uel assignatis sex marcas argenti ad quatuor anni terminos principales & usuales per equales porciones pro omni seruicio & demanda. Et si contingat predictum Willelmum infra terminum viginti annorum proximo subsequencium a die sancti Thome apostoli proximo futuro post confeccionem huius scripti in fata decedere, quod absit, vult & tenore huius scripti concedit dictus Robertus pro se & heredibus suis ac assignatis quod heredes, assignati uel executores eiusdem Willelmi habeant & pacifice teneant dictum tenementum cum omnibus pert. suis, exceptis schoppis & solariis illis supra notatis, usque ad finem dicti termini viginti annorum [&c. Robert will warrant the tenement, and keep it in repair] competenter & honeste ad opus & eysiamenta racionabilia predicti Willelmi. Pro hac autem [&c.] dedit predictus Willelmus prefato Roberto quandam summam pecunie pre manibus. In quorum [&c. sealing]. Dat' Oxonie die Iouis in crastino sancti Nicholai episcopi, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi sexto; hiis testibus, Henrico de Lenn' & Gilberto de Grensted tunc balliuis Oxonie, Thoma de Sowy, Andrea de Pyrie, Iohanne de Coleshulle, Willelmo de Pennarth', Thoma clerico.

[1] The will of mag. Nic. de Eu, dated Midsummer 1312, is at Lincoln College.

4. The Tenement of Thomas the Abbot.

This tenement, which in modern times was known as 1 A Cornmarket, measured about 12 feet wide and 35 feet in depth. It was two shops in the Middle Ages with a solar above. It occurs in the charter of Roger de Marton (no. 252), being 'a shop with solar near Carfax between a tenement of I. de Bedeford on the north and a tenement of I. de Alston on the south, once the property of Alice, wife of Richard de Eynesham'. It was sold by Christ Church in 1548. The name of the tenement must have been from Thomas de Cudelyngton, abbot 1330–73, in whose time this property was acquired.

528.

[John and Walter de Grendone grant a seld to Stephen de Adington.]

O. C. 495
Dec. 14, 1324

Sciant [&c.] quod nos Iohannes & Walterus de Grendone de Oxon' dedimus [&c.] Stephano de Adingtone burgensi Oxon', heredibus & assignatis suis unam seldam cum solariis superedificatis & omnibus aliis suis pert. situatam in corueseria Oxonie inter tenementum Iohannis de Abindone ex parte australi & tenementum quod Willelmus de Mora tenet ex parte boriali: habendam & tenendam [&c.] libere, quiete, bene & pacifice in perpetuum de capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita & de iure consueta; et reddendo nobis annuatim heredibus uel assignatis nostris pro primis decem annis post datam presentis carte indentate unam rosam ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, & post lapsum dictorum x annorum plenarie completorum annuatim quadraginta solidos ad quatuor anni terminos usuales pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda; ita tamen quod per dictos decem annos predictus Stephanus heredes sui uel assignati dictam seldam cum solariis superedificatis sumptibus suis quociens & quando necesse fuerit in omnibus preterquam in grosso meremio reficient & reparabunt. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Doclintone tunc maiore Oxon', Andrea de Wormenhale, Iohanne de Bisshopstone tunc balliuis, Roberto de Bache, Ricardo de Gloucestria, Thoma le Irmonger, Willelmo de Mora & aliis. Dat' Oxon', in crastino sancte Lucie uirginis anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi octauodecimo.[1]

[1] Probably this deed is about 1 A Cornmarket. The rent of 40*s.* is suitable for that tenement, and the Grendons held property near Carfax.

529.

[William, son of Joan Feteplace, releases to John Bybury rents, three shops, and a plot.]

S. Martin 40 Jan. 21, 1342

Notum sit uniuersis quod ego Willelmus filius & heres Iohanne Feteplace de Oxon' concessi, remisi & relaxaui Iohanni de Bybury de Oxon' totum ius meum & clamium in duodecim solidatis annui redditus exeuntibus de quadam shopa in draperia, quam Iohannes de Dokelyntone de me tenet, cum toto iure quod michi accidere poterit racione predicti redditus. Remisi eciam eidem Iohanni de Bybury totam partem meam in quatuor solidatis & septem denar[iatis] & obolatum [*sic*] annui redditus exeuntibus de quadam shopa quam predictus Iohannes de Bybury tenet, & quam shopam predictus Iohannes habuit ex feoffamento Alicie de Eynesham.[1] Concessi eciam eidem Iohanni & remisi & relaxaui totum ius meum & clamium in quatuor solidatis annui redditus exeuntibus de quadam placea, quam Iohannes fitz-Peres & Alicia uxor eius de me tenent ad terminum vite dicte Alicie, & que ad me reuerti deberet: post mortem predicte Alicie remaneat predicto Iohanni de Bybury sibi & heredibus suis imperpetuum. Remisi eciam & relaxaui predicto Iohanni de Bybury totum ius meum quod habeo in tribus shopis & cum [*sic*] una placea cum suis pert., que quidem shope situantur ex opposito ecclesie sancti Martini; placea vero iacet in parochia sancti Aldati: habenda & tenenda & percipienda predicto Iohanni de Bybury, heredibus & assignatis eius imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], & quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum decanatus Oxon' hiis apponi procuraui, hiis testibus, Willelmo de Whatele, Iohanne de Stanesgraue, Iohanne Peggi, Roberto Olyne, Iohanne de Bedeford & aliis. Datum Oxonie, die Lune proximo post festum sanctorum Fabiani & Sebastiani, anno regni regis Edwardi III quintodecimo.[2]

530.

[John Tykene quitclaims to Oseney a rent of four shillings.]

S. Martin 46 Dec. 11, 1355

Omnibus [&c.] Iohannes Tykene filius & heres Iohanne Feteplace salutem. Nouerit uniuersitas vestra me remisisse & omnino pro me

[1] This was the Abbott's Shop; see next deed.

[2] With the seal of the rural deanery, an ox with wings.

& heredibus meis quietum clamasse deo & ecclesie beate Marie de Oseneye, Abbati & Canonicis [&c.] quatuor solidatas annui redditus prouenientes de duabus seldis & uno solario desuper, situatis in parochia sancti Martini Oxonie iuxta quadriuium ex opposito le Garyt, dicto Helle, inter tenementum Iohannis de Bedeforde ex parte boriali & tenementum quondam Iohannis de Alstone ex parte australi, que quondam fuerunt Alicie uxoris Ricardi de Eynesham; ita quod nec ego [&c.]; et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], & quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum maioratus Oxonie hiis apponi procuraui, hiis testibus, Iohanne de sancta Frideswyda tunc maiore Oxon', Willelmo le Longe, Hugone de Yeftele tunc balliuis, Iohanne de Bedeforde, Iohanne de Stodleghe, Iohanne de Olneye, Iohanne de Northone, Iohanne de Langerusche & aliis. Dat' Oxonie die Veneris proxima post festum Concepcionis beate Marie virginis, anno regni regis Edwardi III vicesimo nono.

531.

[Oseney grants to Nicholas Lychefeld a lease of Abboteshoppe.]

S. Martin 26 Sept. 14, 1427

Hec indentura facta inter Abbatem monasterii Oseneye ex parte una et Nicholaum Lychefeld ex parte altera testatur quod predictus Abbas concessit, tradidit & ad firmam dimisit predicto Nicholao quoddam tenementum suum uocatum Abboteshoppe situatum in parochia sancti Martini Oxonie in uico boriali iuxta quadriuium inter tenementum Ricardi Austyn ex parte australi & tenementum Iohannis Lodelowe, quod Willelmus Offord modo tenet, ex parte boriali: habendum & tenendum [&c.] prefato Nicholao a festo sancti Michaelis archangeli proximo futuro post datam presencium usque ad finem septem annorum extunc proximo sequencium & plenarie completorum: reddendo inde annuatim prefato Abbati & eius successoribus uiginti & quatuor solidos ad quatuor anni terminos Oxonie usuales. [The owner may distrain for rent. If the tenant dies, it is to revert to the owner. The owner is to keep it in repair.] Data Oseneye quartodecimo die mensis Septembris anno regni regis Hen. VI sexto.

532.

[The Dean and Chapter of Christ Church sell to William Spenser a shop in St. Martin's and a garden in St. Aldate's.]

S. Martin 69 May 6, 1548

Omnibus [&c.] Decanus & Capitulum ecclesie Cathedralis Christi Oxon' ex fundacione regis Henrici octaui salutem. Sciatis quod nos prefati Decanus & Capitulum pro diuersis considerationibus nos ad hoc moventibus ac pro summa octo librarum sex solidorum & octo denariorum nobis ad usum dicte ecclesie cathedralis bene & fideliter per Willelmum Spenser, ciuem & Cordinarium civitatis Oxon' soluta, ex mutuo assensu & consensu nostris dedimus [&c.] prefato Willelmo Spenser totum illud gardinum nostrum situatum in parochia sancti Aldati [1] Oxon', modo uel nuper in tenura Ricardi Williams, abuttant' super regiam stratam ducentem ab ecclesia sancti Aldati versus ecclesiam sancte Ebbe Oxon' ex parte australi, super terram Collegii beate Marie Magdalen ex parte orientali, super terram magistri Hamden, vocatam Hinckese hall ex parte boreali, & super terram nuper Abbatis [*sic*] de Studley modo in manibus Ricardi Gunter ex parte occidentali; ac pro consideracionibus predictis dedimus [&c.] eidem Willelmo unam shopam siue tenementum cum pert. situatam in parochia sancti Martini Oxon' abuttantem super regiam stratam ducentem de Carfoxe versus portam aquilonarem ex parte occidentali, super tenementum dicti Willelmi Spenser ex parte australi & orientali & super tenementum Thome Mallynson ex parte boriali: habenda & tenenda prefato Willelmo Spenser ac heredibus & assignatis suis imperpetuum, reddendo inde annuatim nobis ac successoribus nostris unum denarium ad festum sancti Michaelis si petatur, pro omnibus sectis & seruiciis. In cuius [&c. sealing]. Datum in domo capitulari nostra sexto die Maii anno regni domini regis Edwardi VI secundo.

5. Whitefeld's.

Oseney had rents from four adjacent houses on the north side of Carfax; down to 1324, at least, they were quitrents, being 8*d.*, 5*s.*, 20*s.*, and 24*s.*; but in the middle of the fourteenth century Oseney obtained the freehold of the last two. In the rentals the first two are called the

[1] The land was in St. Ebbe's, being 36 Pennyfarthing Street.

tenements of Witefeld, and the others the tenements of Hoser; but from our deeds it appears that in reality the first three came from Witefeld, and only one from Hoser. The three tenements, when the rents were given to Oseney, were described as those which had been occupied by Richard, son of Segard, Robert Biset, and Alicia Grosse, who may be identified with Alicia, daughter of Reiner. The first tenement was held by John Kepeharm and then by Laurence Halegod; the second was held by Roger Alteder.

533.

[John, bishop of Norwich, grants to Robert de Witefeld two messuages and a piece of land.]

S. Martin 55. a B. 96r 1188-95

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Noruicensis episcopus reddidi Roberto de Witefelde duo mesagia in Oxeneford', que clamabat de hereditate sua, scilicet terram que fuit Ricardi filii Segardi in maceacaria uersus aquilonem, & terram que fuit Roberti Bisot iuxta predictam terram; & preterea dedi ei pro homagio suo terram que fuit Alicie Grosse; tenendam sibi & heredibus suis de me & heredibus meis, reddendo exinde annuatim unum bisantium ad festum sancti Michaelis. Et ut [&c. sealing]; testibus, Thoma & Gaufrido & Iohanne archidiaconis, Rogero archidiacono, Thoma Britone, Willelmo filio Henrici, Willelmo de Hadlesore, Willelmo de Brug', Iohanne filio Hugonis, Petro filio Gaufridi, Iordano filio Angeri, Uiuiano filio Philippi, Rogero filio Bardolf, Gaufrido de Pilla.[1]

534.

[Robert de Witefeld grants to Oseney certain lands in Oxford.]

S. Martin 55 B. 96r 1188-95

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus de Witefeld dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya et Abbati et Canonicis ibidem deo seruientibus in perpetuam elemosinam pro salute mea & uxoris mee & successorum meorum terram illam in Oxeneford quam Iohannes episcopus Noruicensis michi reddidit, quam Henricus pater eius & ipse patri meo & michi detinuerant; et iuxta eandem terram

[1] The deed was originally endorsed 'Omnium Sanctorum'. Robert de Witefeld seems to have died in or before 1195. Peter filius Gaufridi did not succeed his father, Gaufridus filius Durandi, until 1188 or 1189. The archdeacons of Norfolk are still unknown.

illam quam idem episcopus dedit michi & heredibus meis pro seruicio meo & pro dampno eiusdem detentionis, tenendam de ipso et heredibus suis per seruicium duorum solidorum pro omni seruicio ; scilicet terram illam que est inter terram Radulphi filii Leuerun & terram Abbatis de Eynesham quam Willelmus Trax tenet.[1] Hunc autem redditum duorum solidorum Abbas & Canonici michi et heredibus meis annuatim ad duos terminos persoluent, medietatem ad Annunciacionem sancte Marie, et aliam medietatem ad festum sancti Michaelis. Preterea dedi eisdem Canonicis de Oseneya in liberam & perpetuam elemosinam terram illam in Oxeneford quam Osbertus Faber de me tenuit, quam postea per nequiciam perdidit. Hanc autem donationem feci predicte ecclesie de Oseneya cum corpore meo quod eidem ecclesie deuoui, ubicumque obiero. Hiis testibus, Iocelino [&c. as in the next deed].[2]

535.

[Robert de Witefeld grants to Oseney a quitrent from the garden of the bishop of Norwich.]

S. Martin 56 B. 96 1188–95

Sciant [&c.] quod ego Robertus de Witefeld dedi & concessi deo & ecclesie sancte Marie de Oseneia & Canonicis ibidem deo seruientibus in perpetuam elemosinam pro salute mea & uxoris mee & antecessorum meorum, redditum illum dimidie libre cimini, quem Willelmus frater Iohannis Norwicensis episcopi michi annuatim reddit de terris quas pater eius de feudo meo preoccupauerat, que sunt intra gardinum eius ; unde finis factus fuit inter me & episcopum per terras quas michi in macello Oxenefordie idem episcopus dedit & per predictum redditum cimini. Quam donationem quia firmam & stabilem esse uolo, presenti scripto & sigilli mei apposicione confirmo. His testibus, Iocelino monacho de Brueria, Rogero filio Bardulfi, Uiuiano filio Philippi, Roberto de Uernune, Iordano filio Ang[er]i, Rogero fabro, Roberto Stiuario, Willelmo Bastard, Iohanne Kepeharm, Laurentio filio eius, Thoma filio Ailrici, Willelmo filio Radulfi, Thoma de Thademertone, Hen-

[1] This was at the corner of Carfax. For the other tenement see 543 A.

Apr. 15, 1771; a lease to John Fell, peruke-maker, of the Univ. of Oxford, and Elizabeth his wife, daughter of William Scandrett; the wording as in 1719; fine £30. **XIX. 75**

Apr. 11, 1776; John Fell for £100 assigns the residue of the lease to William Hayes. **XXII. 88**

Dec. 18, 1784; a lease to William Hayes, bookseller; it is occupied by Coney, sadler; William Denton, watchmaker, is N.; 40 years; rent 9*s*. and one capon; fine £12.

Sept. 17, 1803; William Hayes, bookbinder, of St. Mary's, son of the late William Hayes, for £100 grants the residue of the lease to Mary Collins of St. Martin's, breeches-maker. **XXVIII. 267**

Sept. 27, 1815; Charles Orpwood and Mary his wife, formerly Mary Collins, assign the residue of the lease to Crews Dudley.

Nov. 2, 1815; a lease to Crews Dudley; wording as in 1784; fine £150. **XXVIII. 267**

Feb. 7, 1816; Crews Dudley for £455 10*s*. assigns the residue of the lease to W. Hall. **XXXI. 99**

Oct. 30, 1828; a lease to Ann White, sister of the late W. Hall; fine £60.

1844; lease not entered; fine £187 10*s*.

Feb. 2, 1859; a lease to Henry Hall; fine £130. **XXXVII 171**

This was purchased by the City in 1895 for the purpose of widening Cornmarket; see *Oxford City Properties*, p. 163.

10. No. 57 Cornmarket.

Roger de Marthon, in 1358, gave to Oseney a shop between a tenement of Oseney on the north and a lane by Drapery Hall on the south (no. 252). The two following deeds may refer to this tenement. As far as the rentals show, Oseney either did not obtain, or soon alienated, this tenement.

558.

[Henry Simeon grants to Robert, son of Peter, a seld in the drapery.]

S. Martin 61 c. 1220

Sciant [&c.] quod ego Henricus filius Simeonis concessi, dedi, dimisi & liberaui Roberto filio Petri nepoti meo illam seldam quam Radulfus Palmerius de me tenuit in draperia Oxonefordie in parrochia sancti Martini, habendam & tenendam de me & heredibus meis uel de illo cui mesuagium meum quod est retro decem seldas meas in draperia Oxonefordie dedero uel assignauero; reddendo inde annuatim duodecim solidos, quos uidelicet soluet pro me & successoribus meis ad aquietandum predictum mesuagium domino Michaeli de Monteni & Matilde uxori sue & heredibus eorum, medietatem ad Pascha & medietatem ad festum sancti Michaelis: et licebit cuilibet, qui de hoc feudo aliquam seldam tenuerit, namiare in seldis illis super illum qui redditum suum ad terminos statutos plene non soluerit. Et ego et successores mei illius mesuagii [&c. warranty], et sustentabimus plancherium et tectum supra illam seldam ne predictus Robertus uel heredes eius aliquod dampnum pro defectu sustentacionis accipiant. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Thoma filio Eadwini tunc maiore Oxonefordie, domino Roberto filio Henrici, Galfrido de Bocland', Philippo Molendinario, Iohanne Padi, Galfrido de Stocwelle, Andrea Halegod, Thoma filio Widonis, Ricardo Bodin, Toma Vitreario & multis aliis.[1]

559.

[An exchange of properties between Geoffrey Aurifaber and William Hendiman.]

S. Martin 30 April 22, 1259

Hec est conuentio facta in uigilia sancti Georgii martiris, anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quadragesimo tercio, inter Willelmum filium Rogeri Hendiman, ex una parte, & Galfridum filium Galfridi Aurifabri Oxon' ex altera parte, uidelicet quod predictus Willelmus dedit & concessit predicto Galfrido illud solarium

[1] With an oval seal, 1½ inches by 1¼ inches, attached by a coloured silk cord, two figures from a gem, one seated, the other standing, SIGILLV[M H]ENRICI FILII [. . . . .]NIS. This charter is almost identical with one in the Cartulary of the Templars of Sandford (Wood MS. empt. 10), fol. 35.

cum omnibus pert. suis quod est inter solarium quod fuit Willelmi Burwold ex una parte & uenellam que fuit Henrici Symeon' ex altera parte in parochia sancti Martini Oxon'; habendum & tenendum predicto Galfrido & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, integre & bene in pace inperpetuum; reddendo inde annuatim Thome Mauger & heredibus suis uel suis assignatis sex solidos argenti ad quatuor anni terminos statutos, pro omni seruicio & exactione & demanda. Pro hac autem donacione & concessione predictus Galfridus dedit & concessit predicto Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis sex solidos annualis redditus percipiendos annuatim ad quatuor anni terminos uidelicet de terra que fuit Ranulphi piscatoris tres solidos [viz. XVIII d. June 24 & Dec. 25] que terra est super magnum pontem in parochia sancti Michaelis australis Oxon', & de terra que fuit Ricardi de Sottone iuxta Tamisiam super magnum pontem in eadem parochia tres solidos, uidelicet [XVIII d. Sept. 29 & Easter]. Et predictus [&c. warranty by each party]. Ad hunc igitur [&c. alternate sealing]. Hiis testibus, Willelmo le Sauser, tunc maiore Oxon', Iohanne Pady, Henrico Perle tunc prepositis Oxon', Laurentio Wyth, Nicholao de Stokwelle, Iohanne de Coleshulle, Galfrido le Mercer, Ricardo filio Nicholai, Thoma Hendiman, Ricardo Waldri, Henrico Plumber, Henrico Couper, Galfrido clerico & aliis.[1]

11. Pilet's; 56 Cornmarket.

At the south-east corner of what is now the premises of Grimbly and Hughes, Oseney had two shops with a solar above, the whole measuring about 25 feet and having a passage on the south side, leading to a house behind; hence in the *Survey of Oxford* in 1772 it is 29 feet wide. Deed no. 562 shows that Oseney possessed this property in the twelfth century, probably by the gift of Ailwin 'our brother', but granted it to Roger Burewold, about the year 1200, at a perpetual rent of 15*s*. In 1252, by which time the property must have increased in value, Oseney obtained a rent of 10*s*. from the southernmost of the two shops, the other shop and the solar above still paying 15*s*. Before 1400 Oseney obtained the freehold of the former, and before 1450 of the latter, in each case no doubt because, as rents in Oxford fell, it was wiser to let the tenements escheat to Oseney than pay 25*s*. in quitrents. The property was sold to Thomas Williams in 1548 (*Book of Wills*, p. 110).

[1] A circular seal, 1 inch in diameter, a star of four points, S' GALFRIDI AVRIFAB'.

560.

[John Pileth grants to Oseney a rent of 10 s. for a pittance.]

S. Martin 48 B. III^v Mich. 1252–Mich. 1253

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Pileth filius Willelmi Pileth de Oxon' dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] annuum redditum decem solidorum in liberam, puram & perpetuam elemosinam quos percipere solebam de Andrea Halegoth de quadam selda in draperia de Oxon', quam de me tenuit in parochia sancti Martini, que est inter seldam Thome Mauger & seldam Willelmi Burewold, uidelicet ad Pascha quinque solidos, & ad festum sancti Michaelis quinque solidos, & quicquid in eadem selda habui uel habere potui sine ullo retinemento michi et heredibus meis in perpetuum; quos etiam decem solidos attornaui ad pietanciam Conuentus Oseneye, scilicet feria secunda & quarta prime ebdomade quadragesime per singulos annos de eadem selda in perpetuum pro anima mea percipiendos. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Submuro tunc maiore Oxon', Iohanne de Coleshulle, & Galfrido de Hingsteseye tunc prepositis Oxon', Henrico filio Henrici Symeon, Waltero de Osen', Henrico Purcell, Bricio de Aula, Rogero de Swalecliue, Iohanne de Sibbeforde, Thoma de Cudelintone & aliis.[1]

561.

[Oseney leases Pylet's shop to William Haus.]

S. Martin 50 Mar. 12, 1448

Hec indentura facta inter religiosos uiros Abbatem & Conuentum Osen' ex parte una & Willelmum Haus de Oxonia brewer ex altera testatur quod predicti Abbas & Conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt prefato Willelmo unam shopam vocatam Pylet situatam inter paruam venellam intrantem in domum predicti Willelmi ex parte australi, & tenementum dictorum Abbatis & Conuentus ex parte boriali in parochia sancti Martini in vico vocato Northyatestret ex parte occidentali eiusdem vici; habendam & tenendam a festo Annunciacionis beate Marie virginis proximo futuro usque ad finem viginti annorum; reddendo inde annuatim prefatis Abbati & Conuentui duodecim solidos ad quatuor terminos Oxonie usuales. [The owners may distrain for the rent. The tenant

[1] With a seal, a bow with three arrows.

may not sublet without leave. If he die the shop is to revert to the Abbey.] Datum in festo sancti Gregorii pape, anno regni regis Henrici sexti post conquestum uicesimo sexto.

562.

[Oseney grants land to Roger, son of Burewold.]

Sciant [&c.] quod ego Hugo Abbas Osen' & Conuentus eiusdem loci concessimus [&c.] Rogero filio Bure[woldi] & heredibus eius totam terram nostram que est [inter] terram que fuit Gaufridi filii Baldew[ini] & terram que fuit Rogeri Bradee in parochia sancti Martini de Oxen'; tenendam de nobis in feodo & hereditate libere & quiete per xv solidos annuatim inde ad duos terminos anni nobis reddendos, pro omni seruitio, uidelicet [vii sol. & vi d. Mar. 25 & Sept. 29]. De hoc tenemento & de predicto redditu nobis fideliter soluendo iurauit idem Rogerus se fidelitatem nobis seruaturum & in recognitione dedit nobis unum bisantium. Hanc concessionem prefato Rogero fecimus, salua tenatura Thome filii Rogeri, qui eandem terram tenebit de nobis in uita sua per x solidos annuos. Hiis testibus, Willelmo fratre Anketilli bailiuo nostro, Ricardo de Bracehel', Symone clerico nostro, Gileberto filio Burewold', Adam Rufo, Oweno, Roberto filio eius, Willelmo de Ou, Radulfo Kepeharm, Eluredo de Aumel', Thoma & Laurentio filiis Radulfi, Benedicto Kepeherm, Nicolao filio Sewi, Turold corduan[ario], Lambert corduan[ario], Hugone filio Roberti, Waltero & Symone & Iohanne filiis Iohannis le Kint.[1] B. 177r 1184–1205

562 A.

[Oseney grants land to Roger, son of Hemming, for his life.]

[Notum sit] tam presentibus quam futuris quod ego Edwar[dus dict]us Abbas ecclesie de Oseneya & Conuentus eiusdem [loci concedi]mus Rogero filio Hemmingi quamdiu uixerit [in secu]lo cellam[2] B. 177v c. 1170

[1] *Sic*: clearly not 'Knit'. The *Hundred Rolls* mention Nicholas Bradee as next to this tenement.

[2] Apparently altered by the scribe to *sellam*; *seldam* is meant. It is only by the help of no. 562 that we are able to locate this and the next deed.

& cellarium cum alia superficie [terre que f]uit Æillwini fratris nostri : tenendam de [ecclesia] nostra per decem solidos annuatim reddendos, quinque [solidos ad] Natale domini & quinque ad festum sancti Iohannis. Huius concessionis testes sunt, Hardingus Prior & cetera.

562 B.

[Oseney grants the same land to Thomas, his son, for life.]

B. 177
c. 1180

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Edwardus dictus Abbas ecclesie de Oseneya & Conuentus eiusdem [loci] concedimus Thome filio Rogeri filii Hemmingi quamdiu uixerit in seculo tantum, seldam & cel[larium] cum alia superficie terre que fuit Æilwini fratris [nostri], tenendam de ecclesia nostra per decem solidos annuatim reddendos, scilicet quinque solidos ad Natale domini & quinque solidos ad festum sancti Iohannis Baptiste. Huius concessionis testes sunt, Thomas clericus de Niwintune, [H]ugo de Elsefeld, Willelmus frater Asketil, Iohannes Kepeharm, [La]urentius filius Herding, Ailnod frater eius, Edmundus Medicus, Willelmus Husier, Iohannes filius Radulfi, Willelmus [filius] Ailnod & multi alii.

12. Oseney Deeds ; unidentified.

Th e first three deeds are about a shop which was given to Oseney by Roger de Marton under deed no. 252, but we cannot identify it.

563.

[Rose, widow of Geoffrey le Mercer, quitclaims a shop to Richard de Stauntone.]

S. Martin
29
Mar. 5,
1306

Sciant [&c.] quod ego Roesia que fui uxor Galfridi le Mercer quondam burgensis Oxon' in pura uiduitate & ligea potestate mea concessi, remisi & in perpetuum quietum clamaui Ricardo de Stauntone & Agneti uxori sue de Oxon' totum ius & clamium quod habui uel aliquo modo habere potui racione dotis in tota illa schoppa cum pert. que sita est in parochia sancti Martini Oxon' inter schoppam Priorisse & Conuentus de Stodleye ex una parte & schoppam que fuit quondam Iohannis de Abyndon allutare ex altera parte, quam quidem schoppam predictus Ricardus & Agnes uxor sua prius habuerunt ex dono & concessione predicti Galfridi uiri mei. Ita

uidelicet quod ego [&c.]. In cuius [&c. sealing]; dat' apud Oxon' die Sabbati proxima ante festum sancti Gregorii martiris, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici tricesimo quarto. Hiis testibus, Ricardo le Spicer tunc maiore Oxon', Ricardo de Waleden & Henrico de Lenne balliuis, Andrea de Pirye, Iohanne de Coleshulle, Philippo de Wormenhal', Hugone Cary, Galfrido de Graunpound, Thoma clerico & aliis.[1]

564.

[Agnes de Staunton grants a shop to John de Bibury.]

[Sciant presentes & futuri quod ego Agnes] uxor Ricardi de Stauntone dedi, concessi & hac presenti [carta mea confirmaui Iohanni de Biburi unam] shopam cum pert. in Oxonia que situatur in parochia [sancti Martini in Oxonia; habendam] et tenendam predictam shopam cum suis pert. predicto Iohanni, heredibus [&c.] per servicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc maiore ville Oxonie, Henrico de Stodle, Iohanne [de Gonewardebi, ballivis eiusdem] ville, Simone de Gloucestria, Stephano de Adyntone, Willelmo le Degher [ ] prox. post festum sancti Gregorii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum [quinto].[2] **Mar. 1331**

565.

[Richard de Staunton releases a shop to John de Bibury.]

Nouerint uniuersi quod ego Ricardus de Staunton remisi & relaxaui Iohanni de Bibury totum ius meum [ ] habere potero in futurum in una schopa cum pert. que situatur in parochia sancti Martini [quam habet] ex dono & concessione Agnetis de Staunton; habendum [&c.] predicto Iohanni & heredibus suis ac suis assignatis [ ] in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre, maiore ville Oxonie, Henrico de Stodle & Iohanne de Gunwardebi, ballivis eiusdem ville, **Mar. 14, 1331**

[1] The charter of Roger de Marton (no. 252) says that this shop, which was given to Oseney by John de Bybury, was in *allutoria*, and had Stodley on the south and Philip de O on the north. The endorsement of the next deed uses the term *sutoria*.

[2] This is endorsed 'carta Agnetis uxoris Ricardi de Stauntone Iohanni de Biburi de una shopa in sutoria Oxonie'. See *Cat. of Charters in the Bodleian Library*, p. 306.

Simone de Gloucestria, Stephano de Adyntone [ ] die Iovis prox. post festum [sancti Gregorii] anno regni regis Edwardi tercii post conquestum [quinto].[1]

566.

[John de Brehull quitclaims a rent to John de Bybury.]

O. C. 498 Aug. 8, 1342

Nouerint uniuersi me Iohannem de Brehulle de Oxon' remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse de me & heredibus meis Iohanni de Bybury de Oxon' & heredibus ac assignatis suis in perpetuum totum ius & clamium, que habui seu habere potero in futurum in duabus solidatis & octo denaratis redditus cum pert. in Oxon' prouenientibus annuatim de quadam shopa situata in parochia sancti Martini inter tenementum Iohannis le Smyth skynnere ex parte boriali & tenementum predicti Iohannis de Bybury ex parte australi; ita quod nec ego [&c.]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore ville Oxon', Iohanne de Nortone & Iohanne Peggy tunc balliuis, Iohanne de Bereford, Iohanne de Bedeford, Thoma de Leghe clerico & aliis. Dat' apud Oxon' octauo die Augusti, anno regni regis Edwardi III sextodecimo.[2]

567.

[The abbot of Eynsham remits to John de Bybury ten shillings of his rent in return for his services.]

S. Martin 31 Feb. 24, 1333

Uniuersis [&c.] Iohannes permissione diuina abbas Eynesham & eiusdem loci conuentus salutem. Cum Iohannes de Bybury de nobis tenet unam seldam in Oxonia in parochia sancti Martini in Corndewaneria [*sic*] situatam reddendo inde nobis annuatim quatuordecim solidos ad quatuor terminos anni usuales; nos predicti Abbas & Conuentus eidem Iohanni de Bybury pro seruicio suo nobis impenso & in posterum impendendo et negociis nostris in Oxonia diligenter ac fideliter de cetero prosequendis, remittimus annuatim ad terminum uite sue de dictis quatuordecim solidis annui redditus decem solidos; ita tamen quod reddat nobis & successoribus nostris de dicta selda quatuor solidos ad quatuor anni terminos usuales, et quod post decessum dicti Iohannis de Bybury heredes sui siue

[1] *Cat. of Charters in the Bodleian Library*, p. 306.

[2] This shop cannot be identified at present.

assignati totum predictum redditum XIV solidorum annuatim soluere teneantur & obligentur. Et predictus Iohannes de Bibury concedit quod si contingat alibi quam in Oxonia ipsum moram trahere diuturnam, quominus ad negocia dictorum Abbatis & Conuentus in Oxonia intendere ualeat, dictum redditum quatuordecim solidorum dictis Abbati & Conuentui & eorum successoribus annuatim integre soluere teneatur. Et ad hec omnia fideliter obseruanda tactis sacrosanctis iuramentum prestitit corporale. In cuius [&c. alternate sealing]. Datum apud Eynesham quo ad nos Abbatem & Conuentum in festo beati Mathie apostoli & quo ad dictum Iohannem de Bibury dominica proxima post eundem [*sic*] festum, anno regni regis Edwardi post conquestum septimo tercii[1] [*sic*].

568.

[Richard Tekene leases a seld in the drapery to William de Kyngeshaghe.]

S. Martin 45 Sept. 14, 1335

Notum sit uniuersis quod ego Ricardus Tekene sub forma & condicionibus subscriptis concessi, dimisi & tradidi Willelmo de Kyngeshagh' de Oxon', draper, quandam seldam in Oxon' in parochia sancti Martini in draperia situatam inter tenementum meum ex parte una & tenementum quod fuit Iohannis de Colshulle ex parte altera; habendam & tenendam de me, heredibus ac assignatis meis prefato Willelmo ad terminum vite sue; reddendo inde annuatim michi, heredibus uel assignatis meis in festo sancti Remigii centum[2] solidos sterlingorum; quod si defecerit, liceat michi, heredibus ac assignatis meis dictam seldam ingredi, illamque reassumere & in manibus nostris reseysire, &, ut prius, in feodo imperpetuum retinere, ipseque Willelmus, heredes & assignati ab omni remedio breuis noue disseysine & alterius iuris & facti extunc excludantur in hac parte per presentes & de dicto redditu annuo extunc exonerentur. Concessi eciam quod si idem Willelmus infra terminum sex annorum a festo sancti Michaelis archangeli proximo futuri continue numerandorum obierit, quod heredes aut assignati sui dictam seldam cum aysiamentis integre optineant usque ad finem termini sex annorum reddendo ut

[1] With a fragment of the seal of the abbey, the Virgin being crowned. No reverse seal. The shop which paid 14*s*. to Eynsham was occupied by Lucia Rede in 1279 (*Hundred Rolls*, ii. 794). It was in the middle of the premises of Grimbly and Hughes.

[2] It is so in the original, but the figure is incredible. This deed must be about one of the shops in front of Drapery Hall (the Crown Inn) on the west side of Cornmarket.

supra. Et ego & heredes mei dictam seldam sustentabimus durante termino predicto & defectus necessarios in eadem uento, pluuiis, putredine vel vetustate deterioratos nostris sumptibus debite reparabimus, & predicto Willelmo [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burecestre tunc maiore Oxon', Henrico de Stodlegh & Waltero de Faryndon balliuis, Stephano de Adyntone, Iohanne de Pershore, Roberto le Gryndere, Bartholomeo de Cornewaille, Roberto de Beaumount, Iohanne de London clerico & aliis. Dat' Oxonie, die Iouis in festo Exaltacionis sancte Crucis, anno regni regis Edwardi III nono, & anno Domini MCCC tricesimo quinto.

569.

[Walter Bast grants to Oseney a seld in St. Martin's.]

B. 109v c. 1250–70

Sciant [&c.] quod ego Walterus Bast de Oxon' pro salute mea & meorum dedi [&c.] pro me & heredibus meis imperpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] quendam seldam cum pert. in parochia sancti Martini inter terram Thome Malger & terram que fuit Iohannis Sewy & quicquid in eadem selda cum pert. habui uel habere potui sine ullo retinemento michi uel heredibus imperpetuum; tenendam & habendam dictis ecclesie & Canonicis bene & in pace, libere & quiete in liberam & perpetuam elemosinam in perpetuum; reddendo inde annuatim Hospitali sancti Iohannis extra portam orientalem Oxon' octo solidos & octo denarios scilicet [XXVI d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, Sept. 29]; et de residuo habebunt dicti Canonici imperpetuum dimidiam marcam ad pietanciam Conuentus annuatim die Mercurii proxima ante Letare Ierusalem singulis annis quamdiu uixero, & postquam decessero singulis annis in die anniuersarii mei. Et, si de predicta selda plene predictam dimidiam marcam ultra octo solidos & octo denarios, qui debentur Hospitali, percipere non potuerint, ego eis satisfaciam & perficiam de domo, que est inter terram Radulfi le Stiuur & terram Ricardi le Bolter, uel alibi, quamdiu uixero, & ante obitum meum assignabo eis, unde in perpetuum plene percipiant dimidiam marcam sine defectu. Et ego & heredes mei omnia predicta [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Willelmo le Sauser, Willelmo le Cuteler, Henrico le Sauser, Radulfo le Plumer & ceteri.[1]

[1] In the earliest rental of the Hospital of St. John there is no tenement in St. Martin's which pays a rent of 8*s.* 8*d.*; but the rental is of the year 1294, and some alteration might have been made by that time. This seld is

570.

[Oseney grants land to Hugh Kepeherm.]

Contra Hugonem Kepeherm [de terra in parochia sancti Martini quam tenuit Robertus de Winchestre].[1] B. 176v 1 68–84

[Notum sit] cunctis fidelibus sancte ecclesie tam [presentibus quam futuris quod] ego Edwardus Abbas [Oseneie] fratrumque Conuentus concessimus [Hugoni Kep]eherm & heredibus suis terram illam, [quam tenuit aliquando] Rob[ertus] de Wincestre, pro duodecim [denariis] annuatim ad duos terminos ecclesie [nostre soluen]dis, scilicet ad Annuntiationem sancte Ma[rie VI denarios] & ad festum sancti Michaelis VI denarios, [& in recog]nitionem dedit nobis idem Hugo unam [libram piper]is: his testibus, Iohannes Kepeherm, Thomas [ ], Laurentius filius Herding, Iohannes filius Radulfi [sacerd]otis de sancto Martino, Willelmus filius As[chetilli], Radulfus filius Durandi, Amfridus, Willelmus frater eius, Hen[ricus prepos]itus, Willelmus Wacheman, Radulfus filius Er[naldi, Ga]ufridus Padi.[2]

13. Littlemore Deeds.

We have two deeds about the property of Littlemore. The first is about Harding Hall, which was behind the property of Magdalen College on the east side of Cornmarket (*Cart. Hosp. St. John*, ii. 78). It included originally, as this deed shows, the solar above the shops towards Cornmarket (*vicus de draperia*), but this part of the property was afterwards separated and was given to St. Frideswide's; the remainder became a garden, and was granted by Littlemore to New College in 1466, and is now the northern part of the site of the Cross Inn. At New College there is a duplicate of the following deed except that it reads *Thome Mauger* for *Roberti Kari* as the occupant of the Cross Inn. There is also at New College the deed by which mag. Peter de Wyleby, for the soul of Helena, his mother, gives the land to Littlemore, with the same witnesses as this deed. The second deed is about a rent from no. 4 Queen Street. Philip Pady, subsequently Michael of Spain, held nos. 1 to 6 Queen Street (see *Hundred Rolls*, ii. 792).

not mentioned in the Oseney rentals; probably it was found, as the deed suggests, that it was impossible to let it at a rent which would produce 6*s.* 8*d.*, and some other property was given instead.

[1] Restored from Wood MS. D. 2, p. 400.

[2] The only payment of XII d. received by Oseney in St. Martin's was for a piece of land joined to the Cross Inn. Perhaps this deed is about that payment. Edward was abbot of Oseney from 1168 to 1184; but if this deed was after 1175, Ralf of St. Martin's should have been described as *decanus*, not *sacerdos*.

571.

[Hugh Harding sells his house to mag. Peter de Wileby.]

S. Martin 28 c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Hugo Harding de Oxon' dedi [&c.] magistro Petro de Wileby omnia tenementa illa que habui in parochia sancti Martini Oxonie iuxta domum Roberti Kari cum solario quod se extendit uersus uicum de draperia in eadem parochia & cum omnibus aliis edificiis in dictis tenementis existentibus & cum omnibus aliis ubique pert. suis sine aliquo retenemento. Quare uolo & firmiter concedo pro me & heredibus meis quod dictus Petrus & heredes sui uel cuicunque in prospera sanitate assignare uel in egritudine dare, uendere, inuadiare uel legare uoluerit siue in religione siue extra religionem habeant & teneant omnia predicta tenementa cum omnibus ubique pert. suis sine aliquo retinemento, ut predictum est, bene & in pace, libere & quiete iure hereditario inperpetuum, faciendo inde per manum suam capitalibus dominis feodorum illorum omnia seruicia que de ipsis tenementis debentur, uidelicet ecclesie sancti Martini Oxon' per annum sex denarios, & pro introitu illius porte que ad dicta tenementa pertinet sex denarios, & Willelmo le Seinter & heredibus suis sex solidos, & insuper michi & heredibus meis unum denarium ad Pascha pro omni seruicio, secta, consuetudine & omnimoda exaccione. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi dictus magister Petrus tresdecim marcas argenti in gersomma pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Henrico Simeo[nis], Galfrido de Stockwelle, Thoma filio Walteri, Ada Feteplace, Nicholao de Stockwelle, Laurentio filio Wydon[is], Roberto Kari, Hugone le Parmenter, Roberto le Taillur & multis aliis.[1]

572.

[Magister Nicholas le Palmer grants to Littlemore a rent of three shillings.]

S. Martin 27 1250-60

Sciant [&c.] quod ego magister Nicholaus le Palmer Oxonie, filius Radulfi le Palmer, dedi [&c.] deo & beate Marie & ecclesie sancti Nicholai de Litlemore et Priorisse et sanctimonialibus eiusdem loci ibidem deo seruientibus pro salute anime mee et pro anima prefati Radulfi patris mei et pro anima Agathe matris mee et pro animabus omnium fidelium defunctorum in puram & liberam et perpetuam

[1] Endorsed *de redditu de Hardingshalle.*

elemosinam tres solidos argenti annui redditus in uilla Oxon', uidelicet de quadam domo cum pert. que sita est inter terram que fuit aliquando Philippi Pady contra ecclesiam sancti Martini, in qua domo mansit aliquando Robertus de Eygnesham, quos uidelicet tres solidos argenti prefate sanctimoniales recipient annuatim ad duos anni terminos [viz. Sept. 29 & Mar. 25] ad unam pitanciam inueniendam prefatis monialibus die sancte Marie in Marcio pro anima Agathe predicte matris mee in perpetuum. [The nuns may distrain for the rent.] Ego uero [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing],, hiis testibus, domino Adam Feteplace, maiore Oxonie, domino Thoma Submuro, Nicholao de Stocwelle, Waltero Aurifabro, Galfrido de Enxeie, Iohanne Padi, Iohanne de Coleshulle, Galfrido Aurifabro, Willelmo de O., Ricardo filio Nicholai, Waltero de Osen', Henrico Inke, Roberto clerico et multis aliis.

573.

[Nicholas Blundel grants to John Gibbes a plot of land.]

Sciant [&c.] quod ego Nicholaus Blundel de Oxon' dedi [&c.] Iohanni Gibbes de Oxon' unam uacuam placeam cum introitu ad eandem, situatam in parochia sancti Martini Oxon' inter tenementum quondam Andree de Wormenhale ex parte orientali, & placeam Priorisse & Conuentus de Luttlemor ex parte occidentali; habendam & tenendam predictam placeam cum introitu prefato Iohanni heredibus & assignatis suis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Stodleye tunc maiore Oxon', Willelmo Hunte & Thoma le Latoner tunc balliuis, Ricardo Wodehay, Iohanne de Hertewelle, Iohanne Benham, Willelmo Northerne, Thoma de Couele, Iohanne de Couentre, Bartholomeo le Tauerner & aliis. Dat' apud Oxon' die Iouis proxima ante festum sancti Michaelis, anno regni regis Edwardi III quadragesimo.[1]

S. Martin 36 Sept. 24, 1366

14. St. Frideswide's; Domus Bernardi.

This house, the last in St. Martin's parish on the north side of High Street, was given to St. Frideswide's by Henry Simeon about 1220, and the compiler of the second Cartulary (*c.* 1380) is puzzled why it was not

[1] This is probably about land at the back of no. 4 Queen Street.

in dominicum (*Cart. St. Frid.* i. 263); no doubt the explanation is that the Priory had granted a perpetual lease of the property at a fixed rent of 24*s*. But at a later date it returned into the demesne of the Priory, as the leases of Hoser's tenement show. It is not known how or when this took place, but it must have been between 1400 and 1520. The following deeds only give its history as far as 1349.

574.

[Adam Bernard confirms the lease made by his father to Nicholas de Overtone.]

S. Martin 19 Mar. 25, 1293

Omnibus [&c.] Adam filius Laurentii Bernard salutem in domino. Nouerit uniuersitas vestra quod cum inter Laurentium Bernard patrem meum ex parte una & Nicholaum de Ouertone de Oxonia & Agatham uxorem eius ex altera nuper conuenisset in hunc modum, videlicet quod predictus Laurentius dimisit, concessit & ad firmam tradidit predictis N. & A. & eorum heredibus & assignatis quoddam mesuagium in bocheria Oxonie, quod situm est in parochia sancti Martini inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte una & tenementum Henrici Oweyn ex altera; habendam & tenendam predictis N. & A. & eorum heredibus & assignatis a festo sancti Michaelis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici septimo, usque ad finem viginti annorum proximo sequencium plene completorum, prout in quodam scripto inter predictas partes inde confecto & ad modum cyrographi dentato plenius continetur; ego predictus Adam dimissionem [&c.] supradictam ratam & gratam habeo, & tenore presencium ratifico. Et preterea ego predictus Adam concessi, dimisi & ad firmam tradidi predictis N. & A. totum mesuagium predictum cum pert., habendum & tenendum eisdem N. & A. & eorum heredibus & assignatis a fine predictorum xx annorum usque ad terminum unius anni proximo postea sequentis & plenarie completi, libere, quiete, bene & in pace iuxta formam conuencionis in scripto supradicto contentam, que talis est, videlicet reddendo inde annuatim Priori sancte Frideswide Oxonie xxiiii solidos ad quatuor terminos, & michi & heredibus meis & assignatis xxxvi s. ad eosdem terminos per equales porciones. Et si [&c. the owner may distrain for the rent. He will keep the messuage in repair 'a uento & pluuia', but if it is burnt the tenant must rebuild it]; et ut [&c. sealing], hiis testibus, Henrico Oweyn tunc maiore Oxon', Thoma de Sowy & Iohanne Wyth tunc balliuis eiusdem, Philippo de Ow, Iohanne de Ow, Willelmo de Hedindone, Waltero

de Wytteneye & aliis. Datum apud Oxoniam die Mercurii in festo Annunciacionis beate Marie anno regni regis Edwardi vicesimo primo.

575.

[Roger de Overtone grants a lease to Walter Wrench.]

[Ita conv]ent[um est] inter Rogerum filium Nicholai de Ouertone de Oxonia ex parte una & Walterum Wrenche de Miltone ex parte altera, scilicet quod predictus Rogerus concessit, tradidit & dimisit prefato Waltero unum mesuagium cum duabus schoppis eidem annexis & eorum pert. situatum in parochia sancti Martini Oxonie inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte orientali & tenementum quondam Thome de Hengseye ex parte occidentali; habendum & tenendum [&c.] . . . prefato Waltero, heredibus & assignatis suis de predicto Rogero, heredibus & assignatis suis, libere, quiete, bene & in pace ad totam vitam ipsius Walteri; reddendo inde annuatim Priori sancte Fredeswyde de Oxonia uiginti & tres solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos & ad ecclesiam sancti Martini predicti duodecim denarios ad festum beate Marie in Marcio & unam rosam predicto Rogero, heredibus uel assignatis suis ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omnibus aliis seruiciis. Et predictus Rogerus [&c. warranty. The tenant is to keep it in repair]. Pro hac autem concessione [&c.] dedit predictus Walterus prefato Rogero unam summam pecunie pre manibus. In quorum [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Hamptone tunc maiore Oxonie, Thoma Alestone & Roberto atte Bache, tunc balliuis, Willelmo de Burcestre, Roberto de Wormenhale, Roberto de Watlyngton, Thoma le Marshal, Galfrido de Overtone & aliis. Datum Oxonie die Veneris in festo Apostolorum Philippi & Iacobi, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quartodecimo.

S. Martin 20 May 1, 1321

576.

[Geoffrey de Overtone confirms the lease granted by Roger his brother.]

Omnibus [&c.] Galfridus de Ouertone filius Nicholai de Ouertone de Oxonia salutem. Concessionem & dimissionem quas Rogerus frater meus fecit Waltero Wrenche de Miltone de uno mesuagio [&c. as

S. Martin 21 May 1, 1321

above] ratas habens & gratas & eas quantum in me est ratifico & confirmo eidem Waltero, eidemque concedo si de predicto Rogero viuente ipso Waltero humanitus contingat, per quod aliqua successio aut ius accrescere possit de tenemento predicto michi aut heredibus meis, ipsum nullo modo inquietabimus toto tempore vite sue, sed illa ad eundem terminum eidem warantizabimus & defendemus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Hamptone [same witnesses and date as the last].

577.

[Roger de Overtone quitclaims the house to Walter Wrench.]

S. Martin xx June 5, 1321

Omnibus [&c.] Rogerus filius Nicholai de Ouertone de Oxonia salutem. Noueritis me concessisse, remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus uel assignatis meis imperpetuum quietum clamasse Waltero Wrenche & Agneti uxori sue totum ius & clamium quod habeo, habui vel racione hereditatis vel cuiuscunque alterius iuris habere potero in uno mesuagio & duabus seldis eidem annexis & eorum pertinenciis, situatis in parochia sancti Martini Oxonie inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte orientali & tenementum quondam Thome de Hengseye ex parte occidentali, ita vero quod nec ego nec heredes mei [&c.]: habenda & tenenda predicta mesuagium & celdas predictis Waltero & Agneti uxori sue & heredibus vel assignatis suis libere, bene & in pace in feodo & hereditate imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Hamptone maiore Oxonie, Thoma de Alestone & Roberto atte Bache tunc balliuis, Willelmo de Burcestria, Ricardo Kari, Andrea de Wormenhale, Iohanne Culuerd, Roberto de Watligton, Thoma le Mareschal & aliis. Data Oxonie die Veneris proxima ante festum Pentecost' anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quarto decimo.

578.

[The will of Walter de Milton.]

O. C. 496 May 26, 1338

In dei nomine Amen. Die Martis proxima post festum Ascensionis anno Domini M CCC tricesimo octauo ego Walterus de Miltone

de Oxon' condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti & beate Marie uirgini & omnibus sanctis & corpus meum ad sepeliendum, quo deus disposuerit. Item lego alto altari ecclesie sancti Martini Oxon' II s. : item ad cantariam [capelle] sancti Thome in eadem XIII s. IIII d. & fabrice eiusdem ecclesie III s. IIII d. : item lego totum tenementum meum cum pert. in Oxon' in parochia sancti Martini quod nunc inhabito Agneti uxori mee ad terminum vite sue & post decessum dicte Agnetis dictum tenementum cum pert. remaneat Iohanni filio meo primogenito & heredibus de corpore suo legitime procreatis in perpetuum ; & si idem Iohannes sine herede de corpore suo legitime procreato obierit [the remainder is to William his son : likewise if he die without heirs to Thomas : then to Eustace, then to Adam : finally if all the brothers die without legitimate heir] Agneti filie mee & rectis heredibus suis ac assignatis remaneat in perpetuum, habendum & tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Solutis debitis meis, residuum bonorum meorum non legatorum lego Agneti uxori mee predicte ad sustentationem suam & liberorum nostrorum. Ad istud testamentum fideliter exequendum dictam Agnetem uxorem meam & Iohannem filium meum & Adam le [ ] executores meos ordino, facio & constituo. Dat' Oxonie die Martis proxima post festum Ascensionis domini, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo.

579.

[The will of John de Milton.]

S. Martin 34 May 4, 1349

In dei nomine Amen. Quarto die mensis Maii anno domini M CCC quadragesimo nono, regni uero Anglie regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio, Francie decimo ; ego Iohannes filius Walteri de Myltone spicer de Oxon' condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo & beate Marie virgini & corpus meum ad sepeliendum in ecclesia sancti Martini Oxon' in anteriori sca*m*no iuxta tumulum predicti Walteri patris mei. Item lego summo altari eiusdem ecclesie XX s. ; item lego fabrice ecclesie centum solidos. Item lego procuratoribus ecclesie pro sepultura mea in eadem ecclesia II s. Item lego matrici ecclesie Lincolniensi XII d. Item lego cantar[ie] sancti Thome martiris in ecclesia sancti Martini predicta XX s. Item lego magno ponti Oxon'

x s. Item paruo ponti x s. Item lego pauim[en]to versus hospitale sancti Bartholomei iuxta Oxon' x s. Item lego fratribus predicatoribus Oxon' x quarteria frumenti. Item fratribus Minoribus x quarteria frumenti. Item fratribus Carmelit[anis] v quarteria frumenti; item fratribus Augustinianis v quarteria frumenti. Item lego fratribus sancte Trinitatis v quarteria frumenti; item fratribus sancte Crucis v quarteria frumenti. Item do & lego Willelmo fratri meo totum tenementum meum cum pert. in Oxon', quod nunc inhabito in parochia sancti Martini Oxon', situatum inter tenementa Abbatis & Conuentus Osen' ex utraque parte, habendum & tenendum eidem Willelmo & heredibus de corpore suo legitime procreatis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. [If William die without such heir, then to Thomas 'fratri meo': failing him to Eustace another brother: failing him to Agnes his sister.] Et si dicta Agnes sine herede de corpore suo legitime exeunte obierit, tunc volo quod totum tenementum cum suis pert. per maiorem ville Oxon' & personam ecclesie sancti Martini predicti, qui tunc pro tempore fuerit, vendatur & pecunia inde recepta capellanis missas celebrantibus pro animabus omnium parentum meorum in ecclesia sancti Martini predicta distribuatur. Residuum uero bonorum meorum, [ ] mee & expensis funeralibus deductis, lego W., T., E. fratribus meis, & Agneti sorori mee ad istud tenementum meum fideliter exsequendum. Willelmum, T., & E. fratres meos predictos executores meos ordino & constituo, & Iohannem Stodlegh superuisorem. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Hertewelle, spicer, Thoma de Appeltone [ ] Thoma de Newyntone & aliis. Datum Oxonie, anno supradicto.[1]

15. St. Frideswide's; the Sun in Cornmarket.

We have a collection of seventeen deeds about 62–4 Cornmarket, commonly known as the Sun. It is probable that these are documents of St. Frideswide's, for a deed at New College says that in 1493 the Sun was the property of St. Frideswide's, and the same statement is made in the leases of 65 Cornmarket (see above, no. 557). It was sold to the Taverners with other tenements of St. Frideswide's in 1546. It may be that John Gobbow, who held it in 1441, gave it to St. Frideswide's at his death, October 15, 1472; for he was buried at St. Frideswide's (Wood, *City of Oxford*, ii. 175).

[1] The endorsement says that the will was proved May 5, 1349, before the archdeacon's official. Neither this will nor the other are in the Book of Wills (Liber Albus) now at the Town Hall.

580.

[Nicholas Kyng grants and surrenders his tenement to John Saucer.]

Nouerint uniuersi me Nicholaum Kyng de Oxon' dedisse [&c.] & sursum reddidisse Iohanni Saucer de Oxon' totum illud tenementum quod inhabito situatum in Oxon' in parochia sancti Martini inter tenementum Abbatis & Conuentus de Oseneye ex parte australi & tenementum Willelmi Spicer ex parte boreali cum redditibus, reuersionibus, cum omnibus suis pert.; quod quidem tenementum quondam fuit Nicholai le Mercer de Oxon', & quod teneo ad terminum vite mee per legem Anglie de hereditate cuiusdam Iohanne filie & heredis predicti Nicholai, quondam uxoris mee, & ad predictum Iohannem & heredes suos post mortem meam inde spectat reuersio; habendum & tenendum predicto Iohanni Saucer & heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum, saluis tamen terminis Ricardo W[akeman],[1] Alicie Horwode, & Henrico Rolfe de Oxon' de terris & tenementis eis per me & dictam Iohannam ad terminum [concessis]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Wodehay tunc maiore Oxon', Willelmo Coteshale, Galfrido Tayllour tunc balliuis, Iohanne Benham, Iohanne Bedeford, Iohanne Long', Iohanne Stodliegh, Iohanne Langrishe, Iohanne Pyrie, Willelmo Spicer & aliis. Datum Oxonie die dominica proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni regis Edwardi tercii [tricesimo octavo].

S. Martin 59 Nov. 3, 1364

580 A.

[William Spalding quitclaims to John le Saucer all right in the property of Nicholas le Mercer.]

Nouerint uniuersi me Willelmum Spaldyng de Oxonia remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Iohanni le Saucer de Oxonia totum ius meum & clamium quod habui, habeo, seu quouismodo habere potero in omnibus terris, tenementis, redditibus, & reuersionibus cum omnibus suis pertinenciis, que quondam fuerunt Nicholai le Mercer de Oxonia, in Oxonia & in suburbiis eiusdem ville, et que idem Iohannes habuit ex dono & feoffamento Nicholai Kyng de Oxonia, qui illas tenuit

S. Mary Magd. 64 Dec. 15, 1364

[1] A guess.

per legem Anglie, ut de iure uxoris sue Iohanne filie & heredis predicti Nicholai le Mercer: ita vero quod nec ego predictus Willelmus nec heredes mei nec aliquis alius nomine meo aliquod ius uel clamium in predictis terris, tenementis, redditibus & reuersionibus de cetero exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione iuris & clamii in eisdem simus exclusi in posterum per presentes. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing] hiis testibus, Ricardo Wodehay tunc maiore ville Oxonie, Willelmo Coteshalle & Galfrido Lodewell tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne Stodleghe, Iohanne Hertwell, Willelmo Saundford, Iohanne Gybbes, Ada Chisilhamptone & aliis. Dat' Oxonie die dominica proxima ante festum sancti Thome apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo octauo.

581.

[Thomas de Leigh and Alice his wife quitclaim to John Appulford a messuage.]

S. Martin 47. 4 Sept. 8, 1372

Omnibus [&c.] Thomas de Leigh' p[ar]mount[er] de Oxon' & Alicia uxor eius, filia Iohannis Saucer, quondam B[urgensis salutem]. Cum nuper concesserimus, tradiderimus & dimiserimus Iohanni Appulford de Oxon' draper unum mesuagium & unum solarium [&c. as in the next deed, but reading *Alani le Spicer* for *quondam Willelmi le Spicer*: and the three shops are held by William Bergeveny, Andrew Gay, and Robert Boterwyk]: habenda & tenenda & percipienda prefato Iohanni Appulford ad to[tam vitam eius]; nouerit uniuersitas uestra nos predictos T. & A. pro quadam summa pecunie nobis p[re manibus soluta], in plena & pacifica possessione ipsius Iohannis tenementorum & redditus predictorum remisisse, relaxasse & omnino pro nobis & heredibus nostris quietum clamasse prefato Iohanni [heredibus] suis & suis assignatis totum ius nostrum & clameum que habemus seu habere poterimus in omnibus predictis [&c.]; concessimus insuper quod quedam placea, quam Ricardus Wakeman tenet in parochia predicta & dicto mesuagio pertinens & annexa ad terminum decem annorum, que p[ost eundem] terminum ad nos & heredes nostros remanere deberet, prefato Iohanni Appulford & heredibus suis ac suis assignatis remaneat imperpetuum. Et nos [&c. warranty], in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo [de] Codeshalle tunc maiore Oxon', Waltero Torre tunc balliuo, Iohanne

de Hertwelle, Willelmo le Northerne, Iohanne Gibbes, Iohanne de Wyndesore aldermannis, Iohanne de Norhampton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' decimo octauo die Septembris anno regni regis Edwardi III quadragesimo sexto.

582.

[John Appulford grants a messuage to his son.]

S. Martin 47. 3 Dec. 18, 1392

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Appulford de Oxon' dedi [&c.] Willelmo Bruus de Suttone Courtenay, Willelmo Dyere, & Iohanni Wynchecombe clericis & Iohanni Appulford filio meo unum mesuagium & unum solarium eidem mesuagio contiguum, cum celario & una shopa eidem mesuagio spectantibus, & ex parte australi introitus eiusdem mesuagii situatis, & unum gardinum dicto mesuagio adiacens, ac sex solidatas redditus cum pert. in Oxon' in parochia sancti Martini, quod quidem mesuagium situatur inter tenementum Abbatis & Conuentus de Oseneye ex parte australi & tenementum quondam Willelmi le Spicer ex parte boriali, & dictum solarium se extendit a dicto tenemento dictorum Abbatis & Conuentus ex parte australi usque dictum tenementum quondam dicti Willelmi le Spicer ex parte boriali versus stratam regiam supra unam shopam Roberti Boterwyk & duas shopas Willelmi Bergeueny, quarum una nuper fuit Andree Gay, & dicte sex solidate redditus exeunt annuatim de dicta shopa nuper dicti Andree Gay: habenda & tenenda predictis Willelmo Bruus, Willelmo Dyere, Iohanni Wynchecombe & Iohanni Appulford filio meo, heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Somersete tunc maiore Oxon', Willelmo Palmere & Iohanne Northwode tunc balliuis ville predicte, Willelmo Dageuyle, Ricardo de Garstone, Waltero Bowne & Iohanne Shawe aldermannis, Iohanne Forster, Petro Welyngton, Henrico Freman, Willelmo Gerueys clerico & aliis. Dat' apud Oxon', decimo octauo die Decembris anno r. r. Ricardi II sextodecimo.

583.

[Feoffees quitclaim to Alice, widow of John Appulford senior, a messuage for her life.]

S. Martin 47. 6 May 7, 1416

Sciant [&c.] quod nos Willelmus Dyer & Iohannes Wynchecombe clerici dedimus [&c.] Alicie que fuit uxor Iohannis Appulford de

Oxon' senioris defuncti unum mesuagium & unum solarium [&c. as in the last inserting 'nuper' before 'Roberti Boterwyk' and 'Willelmi Bergeueny'], que quidem nuper habuimus ex dono & feoffamento predicti Iohannis Appulford senioris coniunctim cum Willelmo Bruus de Sutton Courteney & Iohanne filio predicti Iohanni senioris iam defunct[is]; habenda & tenenda predicte Alicie ad totum terminum vite sue de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta, ita quod post decessum predicte Alicie predicta mesuagium, solarium, celarium, shopa, gardinum & redditus remaneant Willelmo Appulford filio predicti Iohannis Appulford senioris & Agneti uxori sue & heredibus eorum de corporibus eorundem inter eosdem legitime procreatis: et si contingat predictos W. & A. obire sine herede inter eosdem legitime procreato tunc predicta mesuagium [&c.] rectis heredibus ipsius Willelmi Appulford integre remaneant imperpetuum, secundum ordinacionem & voluntatem predicti Iohannis Appulford senioris in testamento suo plenius expressatam. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Gibbys maiore ville Oxon', Ricardo Moldeworth & Waltero Colet balliuis, Iohanne Sprunt, Waltero Daundeseye, Thoma Gibbys, Willelmo Brompton aldermannis, Nicholao Norton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' septimo die Maii anno regni regis Henrici quinti post conquestum quarto.

584.

[Nicholas Kyng grants a plot of land to Henry Rolf.]

S. Martin 43 Mar. 18, 1362

Sciant [&c.] quod nos Nicholaus Kyng de Oxon' & Iohanna uxor eius dedimus [&c.] Henrico Rolf' de Oxon' & Iohanne uxori eius unam placeam terre vacuam cum suis pert. in Oxon' in parochia sancti Martini iacentem inter tenementum predictorum Henrici & Iohanne ex parte australi & tenementum Willelmi de Saunford ex parte boriali, et tenementum quod quondam fuit Roberti Lelham ex parte occidentali & tenementum nostrum ex parte orientali, et dicta placea continet in longitudine ab occidente versus orientem quadraginta et duos pedes, et in latitudine ab austro versus bor[eam] triginta et nouem pedes: habendam & tenendam prefatis Henrico & Alicie uxori eius & heredibus ac assignatis ipsius Henrici de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et preterea [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Stodle, tunc maiore ville Oxon', Willelmo

le Hunte & Willelmo de Bergeueny tunc balliuis, Iohanne de Bedeford, Iohanne de Hertwelle, Ricardo Wodehay, Iohanne de Benham, Willelmo de Saunford, Ricardo Wakeman, Iohanne de Norhampton clerico & aliis. Datum apud Oxon' decimo octauo die Marcii anno r. r. Edwardi III tricesimo sexto.

585.

[Isabella Stodle, daughter of Henry Rolfe, quitclaims a messuage and a yard to William Northbury and Thomas Wyghtham.]

Nouerint uniuersi me Isabellam, relictam Rogeri Stodle spicer de Oxon', quondam filiam Henrici Rolfe de Oxon', remisisse, relaxasse, & omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse domino Willelmo Northbury capellano & Thome Wyghtham & eorum heredibus ac eorum assignatis imperpetuum totum ius & clamium que habeo seu quouismodo habere potero in quodam mesuagio & una uacua placea terre dicto mesuagio annexa & suis pert., quod quidem mesuagium situatur in parochia sancti Martini Oxon' inter tenementum Ricardi Wakeman ex parte orientali & tenementum quondam Roberti Lelham ex parte occidentali. Dicta vero placea iacet inter mesuagium predictum ex parte australi & tenementum quondam Willelmi Saunford ex parte boreali & tenementum quondam predicti Roberti Lelham ex parte occidentali, & tenementum quondam Nicholai Kyng & Iohanne uxoris eius ex parte orientali: ita quod nec ego [&c.]. Preterea ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Garstone tunc maiore Oxon', Iohanne [Hicks] & Ada de la Ryuer' tunc balliuis, Willelmo Northerne, Willelmo Codeshale, Iohanne Gibbes, & Willelmo Daguylle aldermannis, Galfrido Brehulle, Iohanne de Norhampton clerico & aliis. Data apud Oxon', uicesimo primo die Septembris anno regni regis Ric. II sexto. **O. C. 503 Sept. 21, 1382**

586.

[John Croydon and his wife quitclaim a plot to William Northbury and Thomas Wyghtham.]

Nouerint uniuersi nos Iohannem Croydon tabernarium de Oxonia & Margaretam uxorem eius quondam filiam Henrici Ro[lf] de Oxonia remisisse, relaxasse & quiete clamasse domino Willelmo Northbury capellano & Thome Wyghtham & eorum heredibus ac eorum **S. Martin 47. 7 Sept. 21, 1382**

assignatis totum ius & clamium que habemus seu habere poterimus in quodam mesuagio & una uacua placea terre dicto mesuagio annexa, situatis in parochia sancti Martini Oxon' inter tenementum Ricardi Wakeman ex parte orientali & tenementum quondam Roberti Lelham ex parte occidentali. Dicta uero placea iacet inter mesuagium predictum ex parte australi & tenementum quondam Willelmi Saunford ex parte boriali, & tenementum quondam predicti Roberti Lelham ex parte occidentali & tenementum quondam Nicholai Kyng & Iohanne uxoris eius ex parte orientali. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Garston tunc maiore Oxon', Iohanne Hickes, & Ada de la Ryuer tunc balliuis, Willelmo Northerne, Willelmo Codeshale, Iohanne Gibbes, & Willelmo Daguylle aldermannis, Galfrido Brehulle, Waltero Burneham & aliis. Dat' apud Oxon', XXI die Septembris, anno r. r. Ric. II sexto.

587.

[John Whyt grants a shop to John of Cornwall.]

S. Martin 47. 1 July 29, 1368

Sciant [&c.] quod ego Iohannes dictus Whyt de Kersyngton dedi [&c.] Iohanni Danniour de Cornubia cissori totam illam shopam cum suis pert. in Oxon' in parochia sancti Martini situatam in veteri Draperia inter shopam quondam Henrici de Wyghthulle ex parte una & shopam quondam Iohannis Gibbes ex parte altera, sub solario quondam Nicholai Kyng, quam nuper habui ex dono & feoffamento Iohanne filie & heredis Thome de Horwode de Oxonia; habendam & tenendam prefato I. D. & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Hertwelle tunc maiore Oxon', Iohanne de Norton & Iohanne Gibbes tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Stodle, Ricardo de Wodehay, Iohanne de Benham, Willelmo le Northerne aldermannis, Iohanne de Norhamptone clerico, & aliis. Dat' apud Oxon', vicesimo nono die Iulii, anno regni regis Edwardi III quadragesimo secundo.

588.

S. Martin 47. 2 July 6, 1372

[John of Cornwall grants the shop to Robert Boterwyk.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Danniour de Cornubia cissor dedi [&c.] Roberto Boterwyk bedello Uniuersitatis Oxon' unam shopam

cum suis pert. in Oxon' in parochia sancti Martini situatam in veteri Draperia inter shopam quondam Henrici de Wyghthulle ex parte australi, & shopam quondam Iohannis Gibbes ex parte boreali, subtus solarium quondam Nicholai Kyng, quam shopam nuper habui ex dono & feoffamento Iohannis dicti Whyt de Kersyngton: habendam & tenendam prefato Roberto & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Codeshale tunc maiore ville Oxon', Nicholao Heighterbury & Waltero Torre tunc balliuis, Iohanne Hertwelle, Willelmo le Northerne, Iohanne Gibbes, Iohanne de Wyndesore, Iohanne Norhamptone clerico & aliis. Dat' apud Oxon', sexto die Iulii anno regni regis Edwardi III quadragesimo sexto.

589.

[John Lodelowe and Alice his wife grant to William Appulford a shop.]

S. Martin 47. 8 Mich. 1424–Sept. 1, 1425

Sciant [&c.] quod nos Iohannes Lodelowe de Oxon' & Alicia uxor mea dedimus [&c.] Willelmo Appulford de Oxon', chaundeler, Henrico Grauesby, Thome W[& Willelmo Kyngesmylle] unam shopam cum suis pert. situatam in Oxonia in parochia sancti Martini in ueteri draperia inter shopam quondam [Henrici de Wighthulle] modo Thome Suarestone ex parte australi, & shopam quondam Iohannis Gibbes modo Iohannis Spicer iunioris ex parte boriali [subtus solarium quondam Nicholai] Kyng modo dicti Willelmi Appulford, quam quidem shopam cum suis pert. simul cum aliis terris & tenementis [nuper habuimus] ex dono & feoffamento Roberti Boturwyk nuper de Oxon', burgensis: habendam & tenendam predictis Willelmo, Henrico, Thome & Willelmo Kyngesmylle, heredibus & assignatis ipsius Willelmi Appelford de capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Datum apud Oxoniam [ ] anno r. r. Hen. VI tercio, hiis testibus, Willelmo Offord tunc maiore [ ] & Willelmo Somersete tunc balliuis, Willelmo Brampton, Thoma Gibbus, Waltero Daundesey [ ] Iohanne Shakell, Henrico Gedyngton & aliis.

590.

[Thomas de Bere grants a shop to Henry de Wyghthulle.]

S. Martin 33 May 9, 1349

Sciant [&c.] quod ego Thomas de Bere dedi [&c.] Henrico de Wyghthulle unam shoppam cum pert. in Oxon' in parochia sancti Martini situatam in vetera [*sic*] Draperia inter shoppam predicti Henrici ex parte una & shoppam Iohannis Gibbes ex parte altera sub solario Nicholai Kyng, habendam & tenendam predicto Henrico, heredibus & assignatis eius de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Stodleye tunc maiore ville Oxon', Roberto Haffonte & Iohanne Croke, tunc balliuis, Iohanne de sancta Frideswida, Roberto Mauncel, Iohanne Olneye, Henrico de Malmesbury, Willelmo de Saunford, Iohanne Hertwelle & aliis. Dat' Oxon' die Sabbati proxima post festum Inuencionis sancte Crucis anno regni regis Edwardi tercii vicesimo tercio.

591.

[Thomas de Wormenhale and his wife grant a shop to William de Chynnor.]

O. C. 499 Dec. 21, 1357

Sciant [&c.] quod nos Thomas de Wormenhale & Isabella uxor mea dedimus [&c.] Willelmo de Chynnore clerico unam shopam cum pert. que sita est in parochia sancti Martini in Oxon' inter tenementum Nicholai Kyng ex parte una & shopam Henrici de Wyghthulle ex parte altera: habendam & tenendam prefato Willelmo, heredibus & assignatis suis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta. Et nos [&c. warranty], hiis testibus, Iohanne de Stodle tunc maiore Oxon', Gilberto atte Wode & Roberto Croydon balliuis, Iohanne de sancta Frideswyda, Roberto Mauncel, Iohanne de Bedeford, Iohanne Ol[ney,] Norton, Willelmo Saunford, Nicholao Kyng & aliis. Data apud Oxon' in festo sancti Thome apostoli, anno r. r. Edwardi III tricesimo primo.

592.

[Nicholas Kyng grants to John le Saucer for ten years a rent of eight shillings from a solar.]

Notum sit omnibus quod ego Nicholaus Kyng de Oxon' concessi, dimisi & tradidi Iohanni le Saucer de eadem octo solidatas annualis redditus michi prouenientes de uno solario situato in parochia sancti Martini inter tenementum Willelmi de Saunford ex parte boriali & tenementum meum ex parte australi: habendum & tenendum predictas octo solidatas annualis redditus prefato Iohanni heredibus ac assignatis suis, a die confectionis presencium ad terminum decem annorum immediate sequencium de me & heredibus meis, quod quidem solarium Robertus de Duttone cissor de me tenet ad terminum vite mei predicti Nicholai. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Wodehay maiore ville Oxonie, Iohanne de Couentre & Ricardo de Salesbury tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Stodlee, Iohanne de Bedeford, Iohanne de Hertwell, Iohanne de Benham, Iohanne Crok, Iohanne Pyrie, Iohanne Somurford, Iohanne le Lepere & aliis. Datum apud Oxon' xvi die Ianuarii anno r. r. Edwardi III tricesimo septimo.

S. Martin 44 Jan. 16, 1364

593.

[An agreement about dowry from the tenement.]

Omnibus [&c.] Thomas Whitele de Oxon' & Isolda uxor [eius, relicta] Iohannis le Saucer senioris salutem in domino. Cum nuper per Thomam de Legh' de Oxon' & Aliciam uxorem eius, heredem Ioh[annis le Saucer] predicti ac per alios bonos & amicabiles medietatores [*sic*] nobis prefatis Thome Whitele & Isolde nomine dotis mee du[rante uita mea] assignat[us] fuisset uiginti solid[orum] redditus annuatim percipiend[us] de Iohanne Appulford draper pro illo tenemento cum s[uis pert. quod nuper] inhabitauit Stephanus Polmerua taillour iuxta ecclesiam sancti Martini Oxon, ad quatuor anni terminos, durant[ibus] decem annis [proximo sequentibus], ac eciam quod post finem predictorum x annorum, si predicta Isolda tunc superstes fuerit, haberemus nomine [dotis ad ualenciam] predicti xx solid[orum] redditus, durante tota uita dicte Isolde, quoddam solarium tenementi supradicti cum uno paruo gardino [eidem

O. C. 50 May 6, 1381

annexo, cum] libero introitu & exitu ad ill[ud], quod quidem solarium situatur versus altum vicum supra shopas Willelmi Bergeue[ni, Andree Gay &] Iohannis Cornewaill: ac eciam sex solidos annui redditus prouenientes de schopa predicti Andree Gay, prout in quadam [carta] predicto Thoma de Legh' inde facta plenius continetur: & iam predicti x anni finaliter sunt completi, & dictum [solarium cum gardino] eidem annexo, & dict[us] sex solid[orum] redditus in manus suas existunt, secundum formam, vim & effectum inde [: noueritis] tamen prefatos Thomam Whitele & Isoldam concessisse, diuisisse, & tradidisse predicto Iohanni Appulford sub forma [inferius notata] predictum solarium cum gardino, & dict[os] sex solid[os] redditus; habenda & tenenda & percipienda sibi & heredibus & assi[gnatis suis durante] vita dicte Isolde; reddendo inde annuatim nobis, durante tota uita ipsius Isolde, [uiginti solidos] bone & usualis monete ad quatuor anni terminos, [viz. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21]. [The tenant is to render all services and burdens which may be due for the tenement. Quod si] predictus redditus uiginti solidorum aut aliqua pars eiusdem post aliquem terminum aretro fuerit [&c., then Thomas and Isolda may distrain for it]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Daguille tunc maiore, Ada le la Ryuer' & Waltero Wycombe t[unc balliuis], Iohanne Gibbes, Willelmo Northerne, Willelmo Codeshale, Ricardo Garstone & aliis. Dat' apud Oxon' sexto die Maii [anno r. r. Ri]card secundi quarto.

594.

[Thomas Suarestone quitclaims a shop to William Appulford.]

S. Martin 47. 5 Oct. 24, 1427

Nouerint [&c.] me Thomam Suarestone filium & heredem Ricardi Suarestone remisisse & relaxasse ac omnino pro me, heredibus & assignatis meis imperpetuum quietum clamasse Willelmo Appulford de Oxon', heredibus ac assignatis suis imperpetuum totum ius meum & clameum que habeo, habui seu habere potero in una shopa cum pert. iacente in parochia sancti Martini Oxon' subtus solarium ipsius Willelmi inter shopam Thome Goldsmyth, nuper Iohannis Ludelowe, ex parte boreali & shopam mei predicti Thome Suarestone ex parte australi. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Couentre maiore ville Oxonie, Thoma Daguyle &

Iohanne Michell balliuis, Hugone Benet, Michaele Norton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' vicesimo quarto die Octobris anno regni regis Henrici sexti sexto.

595.

[Thomas Wyld grants to Richard, bishop of Rochester, two shops and a messuage.]

Sciant [&c.] quod ego Thomas Wyld, goldesmyth, de Oxon' dedi [&c.] reuerendo in Cristo patri Ricardo[1] episcopo Roffensi & magistro Iohanni Astone in legibus bacallario duas shopas in parochia sancti Martini Oxon', iacentes subtus tenementum Iohannis Gobbowe, & unum mesuagium in parochiis sancti Petri in Ballio & sancte Ebbe Oxon', habenda & tenenda prefato Ricardo episcopo & magistro Iohanni, heredibus & assignatis suis in perpetuum de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Baillye maiore ville Oxon', Roberto Walford & Ricardo Spragot balliuis, Thoma Daggevile, Iohanne North', Roberto Tretherf, aldremannis, Michaele Norton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' vicesimo sexto die Augusti, anno regni regis Hen. VI decimo nono. **S. Martin 41 Aug. 26, 1441**

596.

[Isabella, widow of Thomas Wyld, quitclaims the shops to John Gobow.]

Nouerint uniuersi me Isabellam nuper uxorem Thome Wyld, goldesmyth, defuncti, in pura viduitate mea remisisse & relaxasse & omnino quietum clamasse Iohanni Gobowe de Oxon' heredibus & assignatis suis imperpetuum totum ius meum & clameum que habui, habeo seu habere potero in duabus shopis cum pert. in parochia sancti Martini Oxon', iacentibus subtus tenementum dicti Iohannis Gobowe, quas quidem shopas dictus Iohannes Gobowe nuper habuit ex dono & feoffamento Ricardi episcopi Roffensis & Iohannis Astone in legibus bacallarii; ita quod [&c.], hiis testibus, Thoma Baillye **S. Martin 42 Sept. 20, 1443**

[1] The bishop of Rochester was William, not Richard; the same mistake occurs in the next deed. The archdeacon of Rochester at this time was Richard Broun, alias Cordon, who resided much in Oxford.

maiore Oxon', Rogero Folkus & Thoma Pippard balliuis, Hugone Benet, Michaele Norton clerico & aliis. Datum apud Oxon' vicesimo die Septembris, anno r. r. Hen. VI vicesimo secundo.

16. St. Frideswide's, near Marshall's Inn.

597.

[Thomas Feteplace grants and quitclaims to John de Staunton a seld and solar.]

S. Mich. N. 44 Apr. 29, 1291

Sciant [&c.] quod ego Thomas Feteplace burgensis Oxon' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmaui & omnino de me & heredibus meis uel meis assignatis in perpetuum quietum clamaui Iohanni de Staunton allutario Oxon' totum ius & clamium quod unquam habui uel aliquo iure habere potui seu in tempore futuro aliquo modo habere potero in tota illa selda cum solario que sita est in cordewaneria Oxon' inter seldam quondam Ricardi Pach ex parte australi & seldam abbatisse de Godestouwe ex parte boriali ; habendam & tenendam predictam seldam cum solario prefato Iohanni & heredibus suis uel suis assignatis, ita uidelicet quod nec ego [&c.]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Iohannes decem marcas sterlingorum bone & legalis monete pre manibus. In cuius [&c. sealing]. Dat' Oxonie die Iouis in septimana Pasche anno regni regis Edwardi filii regis Henrici nonodecimo : hiis testibus, Iohanne de Eu tunc maiore Oxonie, Willelmo de Wodesdone & Roberto de Wormenhale tunc balliuis eiusdem ville, Henrico Owein, Philippo de Eu, Iohanne Culuerd, Iohanne Sewy, Hugone Cari, Willelmo de Lambourne clerico et aliis.[1]

X. ST. PETER LE BAILEY.

1. The Tenement of Roger Cumnor.

Oseney had a property at the junction of Little Bailey (St. Ebbe's Lane) and Great Bailey (Queen Street), consisting of 1–5 St. Ebbe's Lane and 24–6 Queen Street. In the Oseney rentals this is reckoned as two properties, 2–5 St. Ebbe's Lane being the tenement of Roger Cumnor,

[1] This is much the same as no. 345 in *Cart. St. Frid.* i. 264, in fact it seems to be the same deed, but less correctly drawn up.

the rest being the tenement of Geoffrey Durant. The leases of this property from 1606 to 1690 will be found in the leases of Hoser's tenement in St. Martin's (see after no. 546).

598.

[William de Waus sells to Simon, son of Laurence, a cellar and solar.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus de Waus ex asensu & bona uoluntate Celene uxoris mee concessi[1] & dimisi & hac presenti carta confirmaui Simoni filio Laur[entii], illud celarium & solarium quod est desuper cum eorum pert., quod celarium est inter terram Abbatis de Oseneya & auiam capitalis mesuagii mei in parochia sancti Petri occidentalis in Oxonia; quod celarium una cum solario predicto extractum fuit de mesuagio meo prenominato; habenda & tenenda sibi & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis in feodo & hereditate in perpetuum, libere, quiete, & integre & pacifice; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum denarium ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio, exactione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione & confirmatione & warantizatione dedit michi predictus Simon tres marcas & dimidiam in garsumam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore, Hugone Faue & Adam Cruste tunc prepositis, Laurentio Rufo, Iohanne Pille, Thoma filio Laurentii, Willelmo Pille, Rogero Noif, Iohanne Achard, Warino de Aula, Iohanne le Fisser, Iohanne le Wales & aliis.

S. Pet. le B. 1 Mich. 1236–Mich. 1237 or Mich. 1243–Mich. 1244

599.

[Thomas, son of Laurence, grants to Richard Marshall a rent of 4 s. 8 d., payable from the house once of William de Waus.]

Sciant [&c.] quod ego Thomas filius Laurencii filii Radulfi de Oxonia dedi & concessi & assignaui [&c.] Ricardo Marscallo dicto de Thame quatuor solidatas & octo denariatas redditus annui & perpetui percipiendas annuatim, de tenemento quod fuit aliquando Willelmi de Uaus in parochia sancti Petri occidentalis in Oxonia, quicumque illud tenementum teneat uel inhabitet, cum libero introitu

S. Pet. B. 4 Mich. 1245–Mich. 1246

[1] The deed appears to be a grant, not a confirmation, to judge from the price paid.

& libero exitu ad namiandum in eodem tenemento, quocienscumque aliquid de predicto redditu aretro fuerit, quin terminis consuetis & debitis persoluatur, scilicet [xiv d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 25], que quidem quatuor solidate & octo denariate annui redditus & perpetui me contingunt iure hereditario per quandam concordiam factam inter me & predictum Willelmum de Uaus de quodam solario & celario que Simon frater meus aliquando tenuit pertinencia [*sic*] ad predictum tenementum de predicto Willelmo & heredibus suis; habendas & tenendas & percipiendas annuatim sicut prediuisum est predicto Ricardo & heredibus suis uel suis assignatis, quibuscumque & quandocumque uoluerit libere & quiete & pacifice; reddendo inde annuatim michi uel heredibus meis uel meis assignatis unum denarium ad Annunciacionem beate Marie in Marcio pro omni seruicio & accione [*sic*] & demanda. Ego autem [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi predictus Ricardus quadraginta & duos solidos esterlingorum in garsumma. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace tunc maiore Oxon', Nicholao de Kingestone, Iohanne de Coleshulle tunc prepositis Oxon', Willelmo de Breles, Willelmo de Mildecumbe, Willelmo Leudin, Rogero Noif, Ricardo Person, Iohanne Achard, Warin de Aula, Galfrido de Hencteshe, Waltero Molendinario & aliis.

600.

[Richard Marescallus sells to Oseney his rent of 4 s. 8 d.]

S. Pet. le B. 5 B. 221r Mich. 1260–Mich. 1261

Sciant [&c.] quod ego Ricardus Marescallus dictus de Thame dedi, concessi, assignaui [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Oseneya [&c.] quatuor solidatas & octo denariatas redditus annui & perpetui percipiendas annuatim de tenemento quod fuit aliquando Willelmi de Uaus in parochia sancti Petri occidentalis in Oxonia, quicumque illud tenementum teneat uel inhabitet [&c. as before to . . . Dec. 25]; habendas & tenendas & percipiendas annuatim sicut predictum est predictis ecclesie & Canonicis uel suis assignatis quibuscumque & quandocumque uoluerint, libere & quiete & pacifice; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum denarium ad festum Annunciacionis beate Marie pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Ego autem [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi dicti Canonici duas marcas argenti pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon',

Galfrido Aurifabro & Ricardo filio Nicholai tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido le Mercer, Nicholao de Stokwelle, Nicholao de Kingestone, Henrico de Garforde, Henrico Hynge, Willelmo le Hyrreis, Bricio de Aula & aliis.[1]

601.

[William le Waus sells to Roger de Comenore a house in Little Bailey.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus le Uaus dedi [&c.] Rogero de Comenor clerico totam domum & tenementum cum omnibus pert. suis in paruo balliuo, que est inter domum Abbatis de Oseneya & domum Iohannis filii Iurdani, quam emi de Waltero Wallop; habendam & tenendam dictam domum & tenementum cum pert. suis predicto Rogero & heredibus suis uel cuicunque uel quibuscunque ea dare, uendere, legare, assignare uel inuadiare uoluerit; reddendo pro dictis domo & tenemento redditum debitum, qui pro dictis domo & tenemento reddi debet. Pro ista autem donatione [&c.] dedit michi dictus Rogerus octo marcas pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxonie, Nicholao de Stocwelle, Iohanne Pady, Willelmo de O., bailiuis Oxonie, Galfrido de Hencs[eye], Iohanne de Coleshulle, Roberto le Muner, Galfrido Aurifabro, Henrico Inge & multis aliis.

S. Pet. le B. 6 Mich. 1261–Mich. 1262

602.

[Roger de Comenore grants his house to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Rogerus de Comenore clericus pro mea & meorum salute dedi [&c.] deo & beate Marie de Oseneya [&c.] illud tenementum cum edificiis & pert., quod aliquando fuit Willelmi de Waus, quod quidem tenementum est inter terram Abbatis de Oseneya ex una parte & terram Iohannis filii Iordani ex altera in parochia sancti Petri occidentalis Oxonie; habendum & tenendum dictis Canonicis & eorum successoribus de me & heredibus meis bene, in pace, & integre in liberam, puram & perpetuam elemosinam: reddendo inde annuatim capitalibus dominis feudi seruicium debitum &

S. Pet. le B. 7 Mich. 1265–Mich. 1266

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a woman with a fish's tail, S. RICARDI MARESCALDI DE TAM.

consuetum. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing]; hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Rogero le Sausir tunc balliuis, Galfrido de Heigtesh', Willelmo de O., Willelmo Speciario, Waltero Feteplace, Waltero de Kingestone, Waltero le Paumer & aliis.[1]

603.

[Celena, widow of William de Waus, confirms and quitclaims to Oseney her husband's house.]

S. Pet. le B. 2 Mich. 1271–Mich. 1272

Omnibus [&c.] Celena quondam uxor Willelmi de Uaus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me in ligia uiduitate & plena potestate confirmasse & quietum clamasse imperpetuum deo & ecclesie beate Marie de Osen' [&c.] totum ius & clamium quod habui uel habere potui racione dotis uel liberi Banchii seu quocunque iure uel quacumque occasione pro me & heredibus meis in toto illo mesuagio quod aliquando fuit Willelmi le Uaus mariti mei in parochia sancti Petri in parua balliua Oxonie; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone, tunc maiore Oxon', Helya le Cuilter & Henrico Oweyn tunc balliuis, Galfrido de Henxseseya, Galfrido le Mercer, Galfrido Aurifabro, Waltero Aurifabro, Iohanne Fileking, Roberto clerico & aliis.[2]

604.

[Thomas Pope resigns and quitclaims to Oseney a tenement of Oseney which he had held.]

S. Pet. le B. 3 June 19, 1306

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas Pope de Oxonia concessi, resignaui & pro me & heredibus meis & omnibus aliis qualitercumque me tangentibus imperpetuum quietumclamaui Abbati & Conuentui de Oseneya illud tenementum quod de eisdem tenui in burgo Oxonie & parochia sancti Petri in balliuo eiusdem uille; ita uidelicet quod nec ego nec heredes mei nec aliqui nomine mei vel meorum quoquomodo michi attinencium quicquam iuris vel clamii in eodem vel de eodem tenemento vel suis pertinenciis quibuscumque exigere uel uendicare possimus imperpetuum. Et si aliqua carta, scriptura vel conuencio inuenta fuerit que michi prodesse poterit in

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a star above a crescent, S. ROG' DE CVMENOR.

[2] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a fleur-de-lis, S. SELENE DE VAWES.

hac parte, vel predictis religiosis obesse, nullius firmitatis robur optineat vel effectum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Speciario tunc maiore Oxon', Ricardo clerico & Henrico de Lynne tunc balliuis, Philippo de Ou, Iohanne de eadem, Roberto de Wermenhale, Andrea de Pyrye, Thoma de Sowy et aliis. Dat' apud Oxoniam, die sanctorum Geruasii & Prothasii martirum, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici tricesimo quarto.[1]

605.

[Oseney leases to William le Northerne and Margaret his wife the tenement of Roger Cumnor, now a vacant plot.]

S. Pet. le B. 8 Apr. 14, 1378

Hec indentura facta inter Abbatem & Conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Willelmum le Northerne burgensem & aldermannum ville Oxonie & Margaretam uxorem eius ex altera, testatur videlicet quod iidem Abbas & Conuentus concesserunt, tradiderunt, & dimiserunt predictis Willelmo & Margarete unam vacuam placeam in parochia sancti Petri in ballio, vocatam tenementum Rogero Comenore, scituatam inter tenementum eorundem Abbatis & Conuentus ex parte aquilonari & tenementum dictorum Willelmi & Margarete, quondam Iohannis de Nortone, ex parte australi, que quidem vacua placea inter dicta tenementa continet in longitudine quinquaginta & septem pedes regales,[2] & a strata regia ex parte occidentali usque ad tenementum predictorum Willelmi & Margarete ex parte orientali in latitudine per quadrum quadraginta & quatuor pedes regales; habendam & tenendam dictis W. & M. vel alteri eorum diucius viventi ad terminum quadraginta annorum post datam presencium; reddendo inde annuatim predictis Abbati & Conuentui III s. & IIII d. legalis monete ad festum sancti Michaelis. Concedunt vero dicti Willelmus & M. quod ipsi edificabunt in dicta vacua placea infra terminum decem annorum tres shopas inuicem contiguas & unam portam ad finem dictarum shoparum cum meremio de quercu & coopertura tegularum modo competenti. [The owners may distrain for the rent, and may seize the tenement for any breach of the terms of this deed. The tenants are to keep the premises in repair. On the death of both W. and M. the tenement is to revert to

[1] Seal, circular, 1 inch, a lion rampant, S. THOME IVVENIS PAPE.

[2] The width of 2–5 St. Ebbe's Lane is 59 feet 5 inches.

Oseney], sine contradiccione heredum vel executorum ipsorum W. et M., ita quod dicti Abbas & Conuentus soluant annuatim dictis heredibus vel executoribus viginti & sex solidos & octo denarios bone & legalis monete ad duos anni terminos, [Mar. 25 & Sept. 29] usque ad finem quadraginta annorum predictorum nisi dictus Willelmus in suo testamento aliter ordinauerit. In cuius [&c. sealing]. Dat' in domo capitulari Oseneye die Mercurii proxima post diem dominicam in ramis palmarum, anno regni regis Ricardi secundi primo.

2. The Tenement of Geoffrey Durant; 24–6 Queen Street.

The following deed may be compared with deed no. 125 in the *Eynsham Cartulary*, vol. i, where Gaufridus makes a grant to Eynsham with the same witnesses. It was probably at this time that Matilda, wife of Gaufridus (*Godstow Cart.*, p. 383, E.E.T.S.), entered Godstow as a nun. It seems that she was the daughter of Henry of Oxford, who was sheriff of the county in 1154, and survived certainly until 1159 and probably to 1165 (ib., p. 382); for her son Peter is declared to be the heir of John, bishop of Norwich, in 1187 (Blomefield, *Hist. of Norfolk*, viii. 531), who was the son of Henry of Oxford. The assumption is that Matilda and the bishop were brother and sister. Besides Peter, it appears that Geoffrey and Matilda had a daughter named Matilda, who married Hugo filius Richeri, and had a son, Iohannes filius Hugonis (*Book of Fees*, p. 115).

606.

[Geoffrey, son of Durand, grants to Oseney a bakehouse and five messuages.]

S. Pet. le B. 11 B. 94v and again B. 95v [1185–7][1]

Sciant omnes ad quos presens scriptum peruenerit, quod ego Gaufridus filius Durandi, assensu Petri filii mei & heredis, concessi & dedi & hac presenti carta mea confirmaui deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya & Canonicis ibidem deo seruientibus, quando me ipsum dedi eidem ecclesie, furnum meum quod est in uilla de Oxenefordia ante ecclesiam beati Petri, cum quinque mesagiis que ad eundem furnum pertinent, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, saluo seruitio domini de Edintone,[2] scilicet decem denariis ad

[1] Alan de Furnaus was sheriff from Easter 1185 to Easter 1187.

[2] Probably Headington is meant, but it is strange that the place should be spelt in a different way within a few lines.

festum sancti Michaelis eidem domino de predictis furno & mesagiis annuatim persoluendis. Dedi etiam prefate ecclesie pratum meum quod est iuxta Bulestache, in puram & perpetuam elemosinam, saluo seruicio domini regis de Hedindone, scilicet duobus solidis annuatim ad festum sancti Michaelis soluendis. Hec omnia dedi predicte ecclesie pro salute anime mee & Matillidis uxoris mee & antecessorum & parentum meorum & amicorum. Testibus, domino Iohanne Norwicensi episcopo, Alano de Furnaus uicecomite Oxenef', Gaufrido capellano, magistro Roberto de Waxtone, magistro Lamberto, magistro Waltero de Calna, Hugone capellano, Willelmo de Oxeneforde fratre Iohannis episcopi, Hugone filio Willelmi, Waltero de Riuera, Roberto de Stanford, Willelmo filio Ricardi de Oxenef', Iohanne Kepeharm, Willelmo Wakeman, Thoma filio Ailrici, Lamberto & multis aliis.[1]

607.

[Ralf Murdac confirms[2] to Peter, son of Geoffrey, his land opposite the church.]

S. Pet. le B. 3 c. 1187

Notum sit tam futuris quam presentibus quod ego Radulfus Murdac dedi & concessi & hac carta mea confirmaui Petro filio Galfridi de Oxenefordia pro seruitio suo totam terram meam in Oxenefordia que est contra ecclesiam sancti Petri apud Castellum cum furno & omnibus pertinentiis suis, quam pater suus tenuit de antecessoribus meis; tenendam de me & heredibus meis, illi & heredibus suis, libere & quiete & honorifice, sicut unquam aliquis melius & liberius de me tenuit; reddendo annuatim 1 li[bram] cimini ad festum sancti Michaelis pro omni seruitio; & ut hoc ratum sit & stabile, sigilli mei attestacione confirmaui; testibus, Iohanne episcopo Norwicensi, & Godefrido de Luci, & Hugone sacerdote, & Nigello decano & Rodberto clerico & Galfrido clerico, & Willelmo de Bruges & Galfrido Talun, & Thoma filio Rogeri, & Iohanne Kepeharm, & Laurentio filio suo, & Thoma filio Eilrici, & Willelmo filio Radulfi, & Henrico filio Simeonis & multis aliis.[3]

[1] Seal, circular, 1½ inches, an eagle soaring, SIGILLVM GALFRIDI FILI DVRANTI.

[2] Though the word *dedi* is used, yet this deed is practically only a confirmation, agreeing that Peter, son of Geoffrey, shall hold his father's land. Geoffrey had already given it to Oseney.

[3] Seal, circular, 2⅛ inches, a knight on horseback with a falcon on his left hand, facing the left, SIGILLVM RADVLFI MVRDAC. It is reproduced in *Eynsham Cartulary*, i. 84.

608.

[Peter, son of Geoffrey, confirms his father's gift.]

S. Pet. le B. 12 B. 94 c. 1188

Sciant presentes & futuri quod ego Petrus filius Gaufridi filii Durandi concessi & presenti carta confirmaui ecclesie sancte Marie de Oseneia & Canonicis ibidem deo seruientibus furnum quem pater meus illis in perpetuam elemosinam dedit in uilla de Oxenefordia ante ecclesiam sancti Petri cum quinque mesuagiis ad eundem furnum pertinentibus, tenendum in perpetuum de me & heredibus meis per decem denarios inde annuatim ad festum sancti Michaelis reddendos pro omni seruicio. Et si aliquis prefatis Canonicis super isto tenemento querelam mouerit, uel plus quam illos decem denarios exegerit, ego & heredes mei illud eis per seruicium x predictorum denariorum ubique guarantizabimus; hiis testibus, Iohanne Kepeharm, Willelmo filio Radulfi, Thoma filio Ailrici, Symone clerico, Augustino clerico, magistro Reinerio.[1]

609.

[Walter, son of Roger of Dorchester, grants and quitclaims to Oseney part of the tenement which he held of Oseney, viz. 16 feet.]

S. Pet. le B. 16 B. 102v 1226–30

Sciant [&c.] quod ego Walterus filius Rogeri de Dorkecestria concessi, dimisi, & liberaui & quietos clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo et ecclesie sancte Marie Oseneye [&c.] sexdecim pedes terre iuxta domum meam tegulatam uersus aquilonem in parochia sancti Petri occidentalis de tenemento quod tenui de predictis Canonicis, que terra extendit se in longitudine usque ad terram Radulfi de Wintonia. Pro hac autem concessione [&c.] dederunt michi dicti Canonici quatuor marcas argenti & dimidiam in gersumma, et de tribus solidis quos eis soluere annuatim debebam michi & heredibus meis duodecim denarios remiserunt. Preterea gablum inter domum meam & edificium dictorum Canonicorum michi proprium remanebit, ita tamen quod nec ego nec heredes mei nec aliquis qui illud tenementum tenuerit, illud gablum amouere poterit in preiudicium & detrimentum aut tedium dictorum Canoni-

[1] Seal, oval, not pointed, $1\frac{1}{2}$ inches by $1\frac{1}{4}$ inches, a sort of dragon, SIGILLVM PETRI FILII GAVFRIDI.

corum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Pady maiore Oxon', Philippo Molendinario, Gerardo de Dorkecestria, Radulfo de Winton', Iordano Alutario, Willelmo de Dorkec[estria] et aliis.[1]

610.

[Oseney leases to Walter le Paumer and Cecilia his wife a corner house.]

Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quinquagesimo quarto ad festum Natiuitatis beate Marie uirginis facta est hec conuencio inter fratrem Willelmum Abbatem & Conuentum Oseneye ex una parte & Walterum le Paumer & Ceciliam uxorem eius ex altera, uidelicet quod idem Abbas & Conuentus concesserunt & tradiderunt eisdem illud mesuagium suum angulare cum pert., quod Emma Abbod aliquando inhabitauit in parochia sancti Petri occidentalis; tenendum & habendum eisdem W. & C. ad totam uitam suam, reddendo inde annuatim dictis Abbati & Conuentui tresdecim solidos & quatuor denarios ad quatuor anni terminos [viz. III s. IIII d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 25] pro omni seruicio, exaccione & demanda. Quod si dicti Walterus & Cecilia cessauerint a solucione dicti redditus, [the procurator of the Abbey may distrain. The tenants are to keep the tenement in repair: they may not sublet without leave]. Post mortem uero eorum redibit dictum mesuagium integre ad predictos Abbatem & Conuentum, sicut ad ueros dominos, pacifice & sine reclamatione alicuius. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Coleshulle tunc maiore Oxonie, Galfrido Aurifabro, Philippo de O., tunc balliuis, Nicholao de Kingestone, Galfrido de Henxteseye, Galfrido le Mercer, Waltero Aurifabro & aliis.

S. Pet. le B. 20 Sept. 8, 1270

611.

[Oseney leases the same tenement to Thomas de Middiltone and Maud his wife.]

Hec est conuencio facta inter dominum Willelmum Abbatem & Conuentum Oseney ex parte una et Thomam de Middiltone et Matildam de Chelreye uxorem suam ex altera, uidelicet quod idem Abbas & Conuentus concesserunt & dimiserunt eisdem illud tenementum

S. Pet. le B. 21 Mich. 1280–Mich. 1281

[1] Seal, circular, 1½ inches, a fleur-de-lis, S. WALTERI FILII ROGERI DE DORCECEST'.

angulare cum omnibus edificiis & pert. quod Cecilia le Palmere quondam tenuit in parochia sancti Petri in ballio Oxonie, quod quidem tenementum situm est inter tenementum dictorum Abbatis & Conuentus ex parte australi et tenementum aliquando Walteri le Palmere ex parte orientali; habendum & tenendum dictis T. & M. vel eorum alteri qui superuixerit ad totam uitam suam, exceptis duabus seldis eiusdem tenementi, quas dicti Abbas & Conuentus sibi retinuerunt; reddendo inde annuatim triginta solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Thome apostoli VII sol. & VI d. [& Mar. 25, June 24, Sept. 29] pro omni seruicio seculari. [The tenants will keep the building in repair, except the two selds. The owners may distrain for the rent. The tenants may not sublet.] In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxonie, Nicholao de Colishulle & Iohanne Sewy tunc prepositis, Andrea de Duram, Thoma Pope, Hugone de Pershouere, Iohanne de Oseneya & aliis.

612.

[Oseney leases to John de Tilgersle a house in Little Bailey.]

S. Pet. le B. 23 Nov. 20, 1294–Mich. 1295

Hec est conuencio facta inter fratrem Rogerum Abbatem Oseneye & eiusdem loci Conuentum ex parte una & Iohannem de Tilgersle & Emmam de Elsefeld uxorem eius ex altera, uidelicet quod idem Abbas & Conuentus concesserunt & tradiderunt ad feodifirmam prefatis I., E. & Iohanni filio eorundem primogenito illud mesuagium quod situm est in parochia sancti Petri in Ballio Oxonie, uidelicet in uico quo itur ab ecclesia predicta usque ad ecclesiam sancte Ebbe, inter tenementum nostrum ex parte australi & tenementum predictorum I. & E. ex parte boriali; quod tenementum continet in se in longitudine sexaginta pedes & in latitudine triginta sex pedes;[1] habendum & tenendum predictis I., E. & I. ad totam uitam eorundem uel cuilibet eorum, qui uel que alterum superuixerint uel superuixerit, libere, quiete, bene & in pace; reddendo inde annuatim predictis Abbati & Conuentui octodecim solidos ad quatuor anni terminos principales, uidelicet ad Natale Domini quatuor solidos & sex denarios

[1] This is probably what was called the first tenement of Geoffrey Durant, i. e. the southern portion; the whole tenement had a frontage of 47 feet in Little Bailey.

[Mar. 25, June 24, Sept. 29] pro omni seruicio seculari ad dictos religiosos pertinente. [The owners may distrain for rent: the tenants will keep the premises in repair.] In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Thoma Sowy tunc maiore Oxonie, Radulfo le Mercer, Thoma de Henxeya tunc balliuis eiusdem, Henrico Owayn, Iohanne de Ou, Philippo de Ou, Nicholao Aurifabro, Roberto de Wermenhale, Iohanne Sewy & multis aliis. Dat' apud Oseneye, anno regni regis E. vicesimo tercio.[1]

613.

[An agreement between Oseney and Adam de Warborough.]

S. Pet. le B. 22 Oct. 18, 1323

Anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi septimo decimo, die Martis proxima ante festum sancte Frideswithe virginis ita conuenit inter Abbatem Oseneye & eiusdem loci Conuentum ex parte una & Adam de Warborou & Agnetem uxorem suam ex altera, videlicet quod cum iidem A. & A. tenuerint hucusque de dictis Abbate & Conuentu ad voluntatem eorundem unum mesuagium angulare in villa Oxonie in parochia sancti Petri in Ballio, quod Henricus Botte & Edith uxor sua inhabitare consueuerunt, & pro eodem mesuagio reddidissent annuatim triginta solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos usuales, ac hii iidem terminos solucionis bene obseruassent, & in eodem tenemento bene se gessissent, & predictum tenementum absque incendio aut alio dampno irracionabili hucusque custodissent; pro quibus quidem redditu & eorum fideli solucione & aliis predictis condicionibus decetero fideliter obseruandis, concedunt predicti Abbas & Conuentus eisdem A. & A. quod eosdem a mesuagio predicto non amouebunt neque eicient quamdiu redditum predictum, ut predictum est, bene persoluerint & mesuagium antedictum bene custodierint; ita tamen quod nec dictus A. & A. nec eorum alter dictum mesuagium alicui vel aliquibus locare vel ad inhabitandum quouis modo tradere presumant. Nec licebit predictis A. & A. vel eorum alteri aliquid edificatum vel edificandum, plantatum vel plantandum distrahere, eradicare vel aliquo modo de dicto mesuagio alienare. [The owners will do repairs.] Et si forsan procurator ipsius Abbatis & Conuentus ad aliqua necessaria reparanda aut facienda, sufficienter premunitus, ea reparare vel facere diffugerit, tunc iidem A. & A. vel eorum unus per visum duorum fidelium vicinorum & procuratoris

[1] The day and month are omitted.

eorundem Abbatis & Conuentus, premuniti si interesse voluerit, defaltas si que fuerint in eodem mesuagio reparare facient & emendare, & quod in reparacione & emendacione sic factis racionabiliter posuerint vel expenderint in solucione redditus predicti allocabitur. Et si contingat predictum mesuagium per maliciam, necligentiam aut odium dictorum A. & A., igne uel impetu, quod absit, consumi, ad satisfactionem plenariam extunc teneantur. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Roberto de Watlyngton tunc maiore Oxonie, Roberto de Bache & Simone de Glouernia, tunc balliuis eiusdem, Ricardo Careyg, Thoma Marescallo, Willelmo de Pyrya & aliis.

614.

[Oseney leases to Henry Baylly the second tenement of Geoffrey Durant.]

S. Pet. le B. 13 Sept. 1, 1424

Hec indentura facta inter Abbatem & Conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Henricum Baylly alias Camell' de Oxon' & Katerinam uxorem eius ex altera testatur quod predicti Abbas & Conuentus tradiderunt & dimiserunt predictis H. & K., seu eorum alteri diucius viuenti, unum tenementum vocatum ab antiquo tenementum secundum Galfridi Durant cum cellario p*rimo* eiusdem & solario desuper, situatum in parochia sancti Petri in Ballio Oxonie; habendum & tenendum predictis H. & K. ad terminum vite eorundem seu eorum alterius diucius viuentis; reddendo inde annuatim predictis Abbati & Conuentui xxv solidos ad quatuor anni terminos; et si contingat dictos H. & K. seu eorum alterum ultra terminum quatuor annorum proximo sequencium predictum tenementum inhabitare, quod ex tunc reddent annuatim xxvi sol. & octo denarios ad quatuor anni terminos. Si uero contingat dictos H. & K. predictum tenementum dimittere post finem quatuor annorum proximo sequencium, quod premunient prefatos Abbatem & Conuentum vel eorum procuratorem per dimidietatem anni ante recessum suum sub pena viginti solidorum. [The tenant may not sublet without permission. The owners may distrain for the rent.] Dat' Oseneye primo die mensis Septembris, anno regni regis Henrici VI tercio.

Leases.

IX. 36

Nov. 16, 1699; a lease to Joan Turton, daughter of Thomas Woodward, widow of William Turton, vintner, of six tenements in

St. Peter le Bailey; one is or was in the possession of Thomas Edwards, smith, William Woolf, fruiterer, and Hannah Yates, widow; on E. widow Gylkes; S. is the gatehouse of Francis Withy, musitian; the other five are in the occupation of Hannah Yates, Robert Cantwell, cordwinder, William Adkins, yeoman, Richard Roberts, printer, and Elizabeth Woodward, widow; 40 years; rent 20*s.* and two capons; fine £20.

Sept. 28, 1714; a lease to William Turton, M.A., executor of the will of Joan Turton; the first tenement is occupied by Jonathan Hughes, cordwainer, Mary Waine, widow, and Hannah Yates, widow; on the E. is Daniel Duke, an instrument maker; on the W. is Little Bailey; the six [*sic*] other tenements are occupied by Hannah Yates, Robert Cantwell, cordwainer, Mathew Edwards, smith, Richard Harris, labourer, Benjamin Howell, smith, and Richard Hanson, musician, abutting S. on the gatehouse of Francis Willy [*sic*], musitian; 40 years; rent 20*s.* and two capons; fine £26. **X. 204**

June 6, 1728; a lease to John Dodwell, gent.; the wording as in 1714; fine £27. **XIII. 126**

Feb. 3, 172$\frac{8}{9}$; Mary Dodwell, widow of John Dodwell, assigns the residue of the lease to Henry Wise. **XV. 10**

Apr. 14, 1740; the will of Henry Wise, made Mar. 19, 1740, was proved by Thomas Wise his son.

Mar. 21, 16 Geo. II, 1742; a lease to Thomas Wise, mercer; the occupants are John Houghton, Edward Boyce, and Charles Pugh on the N., on the W. are Charles Pugh, Thomas Cantwell, George Turner, Elizabeth Routledge, Richard Hanson, and Catherine Bowell, on the S. is the gatehouse of William Sowerby; 40 years; rent 20*s.* and two capons; fine £18 18*s.*

Aug. 17, 1757; a lease to Thomas Wise, alderman; the occupants of the three northern tenements are William Dennis and Charles Pugh; on the E. is Israel Taylor, victualler; at the S. of the six other tenements is the gatehouse now in the possession of widow Lanian; 40 years; rent 20*s.* and two capons; fine £18 18*s.* **XVII. 22**

July 18, 1771; a lease to Thomas Wise, alderman; the wording as in 1757; fine £18 18*s.* **XIX. 110**

Jan. 22, 1788; the administration of the goods of Deborah Wise, widow of Thomas Wise, was granted to Sir John Treacher, husband of Mary, late sister of Deborah Wise, and to John Nares. **XXIII. 53**

Mar. 12. 1788; a lease to Sir John Treacher of Oxford, alderman, and John Nares of the Middle Temple, Esq.; the three northern

tenements are occupied by John Dennis, William Carter, and Daniel Smith, on E. is John May, victualler; the tenements in Little Bailey are now three, and are occupied by William Fisher, James Slatter, and Michael Terry; S. is the gatehouse of Susan Prickett; 40 years; rent 20*s*. and two capons; fine £40.

XXV. 206 Dec. 13, 1788; Sir John Treacher and John Nares for £315 assign the residue of the lease to William Fisher.

May 18, 1801; a lease to William Fisher, carpenter, of seven tenements; those on the N. are occupied by Richard Best, Sarah Kempster, and William Parker; those on the W. by William Fisher, Charles Badcock, James Tylor, and Charles Palmer; the gatehouse of Thomas Badcock is S., John May, victualler, is E.; 40 years; rent 20*s*. and two capons; fine £50 15*s*.

XXIX. 259 Jan. 6, 1821; a lease to William Fisher; fine £70 14*s*.

XXXI. 197 Nov. 21, 1826; William Fisher for £1,300 assigns the lease to Ann White and John Evetts.

Dec. 24, 1829; a lease to Ann White; fine £130.

XXXIV. 236 Feb. 14, 1844; a lease to Henry Hall; fine £232 10*s*.

3. Tenementum Fromundi; 10 Castle Street.

Next in the rentals comes a payment of 2*s*. a year from what the later rentals call 'the tenement of Fromund', known as *Domus Lambin* in the earlier rentals. From the names of the payers we can assert that the house was 10 Castle Street. If we may trust the identification of the rentals, this 2*s*. is the 'two shillings of rent' given by Fromund, of which there is mention in the foundation charter of Robert d'Oyley.

4. The Paviours' Arms; 12 Castle Street.

A rent of 10*s*. from this tenement was given to Oseney by Elizabeth Bunting in 1443, and in the rental of 1479 this is all that Oseney possesses, but in the rental of 1498 it has the whole tenement. It may have been given under the will of John Bunting. The western extremity of the garden of this tenement was probably another tenement, which is described next.

615.

[John Jordan and his wife grant a messuage to Thomas de Hethfeld.]

S. Pet. le B. 26 (1) Nov. 8, 1359 Sciant [&c.] quod nos Iohannes Iordan de Asthrop' de comitatu Hertford & Cristina uxor eius filia Willelmi le Gryndere de Oxonia

dedimus [&c.] Thome de Hethfeld de Oxonia, sclattere, unum mesuagium cum pert. in Oxonia in parochia sancti Petri in Ballio, situatum inter tenementum ipsius Thome ex parte orientali & tenementum quod quondam fuit Iohannis de Nortone de Oxonia draper ex parte occidentali; habendum & tenendum predicto Thome & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et preterea [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Iohanne de Stodle tunc maiore ville Oxonie, Iohanne de Hertwell & Ricardo Wodehay tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de sancta Frideswida, Roberto Mauncel, Henrico de Malmesbury, Iohanne de Olney, Petro le Panyt[er], Iohanne de Wyndesore, Willelmo le Northerne, Iohanne de Norhampton clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam, octauo die Nouembris anno regni regis Edwardi tercii tricesimo tercio.

Ista carta recognita fuit coram maiore & balliuis infra nominatis in pleno hustengo Oxonie, tento ibidem die Lune proxima ante festum sancti Edmundi regis anno infrascripto. Et super hoc Cristina super ista carta examinata fuit, & confessa, & donacioni omnino consensit. Et ista carta irrotulatur in eodem hustengo &c.

616.

[The executor of Thomas Hethfeld grants his house to William Duke.]

S. Pet. le B. 26 (4) Aug. 12, 1394

Sciant [&c.] quod ego Willelmus atte Wyke, executor testamenti Thome Hethfelde sclatter defuncti, quondam burgensis Oxonie, iuxta potestatem in dicto testamento michi traditam & concessam concessi, tradidi & liberaui [&c.] Willelmo Duke alias dicto Cooke totum illud mesuagium cum omnibus suis pert. in Oxonia, situatum in magno ballio inter tenementum Roberti Buterwyk bedelli Uniuersitatis Oxonie, ex parte occidentali, & tenementum quod fuit predicti Thome Hethfeld & nunc Willelmi Palmer ex parte orientali; habendum & tenendum prefato Willelmo Duke & heredibus ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Ricardo Garstone maiore ville Oxonie, Waltero Benham & Iohanne Lodelowe balliuis eiusdem ville, Willelmo Daggeuylle, Thoma Somersete, Waltero Bowne, & Iohanne Schawe aldermannis, Iohanne

Leper, Nicholao Nortone, Willelmo Gerueys clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam die Mercurii proximo post festum sancti Laurencii anno regni regis Ric. II decimo octauo.

617.

[William Duke grants the messuage to feoffees.]

S. Pet. le B. 26 (5) Aug. 14, 1394

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Duke, alias dictus Cooke, dedi [&c.] Iohanni Terry & Rogero Geffray totum illud mesuagium [&c. as before]: habendum & tenendum prefatis I. & R. & heredibus suis ac eorum assignatis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Garstone maiore ville Oxonie, Waltero Benham, Iohanne Lodelowe balliuis & aliis. Dat' apud Oxon' quarto decimo die Augusti, anno r. r. Ric. II decimo octauo.

618.

[The feoffees return the property to William Duke now married.]

S. Pet. le B. 26 (6) Aug. 15, 1394

Sciant [&c.] quos nos Iohannes Terry & Rogerus Geffray dedimus [&c.] Willelmo Duke & Eue uxori sue totum illud mesuagium [&c. as before], quod quidem mesuagium nuper habuimus ex dono & feoffamento dicti Willelmi Duke: habendum & tenendum prefatis W. & E., heredibus & assignatis ipsius Willelmi de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inter debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Garstone maiore ville Oxon', Waltero Benham, Iohanne Lodelowe balliuis & aliis. Dat' apud Oxon' quinto decimo die Augusti anno r. r. Ric. II decimo octauo.

619.

[Thomas Cowley quitclaims to William Duke a tenement in St. Peter le Bailey.]

S. Pet. le B. 26 (2) Sept. 2, 1394

Nouerint uniuersi me Thomam Coweley de Oxonia remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Willelmo Duke, alias dicto Cooke, & Eue uxori sue totum ius meum & clameum quod habeo, habui seu quouismodo in futurum

habere potero, in uno mesuagio situato in Oxonia in parochia sancti Petri in Magno Ballio inter tenementum Roberti Boterwyke bedelli Uniuersitatis Oxonie ex parte occidentali & tenementum quod fuit Thome Hethefeld & nunc Willelmi Palmere ex parte orientali. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Gilberto Burtone, Thoma Howkyn, Willelmo Reuell', Iohanne Tyrre, Willelmo Chysselhamptone & aliis. Dat' in hundredo extra portam borialem Oxonie, die Mercurii proxima ante festum Natiuitatis beate Marie uirginis, anno regni regis Ricardi secundi decimo octauo.

620.

[Thomas de Hampton quitclaims the same.]

Nouerint uniuersi me Thomam Hamptone mayryssergant de Oxonia remisisse [&c. as in the last deed, word for word]. **S. Pet. le B. 26 (3)**

621.

[Thomas Stokes and others grant the messuage to William Duke and his wife.]

Sciant presentes & futuri quod nos Thomas Stokes capellanus, Iohannes Haylys, Willelmus Wymonde, Simon Smyth, Rogerus Smyth filius Simonis Smyth, Elisabet Haukyns, Willelmus Wheler, Thomas Moryn, Thomas Modicum & Reginaldus Webbe dedimus [&c.] Willelmo Duke alias dicto Cook et Eue uxori eius unum mesuagium [&c. as in no. 616, with warranty], hiis testibus, Ricardo Garstone tunc maiore ville Oxonie, Iohanne Ludlow & Waltero Beneham tunc balliuis eiusdem, Willelmo Dagvyle, Thoma Somersete, Waltero Bone & Iohanne Shawe tunc aldermannis, Thoma Hokyn, Iohanne Forster, Willelmo Reuell, Edmundo Kenyan, Gilberto Burton, Iohanne Spycer, Iohanne Tyrre, Iohanne Hunche & aliis. Dat' in hundredo extra portam borialem Oxonie die Martis proxima post festum Exaltacionis sancte Crucis anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie decimo octauo. **S. Pet. le B. 26. (7) Sept. 15, 1394**

622.

[Thomas Wylburne and John Spek quitclaim to William Duke and his wife.]

Omnibus [&c.]; sciatis nos Thomam Wylburne & Iohannem Speke remisisse, relaxasse et omnino pro nobis & heredibus nostris in per- **S. Pet. le B. 26. (8) Sept. 30, 1394**

petuum quietum clamasse Willelmo Duke alias dicto Coke & Eue uxori eius totum ius nostrum quod habemus [&c.] in uno mesuagio in Oxonia in parochia sancti Petri in Ballio [&c. as in no. 616]; hiis testibus, Thoma Hokyn, Willelmo Reuell, Willelmo Chislampton, Gilberto Burton, Iohanne Tyrrey, Iohanne Hunche & aliis. Dat' in hundredo extra portam borialem Oxonie in crastino sancti Michaelis archangeli anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie decimo octauo.

623.

[The will of William Duke.]

S. Pet. le B. 31 Dec. 22, 1403

[In dei nomine, amen. Die] sabbati proxima post festum sancti Thome apostoli anno domini millesimo CCCC III anno regni regis He[nrici quarti post conquestum] Anglie quarto, ego Willelmus Duk' languens in extremis condo testamentum meum [in hunc modum, videlicet] in primis lego animam meam deo omnipotenti & beate Marie & omnibus sanctis & corpus meum ad sepeli[endum in ecclesia beate] Marie Magdalene coram ymagine sancti Iacobi. Item lego matrici ecclesie VI d.; item vicario ec[clesie sancte Marie] Magdalene VI s. VIII d.; item magistro Thome Canner XL d., et clerico parochiali XII d.; item lego [ ] marcas ad sustentacionem presbiteri ad celebrandum pro anima mea & animabus omnium fidelium defunctorum in ecclesia sancte Marie Magdalene per unum annum integrum. Item lego Gilberto filio meo meam zonam argenteam optimam. Item lego aliam zonam argenteam Margarete filie mee. Item lego cuilibet eorum unam peciam argenteam. Item lego Elizabet consanguineo [*sic*] meo centum solidos. Item lego fabrice ecclesie beate Marie Magdalene VI s. VIII d.; item lego Michaeli Smyth quandam togam meam. Item lego sorori mee VI s. VIII d.; item lego fratribus Carmelit' de Oxon' XX s.; item cuilibet ordini aliorum fratrum de eadem villa II s. VI d.; item do & lego Alicie uxori mee tenementum meum in Oxonia situatum in parochia sancti Petri in Ballio, habendum & tenendum predicte Alicie uxori mee ad terminum vite sue, tenendum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. [After her death it is to revert to Gilbert, his son, Margaret the daughter receiving half the rent. If either of them die without children, the other is to have the whole. If neither have children, 'remaneat Elizabet consanguineo meo'.

If she have no children, it is to revert to the right heirs of the testator.] Residuum vero omnium bonorum meorum do & lego Alicie uxori mee ad sustentacionem suam & puerorum meorum. Et ad istud testamentum meum [ ] & fideliter exequendum facio & ordino executores meos Aliciam uxorem meam & [ ] meos executores & Iohannem Feltone vicarium ecclesie sancte Marie Magdalene superuisorem testamenti mei predicti. In cuius [&c. sealing].[1]

624.

[Elizabeth Buntyng grants to Oseney a rent of 10 s.]

S. Pet. le B. 17 June 24, 1443

Omnibus [&c.] Elisabet Buntyng de Oxonia salutem. Noueritis me in pura viduitate mea, lege & potestate dedisse [&c.] deo & ecclesie beate Marie virginis de Oseneya [&c.] quendam annualem redditum decem solidorum de quodam tenemento meo situato in parochia sancti Petri in ballio Oxonie inter tenementum communitatis ville Oxonie ex parte orientali et tenementum Iohannis Hanslape in cornerio ex parte occidentali; habendum & percipiendum prefatis Abbati & Conuentui in perpetuum ad festa Annunciacionis beate Marie et sancti Michaelis per equales porciones; [they may distrain for the rent]. De quo quidem annuali redditu ego posui predictum Abbatem & Conuentum in plenam possessionem & seisinam per solucionem quatuor denariorum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Bayly maiore ville Oxonie, Thoma Dagvyle, Iohanne Northe, Roberto Walford & Thoma Wythyg aldremannys, Rogero Faux & Iohanne Pyppard balliuis, Petro Marmyon, Iohanne Cornwayle, Ricardo Moor, Iohanne Acreman, et aliis. Dat' in festo Nativitatis sancti Iohannis Baptiste anno r. r. Hen. VI vicesimo primo.

625.

[John Buntyng quitclaims his mother's gift.]

S. Pet. le B. 18 Dec. 2, 1449

Omnibus [&c.] Iohannes Buntyng, filius Elizabeth Buntyng de Oxon' salutem. Sciatis quod cum prefata Elizabeth mater mea per cartam suam dedisset Abbati beate Marie uirginis de Oseney & eiusdem loci Conuentui quendam annualem redditum decem solidorum exeuncium de quodam tenemento situato in parochia sancti

[1] There is no probate.

Petro in balliuo; habendum & percipiendum, prout in dicta carta matris mee plenius liquet; sciatis me remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse prefatis Abbati & Conuentui predictum annualem redditum decem solidorum: ita quod [&c.]. Dat' Oxonie secundo die mensis Decembris anno r. r. Hen. VI vicesimo octauo.

626.

[Joan Robyn quitclaims to John Buntyng the house in which he lives.]

S. Pet. le B. 19 June 16, 1459

Omnibus [&c.] Iohanna Robyn nuper uxor Roberti Robyn de Oxonia salutem. Noueritis me in pura viduitate mea ac plena & legitima potestate mea remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse Iohanni Buntyng de Oxonia super sua possessione, heredibus ac assignatis suis totum ius meum, titulum & clameum que unquam habui, habeo seu quouismodo habere potero de & in uno messuagio cum pert. in Oxonia, situato in parochia sancti Petri in magno Ballio inter tenementum Camere ville Oxonie ex parte orientali & tenementum Thome Hanslape bakere ex parte occidentali: ita quod nec ego [&c.]. In cuius [&c. sealing] hiis testibus, Roberto atte Wode maiore ville Oxonie, Thoma Hauylle, Iohanne Smyth balliuis eiusdem ville, Iohanne Smyth bakere, Iohanne Coore brewere & aliis. Dat' apud Oxoniam, decimo sexto die Iunii anno r. r. Hen. VI tricesimo septimo.

Leases.

III. 32

Oct. 20, 41 Eliz.; a lease to Robert Nicholles, baker, of a tenement and garden wherein the said Robert dwells; a tenement in the occupation of William Robinson is E., a tenement late in the tenure of John Price, cooke, now of Ralph Bolton, W., a garden ground, late of Alderman Row, now of Nicholas Row his son, S.; Castle Street, N.; 40 years; rent 2*s*.

III. 730

July 16, 4 Car. I, 1628; a lease to William Seymour of Oxford, gent.; on E. is a tenement of the inheritance[1] of 'George Boxe thatturney' in the occupation of Richard Bancks, horserider, on W. a tenement of the inheritance of Roger Griffin, whitebaker, once in the occupation of Robert Fylles, then of John Price, cook, now of

[1] He may have inherited the lease, but the freehold belonged to the City (*Oxford City Properties*, p. 201).

Thomas Streete, taylor; on S. a garden late in the tenure of Mr. Nicholas Rowe, then of John Dawson, now of John Mathew; 40 years; rent 2*s*. and two capons.

Jan. 24, 1649; a lease to Thomas Rowney of the Univ. of Oxford, gent.; a tenement in the occupation of — Moseden is E., and James Dudley W.; the rest as before. **IV. 226**

Aug. 20, 1668; a lease to Thomas Tanner, citizen and fishmonger of London; a tenement late in the occupation of William Robinson E., James Dudley W., in the tenement of the inheritance of Roger Griffin, alderman, of Oxford; a garden of Margery Coxeter, widow, S.; 40 years; rent 2*s*. and two capons; fine £15. **V. 335**

Apr. 11, 1687; a lease to John Dowden of Oxford, musitian, and Sarah his wife; Price King is E.; a tenement of Elianor Fulks, widow, in the tenure of Robert Winston is W.; a malthouse of George Price, ale brewer, is S.; rent 2*s*. and two capons; fine £14. **VII. 313**

Mar. 8, 1689; Arthur King assigns the residue of the lease to John King and John Jones. **X. 12**

Sept. 20, 1707; a lease to John King of the Univ. of Oxford, gent., and John Jones, cordwainer; the rest as in 1687; fine £12. **X. 12**

Mar. 27, 1721; a lease to John Sawyer of the Univ. of Oxford, butler; the wording as in 1687; fine £6. **XII. 132**

May 24, 1735; a lease to Elizabeth Sayer, widow of John Sayer, butler; the wording as in 1687; fine £6. **XIV. 26**

July 22, 1749; a lease to William Knight, shoemaker, and Elizabeth his wife, late the wife of John Sayer; the wording as in 1687; fine £6. **XV. 240**

Dec. 9, 1788; a lease to William Ferryman of Oxford, turner; Richard Baxter is E. and said Richard Baxter is W., the undertenants of Sir Richard Tawney are S.; 40 years; rent 2*s*. and two capons; fine £63. **XXIII. 78**

Mar. 26, 1789; licence to alienate the lease to Sir Richard Tawney.

Aug. 4, 1800; the executors of Alderman Edward Tawney, the executor of Sir Richard Tawney, assign the residue of the lease to Messrs. Mark and James Morrell.

Dec. 2, 1802; a lease to Mark and James Morrell; described as in 1788; fine £20. **XXVI. 23**

Apr. 24, 1833; the lease is renewed; fine £40. **XXXII. 122**

Feb. 19, 1845; a lease to James Morrell; fine £35. **XXXV. 23**

5. Tenement of Galfridus Molendinarius.

In the earlier rentals the next property is a rent of 4*s.* 6*d.* a year paid by the tenement of William de Montibus. In the later rentals there seem to be two holdings, one called the tenement of Geoffrey Molendinarius and the other being two cellars with a solar above. The property was probably the western portion of the garden at the back of The Paviours' Arms; it faced Newmarket in the Middle Ages, and was probably in the parish of St. Budoc until 1265, when that parish came to an end. The charter of bishop Robert de Chesney mentions that Oseney had received the land of Godfrey, near St. Budoc's, before 1166. The old church of St. Budoc was destroyed by Falkes de Breaute in 1215 to make a barbicane for the Castle; when the barbicane fell into disuse the site was known as Newmarket. The two following deeds seem to be about this tenement. We do not know how it returned into the demesne of the abbey, but the change took place between 1324 and 1417.

627.

[Agnes, widow of Robert Kachefreins, quitclaims to Oseney land in St. Budoc's.]

S. Budoc Mich. 1243–Mich. 1244

Sciant presentes & futuri quod ego Agnes, relicta Roberti Kachefreins, in uiduitate mea existens remisi & quietum clamaui & presenti carta confirmaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Oseneia [&c.] totum ius & clamium quod unquam habui uel habere potui in tota illa terra cum omnibus pert. suis, quam Robertus quondam uir meus & ego tenuimus de predictis Canonicis in parrochia sancti Budoci iuxta castrum Oxonie. Et pro hac remissione [&c.] dederunt michi dicti Canonici unam marcam argenti. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxon', Hugone le Fauue & Ada Cruste tunc prepositis Oxon', Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Thoma de la Wike, Roberto Minoth, Henrico Inge, Waltero de Oseneia, & multis aliis.

628.

[A grant of land near the barbicane to Henry the miller.]

B. 196v c. 1244–9

Carta facta Henrico Molendinario de quadam terra in Oxonia. [Sciant] presentes & futuri quod ego Iohannes abbas Oseneie &

eiusdem [loci con]uentus concessimus & liberauimus & hac presenti carta nostra [confirma]uimus Henrico Molendinario totam terram nostram cum [pertinen]tiis quam Robertus Cachefreins & Willelmus le Water[man &] Gilebertus de Blokesham de nobis tenuerunt in parochia [sancti Budoci][1] Oxonie scilicet terram illam que iacet ex orienta[li parte] noue barbecane castelli Oxonie, habendam & [tenendam de nobis] & successoribus nostris libere & quiete, plene [& pacifice &] honorifice sibi & heredibus [. Pro hac autem] concessione & liberacione & confirmatione dedit nobis predictus Henricus [unam] marcam argenti. Et ut [&c. sealing]; hiis testibus, Iohanne Pady &c.

629.

[Oseney leases a garden to Walter Bowbery and his wife.]

Hec indentura facta inter Thomam Abbatem & Conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Walterum Bowbery pistorem Oxonie et Agnetem uxorem eius ex parte altera testatur quod predicti Abbas & Conuentus tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis Waltero & Agneti uxori eius unum gardinum vocatum tenementum Galfridi Molendinarii in parochia sancti Petri in Ballio Oxonie, in loco qui vocatur Nywmarcat, iuxta castrum ville eiusdem; habendum & tenendum prefatis W. & A. ad terminum sexaginta annorum proximo sequencium; reddendo inde annuatim prefatis Abbati & Conuentui duos solidos ad duos anni terminos [viz. XII d. Mar. 25 & Sept. 29]. [The owners may reoccupy the garden, if the rent is withheld.] Et si contingat dictos W. & A. infra tempus predictum obire, tunc bene licebit prefatis Abbati & Conuentui predictum gardinum reintrare & in manus suas possidere, hiis indenturis non obstantibus. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture sigillum offic[ii] coquinarii ville[2] [*sic*] antedict' presentibus est appensum, alteri vero parti prefati W. & A. sigilla sua apposuerunt. Dat' in monasterio de Oseneye in festo sancti Thome apostoli, anno r. r. Hen. VI vicesimo septimo.

S. Pet. le B. 24 Dec. 21, 1448

6. South of Elm Hall.

Deeds nos. 98–103 show that Oseney obtained from Thomas de Wyke a property partly in St. Michael's and partly in St. Peter le Bailey. A small

[1] The page is headed *sancti Budoci.*
[2] The Coquinarius of the Abbey collected the rents in the town.

portion of it was granted to Thomas Billing, who had a tenement which was subsequently part of New Inn Hall, and the quitrent for Billing's holding was paid in the fourteenth and fifteenth centuries by the man who occupied New Inn Hall.

630.

[Thomas Billing agrees that Oseney may distrain for a rent of 6 d.]

S. Pet. le B. 10 Mich. 1281–Mich. 1282

Uniuersis [&c.] Thomas Billinge salutem in domino. Cum dominus Abbas & Conuentus Oseneye concesserunt michi & heredibus uel assignatis meis ac dimiserunt per cartam suam, quam michi confecerunt, unam peciam curtillagii & gardini in parochia sancti Petri de Ballo [*sic*] pro sex denariis soluendis eisdem annuatim in festo sancti Michaelis, prout carta supradicta proportat plenius & testatur, unde sibi debitam feci fidelitatem; uolo & concedo pro me & pro heredibus uel assignatis meis quod si quando contigerit nos in solucione dictorum sex denariorum annuorum termino statuto deficere, liceat dictis Abbati & Conuentui uel eorum [successoribus distringere me per omnia tenem]enta que fuerunt quondam Rogeri de Pery[1] que Thomas de Wyke michi uendidit [& per catalla in dicta] pecia curtillagii inuenta ad solucionem redditus annui supradicti absque contradiccione seu reclamacione mei uel heredum seu assignatorum meorum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, domino Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxonie, Philippo de Ew, & Thoma de Sowy tunc balliuis, Nicholao de Coleshulle, Iohanne Culuert, Andrea de Derham, Waltero Feteplace et aliis.

631.

[Oseney leases to John Browne a garden on the south side of Elm Hall.]

S. Pet. le B. 25 Mar. 7, 1464

Hec indentura facta inter Iohannem Waltone Abbatem monasterii beate Marie virginis de Oseneya & eiusdem loci Conuentum ex parte una & Iohannem Browne de Oxonia barbour & Agnetem uxorem eius ex parte altera testatur, quod predicti Abbas &

[1] In 1279 it was held by Thomas de la Wyke (*Hundred Rolls*, ii. 796). The words in brackets are guessed.

Conuentus unanimi assensu concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt prefatis I. & A. unum gardinum in parochia sancti Petri in Ballio iacens inter aulam vocatam Elmehalle ex parte boriali & gardinum quod Willelmus Gregory modo tenet ex parte australi; habendum & tenendum prefatis I. & A. a festo Annunciacionis beate Marie proximo futuro usque ad terminum vite ipsorum seu eorum alterius diucius viuenti; reddendo inde annuatim durante termino predicto prefatis Abbati & Conuentui tres solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos. Et predicti I. & A. clausuram dicti gardini ut in muris, cepibus, excepto muro aule supradicte vocate Elmehalle, bene & competenter reparabunt, quociens necesse fuerit, durante termino predicto. [The owners may reoccupy the garden, if the rent is withheld.] In cuius [&c. alternate sealing]; dat' apud Oseneyam in domo capitulari, septimo die Marcii anno r. r. Edwardi IV quarto.

Leases.

Mar. 19, 42 Eliz.; a lease to William Martin, M.A., of two gardens in the parish of St. Peter le Bailey, now in the tenure of William Martin, bounded N. by a garden where Elm Hall stood, now in the tenure of Miles Leigh, M.A., and S. the one garden abuts upon a garden in the tenure of Thomas Mundy and the other upon a ground parcel of Rose Hall, alias New Inn, the one garden abuts E. upon Wood Street, and the other garden W. upon the Castle ditch; 40 years; rent *2s. 6d.* **III. 42**

Dec. 16, 11 Jac. I } see under St. Michael N. **III. 291**
July 12, 18 Jac. I } **III. 489**

7. The Cottages of Benedict Stokes.

The Oseney rentals record two rents in the parish of St. Peter le Bailey, about which we have no record; the one was *16d.* from the tenement of Adam Submuro in Sewy's lane, which subsequently became the property of University College; the other was a rent of *6d.* from the tenement of Henry Owain, the site of which we do not know.

Between 1479 and 1498 Oseney acquired seven cottages at the corner of Sewy's lane and New Inn Hall Street, which had once been of Benedict Stokes. We have one deed about this property, but we do not know who gave it to Oseney; but see no. 765.

632.

[Nicholas Temple and his wife grant to Richard and John Howes seven cottages in St. Peter le Bailey.]

S. Pet. le B. 27 (4) May 12, 1477

Sciant [&c.] quod nos Nicholaus Temple de Shepen in comitatu Linc. armiger & Iohanna uxor mea, nuper uxor Benedicti Stokes nuper de Oxonia, ex assensu & concensu Thome Chaundeler clerici, Iohannis Stokes clerici & Willelmi Fawkys clerici dedimus [&c.] Ricardo Howes & Iohanni Howes septem cotagia iacencia in parochia sancti Petri in Balliuo in Oxonia inter venellam que ducit a le Baley ma[gno uer]sus portam borialem ex parte occidentali & terram collegii Animarum quod Henricus Bathe inhabitat ex parte orientali & paruam venellam que ducit a vico vocato Northgatestrete uersus hospicium modo vocatum le New Inne nuper vocatum Turlokk[es]in ex parte boriali & gardinum abbatis de Osney[1] ex parte australi cum gardinis eisdem septem cotagiis annexis & omnibus aliis quibuscumque pert. ; habenda & tenenda prefatis R. H. & I. H., heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty ; and William Chattok is appointed attorney to give seisin]. In cuius [&c. sealing] hiis testibus, Iohanne Seman, maiore dicte ville Oxonie, Edwardo Wode, Iohanne Dobbys aldermannys, Ricardo Stacy & Willelmo Lane balliuis & aliis. Dat' duodecimo die mensis Maii anno regni regis Edwardi quarti decimo septimo.

Leases of the two northern tenements.

III. 67 July 16, 3 Jac. I ; a lease to Griffith Owen, M.A., of the parish of St. Aldate's, of two tenements in a lane called the Seven Deadly Sins, in the occupation of Henrie Skidmore, fuller, and John Busbie, shoomaker ; 40 years ; rent 13*s.* 4*d.*

IV. 5 Dec. 19, 11 Car. I, 1635 ; a lease to William Stokes of the parish of St. Mary Magdalen, gent. ; the tenements are now in the occupation of Richard Sheppard and Richard Waite ; the rest as before.

IV. 413 Nov. 19, 1655 ; a lease to James Steeles of Oxford, butcher ; the two tenements are in his occupation ; 40 years ; rent 13*s.* 4*d.*

V. 515 Nov. 13, 26 Car. II, 167$\frac{3}{4}$; his lease is renewed ; the tenements are occupied by Henry Steeles ; 40 years ; rent 13*s.* 4*d.* ; fine £10.

[1] The Oseney rentals show that this garden had been recently acquired by Oseney.

Feb. 25, 4 Jac. II, 168$\frac{7}{8}$; a lease to Henry Steeles, butcher; the tenements are in his occupation; 40 years; rent 13*s.* 4*d.*; fine £10. **VII. 373**

Jan. 16, 13 Will. III, 170$\frac{1}{2}$; a lease to Richard Billingsly; 40 years; rent 13*s.* 4*d.*; fine £10. **IX. 159**

July 20, 1716; a lease to William Walcot, gent., and Humphry Hyde, gent., both of Oundle, Northants; it is now divided into four tenements; rent 13*s.* 4*d.*; fine £10. **XII. 42**

July 17, 1756; a lease to James Burrows of Oxford, baker, of four tenements now divided into six, measuring 106 ft. on the W. side, 44 ft. at the N. end, and 38 ft. 4 in. at the S. end; 40 years from April 5 last; rent 26*s.* 8*d.* and two capons. The tenant is given power to pull down the three northernmost of the tenements; fine £50. **XVI. 193**

Mar. 11, 1771; a lease to James Burrows of Headington, gent.; the wording as in 1756; fine £15. **XIX.**

Sept. 14, 1775; James Burrows leaves the residue of the lease to Thomas Burrows his son and Richard Weston his son-in-law, in trust for Thomas Burrows his grandson, son of the late James Burrows. **XXII. 99**

Jan. 18, 1785; a lease to Thomas Burrows of the parish of St. Giles, gent., and Richard Weston of Oxford, gent.; the rest as before; fine £15.

Dec. 19, 1798; a lease to Thomas Burrows of St. Peter le Bailey, baker, of four tenements now divided into six; 40 years; rent 26*s.* 8*d.* and two capons; fine £20. **XXV. 46**

Mar. 4, 1813; his lease is renewed; fine £34. **XXVIII. 5**

May 8, 1833; his lease is renewed; fine £46. **XXXII. 140**

Oct. 18, 1843; his lease is renewed; fine £46. **XXXIV. 204**

Leases of the two southern tenements.

Dec. 20, 14 Jac. I, 1616; a lease to Henry Arderne of Curtlington, Esquire, of two tenements adjoining in a lane called the Seven Deadly Sins between a tenement dimised to Griffith Owen now deceased, inhabited by Alice Cover, widow, N., and a tenement partly of New College and partly of John Willis S., a garden of Martin Willis, ale-brewer, E.; which two tenements were late dimised to Richard West of Oxford, yeoman, and are now inhabited by Alice Rideout, widow, Alice Dram, widow, and John Ewen, taylor; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons. **III. 395**

III. 825 Jan. 14, 6 Car. I, 1630; a lease to Robert Tilliard of the University of Oxford, stationer; on S. are New College and Edward Worland, baker; which two tenements with other premises were late dimised by the Chapter to Richard West of Oxford, yeoman, and then to Henry Arderne of Curtlington, Esquier; the rest as before.

IV. 125 Dec. 20, 17 Car. I, 1641; a lease to Ann Ranklin of Holywell, widow; the rest as before.

IV. 414 Nov. 19, 1655; a lease to James Steeles of Oxford, butcher; the tenements are now in the occupation of James Steeles; the rest as before.

V. 515 Mar. 13, 26 Car. II, 167$\frac{3}{4}$; his lease is renewed; his son Henry Steeles is on the N.; the rest as before.

VII. 374 Feb. 25, 4 Jac. II, 168$\frac{7}{8}$; a lease to Henry Steeles, butcher; the said Henry is N.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons.

IX. 157 Mar. 7, 7 Will. III, 1694; Henry Steeles resigns his lease of this and the adjoining holding to Richard Billingsly, cook, who pays him £160 and agrees to provide him with food, clothing, and lodging for his life.

IX. 158 Jan. 16, 13 Will. III, 170$\frac{1}{2}$; a lease to Richard Billingsly; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons.

XII. 42 July 20, 1716; a lease to William Walcot, gent., and Humphry Hyde, gent., both of Oundle, Northants; the wording as in 1630.

(Afterwards in one lease with the adjoining tenement.)

8. Oseney; General.

633.

[Mandate of Pope Gregory X to the Prior of Bicester to adjudicate between Oseney and the rector of St. Peter le Bailey.]

S. Pet. le B. 28 Jan. 5, 1275

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio Priori Berncestrie Lincolniensis diocesis salutem et apostolicam benediccionem. Significarunt nobis Abbas et Conuentus monasterii de Osoneya [*sic*] ordinis sancti Augustini, quod licet quondam Cecilia uxor Rogeri de Forstille[1] laici, parrochiana ecclesie sancti Petri in Ballio Oxonie, apud dictum monasterium sepulturam in uoluntate ultima elegisset, tamen magister Iohannes rector eiusdem ecclesie Lincolniensis

[1] Roger de Forsthulle who lived in the S.W. Ward in 1279 (*Hund. Rolls* II. 788) must be the same as Roger de Trillemill who lived at 17 Queen St. (ib. ii. 792).

diocesis corpus predicte Cecilie prefatis Abbati & Conuentui per uiolentiam auferens, illud sepeliuit in cimiterio ecclesie supradicte in eorundem Abbatis & Conuentus ac monasterii preiudicium et grauamen, quamquam ipsius ecclesie Canonica iusticia salua foret, & idem monasterium indulgenciam habeat a sede apostolica de libera sepultura. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus uocatis qui fuerint euocandi & auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellacione remota, decernas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Dat' Lugdun' Non' Ianuarii pontificatus nostri anno tercio.

634.

[An inspeximus of the will of John de Bibury.]

Omnibus [&c.] Ricardus de Garstone maior ville Oxonie salutem. Noueritis nos inspexisse & uidisse inter alia testamenta probata & irrotulata in rotulis & memorandis Gilde aule ville Oxonie tenorem testamenti Iohannis de Bibury de Oxonia coram Iohanne de Bereford tunc maiore ville Oxonie predecessore meo probati, scilicet die Veneris in vigilia sancti Iacobi apostoli, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie vicesimo tercio & Francie decimo, prout in eisdem memorandis fit mencio; cuius vero testamenti tenor antedictus sequitur in hec uerba: 'In dei nomine Amen. Die Lune proxima ante festum Ascencionis Domini, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, ego Iohannes de Bibury de Oxonia condo testamentum meum in hunc modum: in primis lego animam meam deo &c.: item do & lego executoribus meis subscriptis omnia terras, tenementa, prata & redditus, que habeo in Oxonia & suburbiis eiusdem ville cum omnibus eorum pertinentiis ac reuersiones omnium terrarum & tenementorum ad me quouismodo spectantium in dictis villa & suburbiis, ad vendendum & inde disponendum pro anima mea, videlicet capellanis pro anima mea celebraturis & in alios quoscumque [1] usus secundum quod salubrius pro anima mea eis visum fuerit iuxta eorum discretionem prouidam. Et si dicti executores mei decesserint antequam administracionem huius testamenti mei

S. Pet. le B. 29

May 18, 1349

[1] quos MS.

fecerint & ultimam uoluntatem meam adimpleuerint, uolo quod Willelmus le Eyr & persone ecclesiarum sancti Petri in Ballio & Omnium Sanctorum Oxonie, qui pro tempore fuerint, ad superuisum & ordinacionem Abbatis Oseneye qui pro tempore fuerit, omnia terras, tenementa, prata & redditus ac reuersiones vendant & inde disponant pro anima mea vt predictum est. Et volo quod si persone ecclesiarum predictarum tenementa mea predicta uendant & diligenciam suam circa vendicionem et disposicionem eorundem adhibuerint, uterque eorum habeat pro labore suo quadraginta solidos; et predictus abbas centum solidos de pecunia proueniente ex uendicione tenementorum predictorum. Et sunt executores istius testamenti predictus Willelmus le Eyr & Edmundus Tershawe.' In cuius rei testimonium, scilicet quod dictum tenorem testamenti predicti nos maior antedictus in dictis memorandis inspeximus & vidimus, sigillum officii maioratus Oxonie presentibus fecimus apponi. Dat' Oxonie undecimo die Maii, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum quintodecimo.

9. Not Oseney.

This deed is about Billing Hall, 6 and 7 Castle Street (see *Hundred Rolls*, ii. 792), and has no connexion with Oseney, St. Frideswide's, or Littlemore. The house is known to history because it was at Billing Hall that a clerk in 1298 caused the Devil to appear, as recorded in 'Speculum Laicorum'; see vol. iii of *Catalogue of Romances in the British Museum*; also Bodl. MS. 474 (= S. C. 2000).

635.

[John de Arderne transfers to Thomas Billing and his heirs a tenement on condition that he pays 5 s. a year to the light of St. Mary.]

S. Pet. le B. 9 Mich. 1284–Mich. 1285

Notum sit omnibus [&c.] quod Iohannes de Arderne procurator luminaris beate Marie ecclesie sancti Petri in ballio Oxonie cum consensu & bona uoluntate magistri Iohannis de sancto Dauid rectoris eiusdem ecclesie & omnium parochianorum tradidit & dimisit Thome Billing & Roys uxori sue unum mesuagium cum pert. quod situm est inter terram Iohannis de Hanekyntone ex una parte & terram Iohannis de Eu ex altera in predicta parochia; habendum & tenendum predictis Thome & Roys & heredibus suis uel suis assi-

gnatis de predicto Iohanne de Arderne & successoribus suis libere, quiete, pacifice & integre in perpetuum ; reddendo inde annuatim predicto Iohanni de Arderne & successoribus suis ad sustentacionem dicti luminaris quinque solidos ad quatuor anni terminos [xv d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21] et capitalibus dominis feodi seruicium debitum & consuetum pro omni seruicio, exaccione & demanda. Et licebit predicto Iohanni de Arderne & successoribus suis dictum mesuagium ingredi ad namiandum & distringendum pro redditu suo predicto quociens aretro fuerit. Pro hac autem tradiccione [&c.] dederunt predicti Thomas & Roys' predicto Iohanni de Arderne in sustentacionem dicti luminaris viginti solidos sterlingorum pre manibus. In cuius rei testimonium sigillum commune ecclesie predicte & sigillum predicti magistri Iohannis de sancto Dauid parti presentis scripti penes predictos Thomam & Roys remanenti sunt appensa & iidem Thomas & Roys parti penes predictos Iohannem de Arderne & magistrum Iohannem de sancto Dauid remanenti sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Iohanne Culuert, Thoma de Sowi, tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Philippo de Eu, Iohanne de Eu, Radulfo le Plomer, Henrico de Gamages, Paulino de Creditone & aliis.[1]

XI. ST. BUDOC.

1.

Oseney seems to have had three tenements in St. Budoc's outside the city walls ; the first was outside the west gate, between the land of John the Fuller and Edward the Gardener ; our deeds trace it to the hands of Robert Bodin ; we know no more, but we presume that it passed into the hands of Oseney. The second was the capital messuage of William de la Barre, and was given to Oseney between 1244 and 1249 by Robert the Mercer, but the deed of gift is missing ; before 1267 Oseney granted it away to Thomas de Valoignes. The third was opposite to the capital messuage ; it was held of William ad barram, and was given to Oseney by Walter de la Hulle. We may presume that all these properties passed to the Friars of the Sack, who ultimately obtained the whole of the parish of St. Budoc except a very small portion that was within the city walls.

[1] The seals are wanting. The seal of this parish is at present unknown.

636.

[William Burnard grants to Roger, son of Robert, land in St. Budoc's.]

S. Budoc c. 1205

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Burnard concessi & dimisi & liberaui Rogero filio Roberti totam terram meam in suburbio Oxonie, que est de feodo monacorum de Becco,[1] que iacet inter terram Iohannis filii Guncelini & terram Edwardi Gardenarii, illi & heredibus suis habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere & quiete, plenarie & integre, in latum a terra Iohannis filii Guncelini usque ad terram Edwardi Gardenarii, et in profundum a uico usque ad aquam ; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quadraginta denarios ad quatuor terminos anni pro omni seruicio & pro omni exactione, uidelicet [x d. Sept. 29, Dec. 25, Mar. 25 and June 24]. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac mea concessione [&c.] sepedictus Rogerus dedit michi quatuor solidos esterlingorum de gersumma & fidelitatem michi fecit de ipso tenemento. Et quia uolo quod hec concessio [&] liberacio predicte terre, sicut prediuisum est, de me & heredibus meis, illi & heredibus suis in perpetuum firma & stabilis permaneat hoc scriptum notificaui & sigilli mei impressione confirmaui. Hiis testibus, Galfrido Aurifabro, Henrico filio Cristini [*sic*], Ricardo filio Henrici, Henrico filio Widonis, Pagano ferratore, Ada Pret, Roberto de Wrostone, Reinero pistore, Willelmo de Lincolnia, Willelmo de Bristouia, Thoma filio eius, et multis aliis.

637.

[Roger Pistor grants land in St. Budoc's to William, son of Alexander.]

S. Clement 10 c. 1210

Nouerint uniuersi quod ego Rogerus Pistor concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta confirmaui Willelmo filio Alexandri Fullonis de Haliwelle terram meam extra portam occidentalem que iacet inter terram Iohannis Fullonis & terram que fuit Edwardi

[1] The monks of Bec had a strip of land in St. Budoc's, running from the City wall to Trill Mill stream (see *Greyfriars in Oxford*, by A. G. Little, p. 16).

Gardinarii cum omnibus pert. suis, habendam & tenendam illi & heredibus suis de me & heredibus meis, libere, quiete, plenarie & integre; reddendo inde annuatim nouem solidos ad quatuor terminos anni pro omni seruicio, uidelicet ad festum sancti Michaelis XXVII d. & ad Natale Domini XXVII d., ad Annunciacionem dominicam XXVII d., & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste XXVII d. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi prenominatus Willelmus XII solidos esterlingorum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Aufr[ido] de Helmeleia, Roberto filio Owein [or Oweni], Laurencio filio Wiard, Ricardo Bodin, Adam Golde, Petro filio Toroldi, Ada Ruffo, Anketillo filio Segar', Aufr[ido] Her, Iohanne Padi, Willelmo filio Anketilli, Ricardo de Dorkecestria & multis aliis.

638.

[Robert Bernard sells to Oseney a rent of 3 s. paid by Roger Submuro.]

S. Budoc c. 1225

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus Bernard de Hokenartone dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie Oseneye [&c.] tres solidatas redditus quem Rogerus de Submuro michi consueuit annuatim reddere de terra quam Willelmus Fullo de eo tenuit iuxta ecclesiam[1] sancti Budoci Oxonie, que tenditur a regia semita usque ad aquam Thamis[ie] in profundum, et usque ad terram Radulfi Fullonis in latum ex australi parte predicte ecclesie, et totum ius meum quod unquam habui uel habere potui in eadem terra absque ullo retenemento michi & heredibus meis, tenenda & habenda dictis canonicis bene & in pace & honorifice in perpetuum, salua tenura dicti Rogeri & heredum eius, qui tenebunt de prefatis canonicis sicut de me ante tenuerunt. Et dictus Rogerus & heredes ipsius adquietabunt predictam terram erga capitalem dominum de quatuor denariis annuis. Ego autem [&c. warranty]. Pro hac uero donatione [&c.] dederunt michi supradicti canonici quadraginta solidos sterlingorum in garsumma. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Rogero de Submuro, Angero clerico, Henrico de Camera, Reginaldo Marescallo, Petro de Sibbeforde, Alexandro ianitore Oseneye & multis aliis.

[1] i. e. the new church. This proves that the second church of St. Budoc was on the south side of the road, between West Gate and the bridge.

639.

[William, son of Alexander, returns the land to Roger Submuro.]

S. Budoc c. 1220–5

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus filius Alexandri Fullonis concessi & dimisi & liberaui & tradidi & quietum clamaui Rogero Submuro pistori totam illam terram cum pert. quam tenui de predicto Rogero, que terra iacet inter terram que fuit Iohannis Fullonis & terram que fuit Edwardi Gardenarii in parochia sancti Budoci extra portam occidentalem Oxonie, habendam et tenendam sibi et heredibus suis uel cui eam dare uel uendere uel assignare uoluerit, solute et quiete pro me et heredibus meis in perpetuum. Et pro hac concessione mea [&c.] predictus Rogerus dedit michi quinque marcas sterlingorum pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, T. filio Edwini tunc maiore Oxonie, Turaldo Cordewanario, Petro filio Turaldi, Toma filio Widonis, Willelmo filio Widonis, Ricardo Bodin, Galfrido de Stocwelle, Willelmo clerico, Radulfo Frere et aliis.[1]

640.

[Roger Submuro grants the land to Robert Bodin.]

S. Budoc c. 1220–5

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus de Submuro pistor concessi, dimisi & liberaui Roberto Bodin totam illam terram meam cum pert. que iacet inter terram que fuit Iohannis Fullonis & terram que fuit Edwardi Gardinarii extra portam occidentalem Oxonie, illi & heredibus suis uel cui assignare uoluerit habendam & tenendam de me et heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete et integre, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis nouem solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruitio et exaccione, scilicet ad natale domini duos solidos & tres denarios [& Mar. 25, June 24, Sept. 29]. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac concessione [&c.] predictus Robertus dedit michi XII denarios in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Toma maiore, Turaldo Cordewanario, Petro filio Turaldi, Galfrido de Stocwelle, Willelmo clerico, Iohanne Laudias, Radulfo Frere.[2]

[1] Seal as on no. 645. This is in the hand of Will. Clericus.

[2] Seal, round, $1\frac{1}{8}$ inches, a pattern, SIGIL' ROGERI S[V'M]VR'. In the hand of Will. Clericus.

641.

[Roger Submuro reduces the rent to two pence.]

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus de Submuro pistor Oxon' concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Roberto Bodin de Oxonia totam illam terram cum pert. que iacet inter terram que fuit Iohannis Fullonis & terram que fuit Eadwardi Gardinarii extra portam occidentalem Oxon', uidelicet in parochia sancti Budoci; habendam & tenendam eidem Roberto & heredibus suis uel suis assignatis in perpetuum libere & quiete & integre, pacifice & honorifice: reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos denarios sterlingorum ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio & exaccione & demanda, saluo seruicio capitalium dominorum illius feodi. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] predictus Robertus dedit michi quinquaginta solidos sterlingorum in garsumma ad magnum negocium meum. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxon', Philippo molendinario, Galfrido de Stokwelle, Henrico filio Henrici, Thoma filio Walteri, Pentecoste, Rogero Noif, Henrico molendinario, Willelmo clerico, Iohanne Laudias, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1] **S. Budoc c. 1234**

642.

[Walter Blic quitclaims the tenement to Robert Bodin.]

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus Blik de Oxonia concessi & remisi & hac mea presenti carta confirmaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum Roberto Bodin de Oxonia & heredibus suis & suis assignatis totum ius & clamium meum quod habui & quod habere potui & quod michi uel heredibus meis poterit accidere in terra illa cum pert. que iacet inter terram que fuit Iohannis Fullonis & terram que fuit Eadwardi Gardinarii extra portam occidentalem Oxon', uidelicet in parochia sancti Budoci, saluis michi & heredibus meis inde duobus denariis sterlingorum annuatim reddendis ad Natale domini pro omni seruicio & exaccione & demanda, michi uel heredibus meis inde pertinentibus; pro quibus ego & heredes **S. Budoc c. 1234**

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S. ROG'I SVBMVRO. In the hand of Will. de Mildecumbe.

mei warantizabimus predicto Roberto Bodin & heredibus suis & suis assignatis totam predictam terram cum pert. suis contra omnes homines mares & feminas, saluis seruiciis capitalium dominorum illius feodi. Et in huius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxon', Philippo molendinario, Galfrido de Stokwelle, Henrico filio Henrici, Thoma filio Walteri, Pentecoste, Rogero Noif, Henrico molendinario, Simone filio Benedicti, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1]

643.

[Cristina, widow of Roger Submuro, dimises and quitclaims the land to Robert Bodin.]

S. Budoc Mich. 1234–Mich. 1235

Sciant presentes & futuri quod ego Cristina, que fui uxor Rogeri de Submuro Oxon', in libera uiduitate mea concessi, dimisi & hac presenti carta confirmaui & quietum clamaui in perpetuum Roberto Bodin de Oxonia & heredibus suis & suis assignatis totum ius & clamium meum & omne quod habui & quod habere potui in terra illa cum pert. suis que est inter terram que fuit Iohannis filii Guncelini & terram que fuit Eadwardi Gardinarii in parochia sancti Budoci in Oxonia. Et pro hac concessione [&c.] predictus Robertus Bodin dedit michi quinquaginta solidos sterlingorum, quos debuit dedisse predicto Rogero uiro meo, sicut inter eos conuenit fide media. Et in huius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxon', Philippo molendinario, Galfrido de Stokwelle, Ricardo filio Henrici & Willelmo clerico tunc prepositis, Henrico filio Henrici, Thoma filio Walteri, Pentecoste, Roberto Bodin, Simone filio Benedicti, Rogero Noif, Henrico molendinario, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[2]

644.

[A quitclaim by Cristina of the same land.]

S. Budoc Mich. 1234–Mich. 1235

Sciant presentes & futuri quod ego Cristina, que fui uxor Rogeri de Submuro Oxon', in libera uiduitate mea concessi & remisi & quietum clamaui in perpetuum Roberto Bodin de Oxon' & heredibus suis & suis assignatis totum ius meum & quicquid habere potui in

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a flower, S. WALTERI BLIC. In the hand of Will. de Mildecumbe.

[2] In the hand of William de Mildecumbe.

terra illa cum pert. in parochia sancti Budoci Oxon', quam idem Robertus tenuit de predicto Rogero quondam uiro meo, que scilicet terra est inter terram que fuit Iohannis Fullonis & terram que fuit Eadwardi Gardinarii; et in huius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxon', Ricardo filio Henrici & Willelmo clerico tunc prepositis Oxonie, Philippo molendinario, Galfrido de Stokwelle, Henrico filio Henrici, Thoma filio Walteri, Pentecoste, Simone filio Benedicti, Rogero Noif, Henrico molendinario, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1]

2.

The next tenement was given to Oseney by Robert the Mercer between 1244 and 1247, and was sold by the canons to Thomas de Valonia, who was a liberal supporter of the Friars of the Sack. The land is described as being next to land which belonged to the rector of St. Budoc's.

645.

[William de la Barre leases a paddock to Arthur, the butcher.]

CIROGRAPHVM

Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis vicesimo octauo ad festum beati Iohannis Baptiste facta est hec conuencio inter Willelmum de la Barre ex una parte & Arthurum mazecri ex altera, uidelicet quod predictus Willelmus concessit & tradidit ad firmam predicto Arthuro & heredibus suis uel suis assignatis unum seruarium,[2] quod est infra curiam suam in parochia sancti Bodoci, & quod iacet inter terram persone sancti Bodoci & terram Radulfi Frere usque ad terminum duodecim annorum sequencium. Concessit eciam predictus Willelmus predicto Arthuro & heredibus suis uel suis assignatis liberum introitum & liberum exitum per mediam curiam suam ad predictum seruarium quandocunque uoluerit, & unam sepem uel pallacium[3] circa seruarium & omnia asiamenta que potest habere circa seruarium. Et si ita contingat quod predictus Willelmus ante predictum terminum moriatur, Auicia uxor predicti Willelmi & **S. Clement 12 June 24, 1244**

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S. CRISTIANI [*sic*] SV'MVRO.

[2] Ducange gives *servorium* as a fishpond; it seems here to mean a close or paddock.

[3] A palisade.

heredes sui, uidelicet Rogerus filius Willelmi de la Barre & Eadmundus filius eiusdem, predictam conuencionem predicto Arthuro & heredibus suis uel suis assignatis obseruabunt & uarantizabunt contra omnes homines, mares & feminas. Pro hac igitur tradicione, dimissione, uarantizacione dedit predictus Arthurus predicto Willelmo triginta solidos esterlingorum in gersuma pre manibus. Ut igitur hec conuencio stabilis sine dolo permaneat, utraque pars affidauit & sigillum suum alternatim huic scripto apposuit; hiis testibus, Petro filio Thoraldi tunc maiore Oxon', Hugone Faue, Ada Cruste tunc prepositis, Hugone Arding, Iohanne de Wollop, Waltero Palmere, Willelmo de Wendleswik', Ada Norais, Roberto clerico & multis aliis.[1]

646.

[An agreement with mag. John de Bydeford, who holds land of Oseney in St. Budoc's for a term of 19 years.]

S. Budoc 1249

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum peruenerit quod cum anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo nono mota esset controuersia inter dominum Adam abbatem & conuentum de Oseneya ex una parte & magistrum Iohannem de Bydeford & Randulfum Surdum de Oxonia ex altera super areragis & detencione redditus tenementi quod fuit quondam Willelmi de la Barre in parochia sancti Budoci in suburbio Oxon', tandem controuersia in hunc modum amicabiliter conquieuit, uidelicet quod dictus magister Iohannes cauit sufficienter, iuramento corporaliter prestito, quod nichil machinabitur, nec consilium nec auxilium prestabit per se nec per suos uel per aliquem ex parte sua, quominus ipsi Canonici, si per legem terre & consuetudinem municipii Oxon' terra de qua agitur deueniat in eschaetam suam, eam sic habeant libere & sine impedimento; item quod non alienabit predictum tenementum aliquibus viris religiosis seu priuatis personis, nec onerabit siue debito Iudei siue Cristiani, siue per edificia sumptuosa & nimis onerosa, quominus dicti Canonici ius suum & redditum & seruicium plene percipiant; item quod ad redditum & seruicium terre scilicet decem & septem solidorum annuorum dictis Abbati & Conuentui debito modo in quatuor anni terminis, uidelicet [IIII s. III d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, Sept. 29] fideliter reddendum obligauit se & assignatos

[1] Seal, circular, 1¼ inches, a fleur-de-lis, S. WILLI FILII ALEXANDRI.

suos, & generaliter idem Iohannes obligauit omnia bona sua presencia & futura, mobilia & immobilia & omnia laica tenementa sua in eadem uilla ubicunque sint, & specialiter laicum tenementum suum, uidelicet totam terram quam emit idem magister Iohannes de Radulfo de Notingham, que est de feodo Iohannis le Plumer in parrochia sancte Marie Magdalene, una cum tenemento illo quod habet in Haliwelle de feodo sancte Crucis de quo percipit xx solidos annuatim, quod tenementum emit de Simone de Wynefeld, ad distringendum per legem uille, si aretro sit redditus uel seruicium. Item obligauit se sufficienter quod si dicto modo fuerit districtus, non pretendet obicem per priuilegium clericorum quominus distringantur utraque tenementa debito modo per namia. Item tam magister Iohannes quam Randulfus predictus se obligauerunt quod nichil facient in preiudicium per aliquod factum suum per quod heredes tenementi exheredentur, uel per quod capitales domini seruicio suo defraudentur. Item de arreragiis redditus, scilicet de uiginti quinque solidis & nouem denariis, dictus magister I. satisfecit prefatis Abbati & conuentui sufficienter; & memorandum quod magister Iohannes nichil in predicto tenemento habet nec habere clamat nisi per firmam decem & nouem annorum proximo sequencium post istam conuencionem. Et in huius rei testimonium partes presenti scripto cyrographato inter eas diuiso sigilla sua altrinsecus apposuerunt. Hiis testibus, Willelmo de Limesy,[1] Ricardo de Hereford, Iohanne de Winton', Iohanne de Ouneby magistris, Alexandro rectore ecclesie sancti Bodoci, Petro filio Toraldi, Laurencio filio Widonis, Waltero de Oseneia, Henrico Purcel, Rogero de Suualecliue, Thoma de Kidelingt', & multis aliis.[2]

647.

[Abraham Crespin releases all claims on the land of William de la Barre.]

Star Iudeorum de quadam terra in parochia sancti Budoci.[3] **S. Edward 15 (5) Mar. 1251**

[1] He was Chancellor of the University in 1244.

[2] With two seals, both pointed oval; one is $1\frac{1}{2}$ inches by 1 inch, God the Father with two figures on each side, below the Virgin and Child, and below again a figure in adoration. There is a small reverse seal, CREDE MICHI round a fleur-de-lis. The other seal is $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S' [RANDVLFI] DE BROHILLE.

[3] This is the endorsement.

אני החתום מטה מודה הודאה גמורה שגילמא לא ברא ויורשיו פטורים ממני ומיורשי מכל תביעות ועירעורים מיום שנברא העולם עד חצי עינוי שנת שלשים וחמש למלכות אדונינו המלך הנרי בן המלך יוהן וכל מי שיבא וג' ויערער עלי לדחותו ומה שהודיתי חתמתי

אברהם קרשפין

I, the undersigned, make full acknowledgement that William La Bara and his heirs are released by me and my heirs from all requisitions and claims from the creation of the world to Mid-Lent in the 35th year of the reign of our Lord, King Henry, son of King John. And whosoever comes, &c.,[1] and raises any claim, I undertake to resist him. And what I [here] acknowledge, I have sealed.[2]

Abraham Crespin.

648.

[Alexander, rector of St. Budoc's, quitclaims to Oseney the land of which he had a lease for the next 18 years.]

S. Budoc Aug. 13, 1251

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, quod ita conuenit inter dominum A. abbatem & conuentum Oseneye ex parte una & dominum Alexandrum rectorem ecclesie sancti Budoci Oxon' ex altera, uidelicet quod idem Alexander remisit & quietum clamauit predictis Abbati & Conuentui totum ius quod habuit uel habere potuit in firma quam habuit de magistro Iohanne de Budiford, scilicet de terra que fuit quondam Willelmi de la Barre, quam quidem firmam magister Iohannes tenuit de Radulfo le Deue[3]; tenendum & habendum dictis Abbati & Conuentui, bene & in pace, plene & integre, ita quod nec dictus Alexander nec successores sui nec aliquis suorum umquam poterunt aliquid iuris in predicta firma uendicare. Pro hac autem remissione & quieta clamacione, dictus Abbas & Conuentus dederunt predicto Alexandro unam marcam

[1] More circumstantial expressions being generally used in such formulae: e. g. 'from any quarter of the world, man or woman, son or daughter, Jew or Gentile', &c. See pp. 97, 115, 148, 174, 250, 330 of the first work cited in the next note. [This and the next note were written by the late Canon S. R. Driver.]

[2] In illustration of this deed, and of the terminology used in it, see M. D. Davies, *Hebrew Deeds of English Jews before 1290* (Hebrew text of the deeds, with abstracts of contents), 1888, pp. xi, xiv; 97, 115, 148, 175, 250, and 330 (עלי ל'); 150 (no. 57), 249 (no. 118), 322 (thirty-fourth year of Henry), and especially 344 (no. 186); also a deed published in the series of the Oxford Historical Society, xvi, p. 297.

[3] i. e. Randulfus Surdus.

argenti, et etiam renunciauerunt omni actioni quam habuerunt erga predictum Alexandrum racione dicte firme. Predictus uero Alexander warantizabit omnia predicta dicto Abbati & Conuentui contra predictum magistrum Iohannem de Budiford usque ad terminum octodecim annorum plene completorum. In cuius [&c. alternate sealing]. Acta anno domini M CC quinquagesimo primo, dominica proxima ante festum Assumpcionis, presentibus magistro Eustachio de Normanuile fratre minore & magistro Iohanne le Noble & magistro Rogero de Barthon' & domino Roberto de Basingestoke capellano, & domino Ricardo capellano sancti Thome Oxon' & domino Bartholomeo capellano de Aula domini Regis & aliis.[1]

649.

[Roger de la Barre grants and quitclaims to Oseney the land in St. Budoc's which had belonged to his father.]

S. Edward 15 (4) Prob. Mich. 1252–Mich. 1253

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus de la Bare filius Willelmi de la Bare dedi & concessi & hac presenti carta confirmaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum domino Abbati de Osen' [&c.] ius meum quod habui uel habere potui in tota terra illa cum edificiis & uiuario & omnibus pert. suis, que terra fuit aliquando Willelmi de la Bare patris mei & est in parochia sancti Budoci in suburbio Oxon', & iacet inter terram Radulfi le Frere & terram que pertinet ad ecclesiam sancti Budoci; tenendum & habendum predictis Abbati & Canonicis libere, quiete, pacifice & integre in perpetuum. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi predicti Abbas & Canonici duas marcas sterlingorum in gersumam pre manibus. Ut igitur [&c. sealing]. Hiis testibus, Galfrido de Hegsteshey, Iohanne de Coleshulle tunc prepositis Oxon', Thoma Submuro, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iohanne Halegod, Radulfo le Frere, Ricardo le Lador', Waltero de Osen', Iohanne de Sibbeford, Bricio de Aula hospitum, Henrico Inge, Roberto clerico, Willelmo filio Willelmi de sancto Audoeno & multis aliis.[2]

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, St. Peter with the keys, before him a small figure kneeling, S. ALEXANDRI CAPELLANI.

[2] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by 1 inch, a lamb before a flag, S. ROGERI FIL' WIL'L' AL' BAR'.

650.

[Oseney grants the land of William de la Barre to Thomas de Valonia.]

B. 212r
1254–67

Omnibus [&c.] frater Ricardus miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra nos pro nobis & successoribus nostris dedisse, concessisse & hac presenti carta nostra confirmasse domino Thome de Ualonia militi & heredibus suis uel suis assignatis quibuscunque mesuagium illud quod fuit Willelmi de la Barre quod dedit nobis Robertus le Mercer in parochia sancti Budoci & totam aream & uiuarium cum omnibus suis pertinenciis usque Thamisiam, habendum & tenendum sibi & heredibus suis uel suis assignatis quibuscunque ut predictum est libere & quiete ab omni seruicio seculari, redditu, exactione, & demanda quantum ad nos & ad successores nostros pertinet. Et dictus Thomas & heredes sui uel sui assignati aquietabunt dictum mesuagium cum pertinenciis uersus capitalem dominum de redditu debito & consueto. Nos uero & successores nostri supradictum mesuagium cum antedictis area, uiuario et aliis pertinenciis predicto Thome & heredibus suis uel suis assignatis warantizabimus contra omnes gentes imperpetuum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, [Ada Feteplace][1] tunc maiore Oxonie, Nicholao de Kyngestone, [Galfrido de] Henxteseya, Galfrido le Mercer, Iohanne de Coleshull.

3.

The third tenement was given to Oseney by Walter de la Hulle. It is described as opposite the capital messuage of William de la Barre. It is not likely that this means that it was on the north side of the road from West Gate to the bridge, for there is no indication that there were houses at this time between the road and the castle moat. There may have been some roadway running southward towards Trillmill stream, and the properties of William de la Barre may have been on either side of it.

651.

[William ad Barram grants to Robert de la Hulle a house in St. Budoc's.]

S. Budoc
c. 1230–4

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus ad Barram concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta confirmaui Roberto de la

[1] From Twyne xxii. 288, who copied before the volume was injured.

Hulle quandam domum que est iuxta terram Agnetis relicte Alani Fullonis ex opposito capitalis mesuagii mei in parochia sancti Budoci Oxonie; que domus continet in longitudine octo ulnas ferreas domini regis cum pollicibus & in latitudine quatuor ulnas; habendam & tenendam predicto Roberto & heredibus suis & suis assignatis de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quatuor denarios ad quatuor anni terminos pro omni seruicio, exactione & demanda, uidelicet [1 d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21]. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] predictus Robertus dedit michi uiginti solidos sterlingorum in gersumma pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Radulfo fratre,[1] Willelmo Alano, Ricardo Roc, Hugone King, Ricardo Lodere, Willelmo clerico, Matheo Wanter & multis aliis.[2]

652.

[Robert de la Hulle grants the house to Walter his brother.]

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus filius Walteri de Hulle concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Waltero de la Hulle fratri meo domum illam quam teneo de Willelmo de Barra que est iuxta terram Agnetis relicte Alani Fullonis ex opposito capitalis mesuagii dicti Willelmi de Barra in parochia sancti Budoci Oxonie; que domus continet in longitudine octo ulnas ferreas domini regis cum pollicibus & in latitudine quatuor ulnas, habendam & tenendam predicto W. fratri meo & heredibus suis uel assignatis suis de me & heredibus meis in feodo & hereditate adeo libere, quiete & integre sicut eam teneo de predicto W. de Barra; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quatuor denarios ad quatuor anni terminos pro omni seruicio, exaccione & demanda, uidelicet [1 d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21]. Et ego [&c. warranty]. Pro hac uero concessione [&c.] predictus Walterus dedit michi uiginti quinque solidos sterlingorum in gersumma pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Galfrido Aurifabro tunc preposito Oxonie, Willelmo le Belyotar', Radulfo le Frere, Ricardo le Lodere, Hugone King, Willelmo Aleyn', Ricardo Roc & multis aliis.[3]

S. Budoc Prob. 1247

[1] i. e. Radulfus Frere. The date assigned to this document is because it is in the hand of Willelmus Clericus.

[2] Seal, round, 1⅜ inches, a fleur-de-lis, S. WILLI FILII ALEXANDRI.

[3] Seal, pointed oval, 1½ inches by 1 inch, a pattern, SIGIL'L' ROB' ATE HVLLE.

653.

[Walter de la Hulle grants the house to Oseney.]

S. Budoc c. 1250

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus de la Hulle pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie Sancte Marie de Oseneya [&c.] in liberam, puram & perpetuam elemosinam domum illam quam Robertus frater meus dedit michi in parochia sancti Budoci Oxonie, que est iuxta terram que fuit Agnetis relicte Alani Fullonis ex opposito capitalis mesuagii quod fuit Willelmi de Barra; que quidem domus continet in longitudine octo ulnas ferreas domini regis cum pollicibus & in latitudine quatuor ulnas; tenenda & habenda dictis ecclesie & canonicis in perpetuum bene & in pace, libere & quiete ab omni seculari seruicio, exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Galfrido Aurifabro, Radulfo le Frere, Waltero de Oseneya, Iohanne de Esthalle clerico, Ricardo le Lodere, Willelmo Vendable, Philippo de Hokenartone clerico, Thoma de Cyltre, Willelmo de Beybur' & aliis.[1]

653 A.

[Matilda, daughter of Axet, grants to her daughter Celestria land between the castle and the river.]

Thomas 44 c. 1250

Sciant [&c.] quod ego Matillis filia Axetis dedi [&c.] Celestrie filie mee totam illam terram cum omnibus pert. suis que iacet inter terram Walteri Aurifabri & terram Iohannis Molendinarii uersus Tamisiam, et inter terram Galfridi Aurifabri & terram Hugonis textoris uersus Castellum Oxonie, habendam & tenendam de me & heredibus meis, sibi & cuicumque ipsa uoluerit assignare, libere, pacifice & integre; reddendo inde annuatim monacho de Stiuintona octo denarios pro omni seruicio & seculari exaccione, uidelicet [IIII d. Sept. 29 and Mar. 25]. Et ego predicta Matillis & heredes mei warantizabimus predicte Celestrie [&c.]; hiis testibus, domino Ada capel-

[1] Seal, circular, 1 inch in diameter, a fleur-de-lis, S' WALTERI DE LA HVLL'.

lano, domino Radulfo de Wylintona, Ricardo de celario, Iohanne Monithot, Iohanne filio Rogeri, Willelmo de Nortona, Willelmo Palmario, Henrico Simeon, Galfrido Aurifabro, Waltero Aurifabro, Iohanne Molendinario & aliis.[1]

654.

[A mandate of Pope Lucius to the abbot of Missenden and the prior of Dunstable to try cases of injury done to Oseney.]

S. Budoc March 27, 1185

Lucius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Abbati de Messendene & Priori de Dunestablia salutem & apostolicam benedictionem. Querelam Canonicorum de Oseneia propositam in audientia nostra recepimus, quod moniales de Godestowe quosdam parrochianos, & rector ecclesie sancti Budoci quosdam alios, & Canonici sancte Frideswide quosdam parrochianos alios & decimas ad supradictos Canonicos de Oseneia spectantes contra iustitiam detinent & eas ipsis reddere contradicunt. Mandamus itaque discretioni uestre quatinus partibus ad uestram presentiam conuocatis, que super his [pro]posita fuerint diligentius audiatis, & quod iustum fuerit sine personarum acceptione, appellatione postposita iudicetis, & iudicium uestrum a partibus suscipi faciatis & inuiolabiliter obseruari. Dat' Veron', vi Kalendas Aprilis.[2]

[1] This deed, though it is assigned by Wood to the parish of St. Thomas, must be of the parish of St. Budoc, and must deal with land outside West Gate on the south side; it is only there that we can have a tenement with one end reaching to the Castle and the other end to the Thames; for Trillmill stream was called *Tamisis*. Also it was there that the Prior of Steventon, agent for the Abbot of Bec, had some quitrents. By 1279, when the *Hundred Rolls* were made, the Friars of the Sack had lands there which paid 2*s.* to the Prior of Steventon, and one other holding paid 4*d.*; it is evident, therefore, that by 1279 this land was in the possession of the Friars of the Sack, and we must assume that it was acquired by Oseney and sold to Thomas de Valoignes. Nothing is known of this Celestria or of Axet. The handwriting suggests a date of about 1250, and the witnesses, as far as they are known, would agree with this date. The phrase *monacho de Stivintona* need cause no difficulty; there was no monastery at Steventon, but a monk from Bec resided there who collected the rents. It was the same at Coggs, Minster Lovel, and Kirtlington in Oxfordshire, and the agent was sometimes called *prior* and sometimes merely *monachus*.

[2] This papal mandate refers to three different offences. We may guess that Godstow, as rector of St. Giles's, encroached on the parish of St. Mary Magdalen, that the rector of St. Budoc encroached on the parish of St. Thomas, and that St. Frideswide's, as rector of Headington, encroached on the parish of Cowley. Pope Lucius was at Verona on March 27 in the year 1185, but in no other year.

XII. ST. EBBE'S (Nos. 655–95).

1. Paul Hall; 37 Pembroke Street.

In 1230 Jordan of Aylesbury gave to Oseney a tenement in St. Ebbe's, which ran northwards as far as the property of Benedict Kepeharm. We have a deed by which Jordan acquires the eastern portion from Turbern the baker, the western portion being already in his hands. When the property was given to Oseney it was stipulated that Matilda de Cellario and her heirs should retain their holding, and there is a deed by which Matilda of Sutton, probably the same as Matilda de Cellario, grants to Walter de Kingston the seld that she holds under Oseney. We do not know how the abbey obtained this portion finally, but in the *Hundred Rolls* of 1279 the whole property was held by Oseney, there being a rent of 4*s.* to William Kepeharm. It was sold in 1548 to William Spenser, being at that time a garden between land of Magdalen College on the east, land late of Stodley Priory on the west, and the land called Hinxey Hall on the north.

655.

[Turbern the baker grants a messuage to Jordan of Aylesbury.]

S. Ebbe 18 c. 1200

Notum sit presentibus & futuris quod ego Turbernus Pistor uoluntate & assensu Adelicie uxoris mee concessi & dimisi & liberaui Iordano de Eilesbiri & Edithe uxori sue terram meam que est inter terram eiusdem Iordani & terram Willelmi Wictoc, illis & heredibus suis habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere & quiete & integre in latum & in longum usque ad capitale masagium Benedicti Kepeharm; reddendo inde annuatim illi & heredes eorum pro me & heredibus meis capitali domino duos solidos ad duos terminos anni, uidelicet XII denarios ad Pasca & XII denarios ad festum sancti Michaelis, & insuper unum denarium michi & heredibus meis annuatim ad Pasca, illi & heredes eorum pro omni seruicio in recognicionem illius feodi. Et ego & heredes mei warentizabimus predictam terram integre prefato Iordano & Edithe uxori sue & heredibus eorum contra omnes homines. Et pro concessione mea & dimissione & liberacione & warentizacione mea predicte terre, predicti Iordanus & Editha uxor eius dederunt michi & Adelicie uxori mee quatuor marcas argenti in recognicione, & preterea dederunt Adelicie uxori mee unam tunicam de uiridi panno

& Iuliane filie nostre duos denarios & Edithe alie filie nostre duos denarios; & Iordanus fecit michi fidelitatem de tenemento. Et ut premissa & prediuisa perpetuo rata permaneant, hac mea presenti carta & sigillo meo confirmaui: hiis testibus, Willelmo fratre Anketilli, Thoma filio Eilrici, Willelmo le Knit, Laurencio filio Wiard', Bernardo Coco, Willelmo Wictoc, Rogero filio Adam, Willelmo Leggi, Nigello de Wintonia, Benedicto Mercero, Rogero Noif, Radulfo de Ibernia, Thoma filio Aldredi, Iohanne Tinctore.[1]

656.

[Benedict Kepeharm confirms the grant of Turbern.]

S. Ebbe 19 c. 1200

Notum sit presentibus & futuris quod ego Benedictus Kepeharm concessi & hac mea presenti carta confirmaui Iordano de Eilesbiry & Edithe uxori eius & heredibus eorum illam terram meam que est inter terram eiusdem Iordani & terram Wictoc; habendam & tenendam eadem forma & eadem conuentione sicut Turbernus Pistor uoluntate & assensu Adelicie uxoris sue concessit eis habendam & tenendam; uidelicet reddendo inde michi & heredibus meis annuatim Iordanus & Editha uxor eius & heredes eorum duos solidos ad duos terminos anni pro omni seruicio michi & heredibus meis pertinente, scilicet XII denarios ad Pasca & XII denarios ad festum sancti Michaelis, saluo uno denario Turberno & heredibus eius annuatim soluendo ad Pasca, Iordanus & Editha uxor eius & heredes eorum pro omni seruicio, sicut carta eiusdem Turberni testatur, quam ipse Turbernus prefatis Iordano & Edithe uxori eius tradidit. Et pro concessione & confirmatione mea premisse terre, sepe nominatus Iordanus & Editha uxor eius dederunt michi tres solidos. Et per concessum meum dederunt prefato Turberno & Adelicie uxori sue quatuor marcas argenti & unam tunicam uiridem Adelicie uxori Turberni in recognicione sui feodi. Et ut hec concessio & confirmacio mea rata permaneat, etiam sigilli mei munimine corroborare curaui. Hiis testibus, Willelmo fratre Anketilli, Thoma filio Eilrici, Willelmo le Knit, Laurencio filio Wiardi, Bernardo Coco, Willelmo Wictoc, Rogero filio Adam, Willelmo Leggi, Nigello de Wintonia, Thoma filio Aldredi, Iohanne Tinctore, Reginaldo Cherli, Hugone le Duz.[2]

[1] Seal, pointed oval, 1½ inches by ⅞ inch, a pattern, SIGIL'L' TVRBERTI LE PESTVR.

[2] With a circular seal, 1½ inches, an eagle, SIGILLVM BENEDICTI KEPEHERM.

657.

[An agreement between Godfrey the Mason and Jordan of Aylesbury about a wall.]

S. Ebbe
12
c. 1220

Sciant presentes & futuri quod hec est conditio facta inter me Godefridum Cementarium & Iurdanum de Eilesbir' de quodam muro in parrochia sancte Ebbe, de quo fuit inter nos controuersia; ita scilicet quod Iurdanus & heredes sui debent facere quandam gutteriam plumbeam super murum meum tam michi & heredibus meis quam sibi & heredibus suis acceptabilem & defensabilem, omnino de custo suo, uidelicet in longitudine a muro aule mee uersus curiam, usque ad murum aule mee uersus uicum, & etiam eam debet sustentare & warantizare. Et si pro defectu guterie murus predictus uituperetur, uel minam paciatur, prenominatus Iurdanus & heredes sui debent illum murum emendare, & in eodem loco in quo situs est, si opus fuerit, reedificare similiter omnino de custo suo. Et propterea ego Godefridus concessi Iurdano illum murum uersus curiam a muro aule mee curialis uersus boream, quantum coopertus est & sicut coopertus est, illi & heredibus suis habendum & tenendum de me & heredibus meis in feodo & hereditate, reddendo pro eo annuatim michi & heredibus meis 1 d. ad festum sancti Michaelis pro omni seruitio, & murus de terra, qui non est coopertus, qui est inter cameram Benedicti Kepeharm & domum ipsius Iurdanis, quando debebit reparari de nouo, siue de terra, siue de petra, ipse Iurdanus uel heredes sui debent illum murum reparare, secundum locum pretactum,[1] ab angulo camere Benedicti Kepeherm usque ad angulum muri lapidei de domo ipsius Iurdanis & non aliter. Et pro hac mea concessione & dimissione predicti muri in parte, & conditione, & sustentatione in alia parte, sicut prediuisum est, prefatus Iurdanus dedit michi dimidiam marcam argenti de conditione & gersumma. Et quia uolumus quod hec conditio & concessio predicti muri sicut prediuisum est in perpetuum firma & stabilis permaneat, nos ambo hoc scriptum sigillis nostris alternatis confirmauimus. Hiis testibus, Thoma filio Edwini, Galfrido Aurifabro, Alyr[edo] Herprut, Galfrido Sturdi, Benedicti [*sic*] Kepherm, Ricardo filio Henrici, Henrico

[1] protectam, MS.

Bodin, Iacobo scriptore, Laurencius Pelliparius, Nigellus de Wincestria, Ricardus Molendinarius, Radulfus Palmer.

CYROGRAPHVM.[1]

658.

[Jordan of Aylesbury grants his house to Oseney.]

S. Ebbe 20 B. 102v Mich. 1229–Mich. 1230

Sciant presentes & futuri quod ego Iordanus de Eilesberi pro salute anime mee & animarum antecessorum meorum assensu & beneplacito Edithe uxoris mee dedi & concessi & liberaui [&c.] deo & ecclesie sancte Marie Oseneye, ubi corpori meo sepulturam elegi, & Canonicis ibidem deo seruientibus in liberam & perpetuam elemosinam totum tenementum meum, quod est inter terram Willelmi Wictoc ex parte orientali & terram Prioris sancte Fritheswide ex parte occidentali, & se extendit usque ad solarium Benedicti Kepeharm; tenendum & habendum dictis Canonicis in perpetuum de me & heredibus meis bene & in pace, libere & quiete & integre; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis in perpetuum unum denarium ad Pascha, & ipsi Canonici aquietabunt me & heredes meos in perpetuum uersus capitalem dominum de quatuor solidis annuatim, uiz. [11s. Easter and Sept. 29], & insuper soluent annuatim unum denarium heredibus Turberni Pistoris ad Pascha; salua etiam erit tenatura Matildis de Cellario & heredum suorum, reddendo duos solidos annuatim dictis Canonicis, scilicet ad Pascha duodecim denarios & ad festum sancti Michaelis duodecim denarios. Et ego [&c. warranty]. Et ego [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Pady maiore Oxon', Roberto Oen, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Henrico filio Thome & Pentecoste prepositis, Laurencio Halegod, Roberto Mercatore, Petro de Sibbeforde, Nicholao de Clenef[eld] & aliis.[2]

659.

[Hugh Kepeharm consents to the grant of Jordan.]

S. Ebbe 22 B. 102v Mich. 1229–Mich. 1230

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo Kepeharm, filius Benedicti Kepeharm, ratam & gratam habeo, concedo & presenti carta

[1] Seal, round, 1⅛ inches, a fleur-de-lis, SIGIL'·GODEFRIDI LE MACVN. This deed had a straight cut through CYROGRAPHVM. This word is at the bottom of the deed and the seal is at the top.

[2] With the seal of Jordan, circular, 1 inch in diameter, an eagle, S' IORDANI DE [ ]LESBIRE.

confirmo donacionem illam quam fecit Iordanus de Eilesbire deo & ecclesie sancte Marie Oseneie [&c.] de toto tenemento suo quod est inter terram Willelmi Wictoc ex parte orientali & terram Prioris sancte Fritheswithe ex parte occidentali, & se extendit usque ad solarium Benedicti Kepeharm; tenend[am] & habend[am] dictis Canonicis in perpetuum de se & heredibus suis bene & in pace, libere & quiete & integre in liberam & perpetuam elemosinam: reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quatuor solidos, uidelicet ad Pascha duos solidos & ad festum sancti Michaelis duos solidos, sicut carta dicti Iordani quam idem Canonici habent super hoc plenius testatur. Hiis testibus, Iohanne Pady maiore Oxon', Roberto Oen, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Henrico filio Thome & Pentecoste prepositis, Laurencio Halegod, Roberto mercatore, Petro de Sibbeford, Nicholao de Clenef[e]ld & aliis.[1]

660.

[Samuel Buffard quitclaims the house of Jordan his uncle.]

S. Ebbe 21 B. 104r Mich. 1232–Mich. 1233

Sciant presentes & futuri, quod ego Samuel Buffard de Eilesbire filius Radulfi Buffard remisi & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie Oseneie [&c.] totum ius & clamium quod unquam habui uel habere potui in tenemento illo quod est inter terram Willelmi Wictoc ex parte orientali & terram Prioris sancte Fritheswithe ex parte occidentali in parochia sancte Ebbe Oxon', quod tenementum Iordanus de Aillesbire awnculus meus dictis Canonicis contulit, de feodo Benedicti Kepharme cum omnibus pert. suis; & ego [&c. warranty], saluis capitali domino quatuor solidis annuatim ad duos terminos soluendis, & insuper dicti Canonici soluent annuatim michi & heredibus meis unum denarium ad Pascha. Pro hac autem concessione, remissione [&c.] dederunt michi dicti Canonici unum bisancium. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxon', Laurencio Rufo, Alewi & Adam Submuro tunc prepositis, Philippo Molendinario, Roberto Oeyn, Roberto Mercatore, Laurencio Halegod, Henrico Purcel, Petro de Sibbeforde, Henrico de Camera, Willelmo de Euere, Nicholao Nisternon, Ricardo de Sibbef[ord] & multis aliis.[2]

[1] Seal, round, 1¼ inches, an eagle, SIGILL' HVGONIS KEPEARRE.

[2] Seal, pointed oval, 1½ inches by ⅞ inch, perhaps a fish, S. SAMVEL BVFART.

661.

[Matilda, daughter of Laurence, grants to Walter de Kingeston the house she holds under Oseney.]

S. Ebbe 30 Prob. Mich. 1254–Mich. 1255

Sciant presentes & futuri quod ego Matildis filia Laurencii de Suttone in ligia uiduitate & in plena potestate mea dedi [&c.] pro me & heredibus meis Waltero de Kingestone totum ius meum quod habui uel quod habere potui in illa selda que est inter terram Abbatis de Osenee ex una parte, & terram que fuit Willelmi Parmentarii ex altera in parochia sancte Ebbe Oxonie; habendum & tenendum sibi & heredibus suis uel suis assignatis, ubi & quando uoluerit dare, legare, uendere uel assignare, in sanitate uel infirmitate, libere & quiete, bene & in pace, reddendo inde annuatim Abbati de Osenee duos solidos ad duos terminos anni uiz. [XII d. Sept. 29 and Mar. 25] pro omni seruicio, exaccione & demanda. Pro hac autem donatione [&c.] predictus Walterus dedit michi pre manibus uiginti solidos argenti ad magnum negocium meum & unum mantillum de burnetto de precio dimidie marce. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Adam Fetteplace tunc maiore Oxon', Adam filio Walteri, Roberto Cordewanario tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Nicholao de Kingestone, Iohanne de Coleshulle, Ricardo de Kingestone, Rogero Noyf, Waltero Molendinario, Iake de Burstalle, Waltero Bolle, Radulfo Crespe, Elya le Webbe & aliis.

662.

[William Attehole acknowledges the receipt of rent.]

S. Ebbe 32. 3 Nov. 7, 1323

Pateat uniuersis quod ego Willelmus at ye Hole de Astone Ruard recepi de Abbate & Conuentu de Oseneya nomine Katerine uxoris mee omnia arreragia quatuor solidorum eidem Katerine debitorum pro tenementis que idem Abbas & Conuentus de nobis tenent in parochiis sancte Ebbe & sancti Aldati;[1] de quibus quidem arreragiis ipsos concedimus esse quietos. In cuius [&c. sealing] in presencia Iohannis de Fallee, Iohannis de Lougthborowe, Iohannis de Leghe & aliorum. Dat' apud Oxon' die Lune proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi septimodecimo.

[1] The rental of 1324 shows that this was due for land in St. Ebbe's only.

2. Grove Hall or Bolle Hall; 33 Pembroke Street.

About 1252 (see no. 371) Oseney obtained a rent of 4*s.* a year in this tenement by the gift of Geoffrey de Wotton; it obtained the whole property in 1253 by the gift of Walter Bolle. This property must have been lost in the sixteenth century.

663.

[Jordan of Aylesbury grants to Cristiana the rent paid to him by Cecilia of Gloucester.]

S. Ebbe 6 Prob. Mich. 1226–Mich. 1227

Sciant [&c.] quod ego Iordanus de Eilesbiri concessi, donaui & liberaui Cristiane filie Pentecost' pro amore & seruitio Pentecost' patris sui in auxilium ad eam consulendam omne quod habui in tenemento quod Cecilia de Gloucestria de me tenuit, quod tenementum est inter terram Ade de Guting' & terram que fuit Nigelli Kyx in parrochia sancte Abbe in Oxon'; habendum & tenendum illi & heredibus eius plenarie & quiete & integre sicut ego umquam illud tenementum plenius & melius tenui, reddendo inde Simeoni de Walingeford & Lucie uxori eius duos solidos per annum pro omni seruitio, saluo etiam quod Cecilia de Gloucestria teneat predictum tenementum de predicta Cristiana & heredibus suis, sicut de me tenuit, scilicet pro quatuor solidis per annum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Pady tunc maiore, Toma filio Walteri & Roberto Wid' tunc prepositis, Roberto Oein, Benedicto Kepeharm, Ricardo Molendinario, Radulfo Palm[ario], Benedicto Mercer, Ada de Guting, & aliis.[1]

664.

[Cristina Pentecoste, widow, sells to Geoffrey of Wootton a rent of 4 s. from the house of Walter Bolle.]

S. Ebbe 8. 1 c. 1249

Sciant [&c.] quod ego Cristina filia Pentecoste in legitima uiduitate mea concessi, dedi [&c.] Galfrido de Wtton' clerico & heredibus uel assignatis suis quatuor solidos de annuo redditu percipiendos de domo quam Walterus Bolle & Maria uxor eius de me tenuerunt in parochia sancte Ebbe Oxonie inter domum Galfridi Aurifabri &

[1] Seal, circular, 1⅛ inches, an eagle, S. IORDANIS DELESBIRE.

domum Purnelle Kepeherme; habendos & tenendos eidem Galfrido & heredibus uel assignatis suis illos quatuor solidos annuos & quicquid iuris racione illius redditus ad me uel heredes meos possit contingere. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Galfridus tres marcas esterlingorum pre manibus. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Galfrido de Henestehey [*sic*], Galfrido Aurifabro, Willelmo le Kuynth [*sic*], Warino de Aula, Waltero de Sanford pistore, Willelmo de Ualibus [*sic*].[1]

665.

[Another version of the same grant.]

Sciant presentes et futuri quod ego Cristina filia Pentecuste in legitima potestate & uiduitate mea dedi [&c.] Galfrido de Wttona clerico & heredibus uel assignatis suis tenementum quod Walterus Bolla & Maria uxor eius de me tenuerunt in parochia sancte Ebbe Oxonie, inter domum Galfridi Aurifabri & Petronille Kepeherme, ad recipiendum inde quatuor solidos annuos & quicquid racione illius redditus me possit contingere in exchetis, wardis, & ceteris omnibus conuencionibus: habendum & tenendum eidem Galfrido & heredibus uel asignatis suis de me & heredibus uel asignatis meis in perpetuum iure hereditario, libere & quiete, pace & integre, reddendo inde annuatim ipse & heredes uel asignati sui michi & heredibus uel asignatis meis unum gariofilum in festo beati Mikaelis. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Galfridus tres marcas esterlingorum pre manibus. Ut autem ea que prescripta sunt bona fide firmentur, huic scripto sigillum meum aposui. Hiis testibus, Hugone le cordiwaner & Alwredo le Specer prepositis, Roberto clerico prepositorum, Warino de Dorkecestria, Galfrido Aurifabro, Waltero Pistore, Willelmo de Uallibus, Algaro & Iohanne B*ra*tel seruientibus,[2] Wimundo de Sucwrth' & multis aliis.

S. Ebbe 8. 2 Mich. 1249–Mich. 1250

666.

[Walter Halegod grants land to Jordan of Aylesbury.]

[Notum sit] omnibus presentibus & futuris quod ego Walterus Halgot concessi & dimisi & liberaui Iordano de Eilesbire totam

S. Ebbe IIII c. 1210

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S. CRISTINE PEDTECOST.

[2] i. e. bailiffs' serjeants.

illam terram [meam, que] est inter terram Nigelli filii Roberti de Wintonia & terram quam Philippus tinctor tenet de feodo meo in parrochia sancte Abbe, illi [& heredibus] suis habendam & tenendam de me & de heredibus meis in feodo & hereditate, libere & quiete, plenarie & integre in longum [& in la]tum, reddendo annuatim pro predicta terra michi Waltero & heredibus meis duos solidos ad duos terminos anni pro omni seruicio, uidelicet [duodeci]m denarios ad Pasca & duodecim denarios ad festum sancti Michaelis. Et ego [&c. warranty]. Et propter hanc meam concessionem [&c.] prenominatus Iordanus dedit michi duodecim denarios in gersumma & fidelitatem fecit michi de [predicto te]nemento. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Benedicto Kepeharm, Roberto filio Oweni, Laurentio filio Wiardi, Nigello [filio Roberti d][1]e Winton', Iacobo genero Willelmi Whittot, Rogero Noif, Benedicto Mercero, Ricardo Molendinario, Radulfo de Irlande, Laurentio filio Edwini, Ham-[un]do [, A]ltodere, Willelmo Prudhume, Reginaldo Cherli, Hugone Duz, Warino Pissimero, Andrea pistore.[2]

667.

[Jordan of Aylesbury grants a tenement to Cecilia of Gloucester.]

S. Ebbe 5 c. 1225

Sciant [&c.] quod ego Iordanus de Ailesbir' concessi, dimisi & liberaui Cecilie de Gloucestria totam illam terram meam cum pert., que iacet inter terram que fuit Nigelli Kyx & terram Ade de Guting in parrochia sancte Ebbe in Oxonia, illi & heredibus suis, habendam & tenendam de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere, quiete et integre, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quatuor solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruitio & exaccione, scilicet [XII d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, and Sept. 29]. Et ego [&c. warranty] prefate Cecilie et heredibus suis uel cui eam assignare uoluerit. Et pro hac concessione [&c.] predicta Cecilia dedit michi sex marcas in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Benedicto Kepeharm, Ada de Guting, Martino Pistore, Radulfo Palm[ario], Benedicto Mercer, Rogero Noif, Willelmo clerico, Roberto Bodin, Ricardo Taillur, Roberto Mingnot.[3]

[1] The words in brackets are guessed.

[2] Seal, round, $1\frac{5}{8}$ inches, an eagle standing with expanded wings, SIGILLVM WALTERI HALGOD.

[3] Seal broken and sewn up. The deed is endorsed 'Carta Iordani de Ailesburi facta Cecilie de Gloucestria la Fairewif'.

668.

[Cecilia of Gloucester grants her house to Mary her daughter.]

Sciant [&c.] quod ego Cecilia de Glocestria dedi & dimisi [&c.] Marie filie mee totum illud mesuagium cum pert. suis quod est inter terram que fuit Nigelli Kyx & terram que fuit Ade Guting in parochia sancte Abbe in Oxon'; habendum & tenendum sibi & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis in perpetuum iure hereditario, libere, quiete & integre; reddendo inde annuatim michi quamdiu uixero quadraginta solidos ad quatuor anni terminos, uidelicet [x s. Dec. 25, Mar. 25, June 24, and Sept. 29] & post decessum meum Dionisie filie mee quamdiu ipsa uixerit quinque solidos, scilicet cuilibet [*sic*] termino prenominato xv denarios, & luminari ecclesie sancte Ebbe duos denarios ad Pascha & capitali domino feodi seruitium quod ei exinde debetur pro omni seruitio, exactione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Laurentio With & Hugone Faue tunc prepositis Oxonie, Waltero Aurifabro, Iordano clerico, Iohanne Rufo, Rogero Noifi, Martino Nuky, Willelmo le parmentir, Waltero molendinario, Iohanne Achard, Ricardo de Bristoll', Radulfo Scrispo, Nigello le Waffrir & aliis.[1]

S. Ebbe 10 Prob. Mich. 1241–Mich. 1242

669.

[Mary, daughter of Cecilia of Gloucester, grants to Walter Bolle her land in St. Ebbe's.]

Sciant [&c.] quod ego Maria filia Cecilie de Gloucestria in propria potestate mea dedi [&c.] pro me & pro heredibus meis in perpetuum Waltero Bolle pro seruicio suo totam terram illam cum omnibus pert. suis quam Cecilia mater mea michi dedit & assignauit in parrochia sancte Ebbe in Oxonia, habendam & tenendam sibi & heredibus suis de corporibus nostris prouenientibus libere & quiete & integre, pacifice & honorifice, faciendo inde annuatim pro me & pro heredibus meis capitali domino illius feodi seruicium sibi exinde debitum & consuetum pro omni seruicio & exaccione & de-

S. Ebbe 7 Mich. 1243–Mich. 1244

[1] Seal, pointed oval, 1½ inches by 1 inch, a triple fleur-de-lis, S. CECILIE DE GLOVERNIE [*sic*].

manda. Ego autem & heredes mei warantizabimus predicto Waltero & heredibus suis de nobis prouenientibus totam prenominatam terram cum omnibus pert. suis contra omnes homines, mares & feminas. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxonie, Hugone Fauue & Adam Cruste tunc prepositis Oxonie, Henrico filio Henrici filii Simeonis, Waltero Aurifabro, Waltero Molendinario, Rogero Noif, Henrico Sharp, Henrico Ruffo, Willelmo Pineferthing, Warino de Aula, Ricardo de Bristoll', Ricardo de Langetun', Rogero Venatore, Philippo Ingenolf', Adam de Wykewan', Roberto Fabro, Simone Fabro, Iohanne de Lamburne, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1]

670.

[Walter Bolle yields and quitclaims his house to Oseney.]

S. Ebbe 9 Prob. Mich. 1253–Mich. 1254

Omnibus [&c.] Walterus Bolle de Oxon' salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me concessisse, remisisse & quietum clamasse abbati & Canonicis de Oseneya domum illam cum pert. que fuit aliquando Cecilie la Fairewif in parochia sancte Ebbe de Oxon', & quicquid iuris in eadem domo habui uel habere potui sine ullo retinemento michi uel heredibus meis. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Galfrido de Hingsteseye, Thoma le Spicer tunc prepositis Oxon', Thoma Submuro, Iohanne de Coleshulle, Nicholao de Kingestone, Galfrido Aurifabro, Rogero Noif, Roberto clerico, Waltero de Osen' & aliis.[2]

671.

[Oseney grants Grove Hall to Thomas Nynehide and his heirs.]

S. Ebbe 11 June 24, 1444

Hec indentura facta inter nos Thomam Abbatem monasterii beate Marie de Oseneye & eiusdem loci conuentum ex parte una & magistrum Thomam Nynehide dominum aule vocate Hengseyhalle, situate in Oxonia ad finem cuiusdam venelle vocate Kepeharmelane in Fysshestrete, ex parte altera testatur quod nos predicti Abbas

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by 1 inch, a bird on a flower pecking its bosom, S. MARIE FIL' PVL[C]RE MVLIERIS (= Fairwyf). This is in the hand of William de Mildecumbe.

[2] Seal, round, $1\frac{1}{8}$ inches, a cup, S. WALTERI BOLLE.

& conuentus dedimus [&c.] prefato magistro Thome quoddam tenementum vocatum Grouehalle cum gardino adiacente, situatum in Oxonia predicta in quodam vico vocato Pynferthyngstrete, infra parochiam sancte Ebbe inter gardinum prefati magistri Thome ex parte orientali & tenementum Iohannis Couentre ex parte occidentali; habendum & tenendum prefato magistro Thome, heredibus & assignatis suis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta: reddendo inde nobis & successoribus nostris nouem solidos bone & legalis monete Anglie ad duos anni terminos viz. [IIII s. VI d. Dec. 21 and June 24]. [The owners may distrain for the rent in Grove hall and Hengsey hall.] In cuius [&c. alternate sealing]. Dat' apud Oseneyam, in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, anno regni regis Henrici sexti vicesimo secundo. Et quia sigillum predicti magistri Thome pluribus est incognitum, sigillum maioratus ville Oxon' apponi procurauit. Et ego Ricardus Spragott maior Oxonie ad specialem rogatum magistri Thome presentibus sigillum officii mei apposui.[1]

3. The Tenement of Lucia of Botley; 24, 25, and 26 Pembroke Street.

This was granted to Oseney in 1234. Although it is sometimes called Black Hall in the rentals, the tenants are in no case masters of the University, and there is no indication that it was an Academic Hall. It still belongs to Christ Church.

672.

[Benedict and John Ailnoth grant land to Matilda, daughter of Harding.]

Notum sit omnibus presentibus & futuris quod ego Benedictus filius Elnad & frater meus Iohannes concessimus & dimisimus & liberauimus Matilde filie Ardinc Fabri totam terram illam nostram que est ex opposito terre Adam Rufi quam tenet Adam de Gutinges & est inter terram Laurentii filii Adwini Pelliparii in parochia sancte Ebbe & Roberti Fraucens [*sic*], illi & heredibus suis habendam &

S. Ebbe 33. 3 c. 1215

[1] Seal with ox facing left. It is doubtful if this deed was carried into effect; in 1449 and subsequent years the rent was 14*s.*, not 9*s.*, and it was held in demesne by Oseney.

tenendam de nobis & heredibus nostris in feudo & hereditate, libere & quiete, redendo [*sic*] annuatim pro predicta terra nobis & heredibus nostris duos solidos ad duos terminos anni pro omni seruicio, uidelicet in Annunciacione dominica XII denarios & in festo sancti Michaelis XII denarios; & ego Benedictus & frater meus Iohannes & heredes nostri warantizabimus predictam terram Matilde & heredibus suis contra omnes homines, mares & feminas. Et propter hanc nostram concessionem & dimissionem & liberationem & warantizationem nostram prefate terre dedit nobis Matilda prenominata VI solidos & VI denarios in gersumma, & fecit nobis fidelitatem de ipso tenemento. Ut autem predicta concessio Matidd' [*sic*] rata permaneat & heredibus suis eam nostra presenti carta & sigillorum nostrorum munimine, ego Benedictus filius Elnat & frater meus Iohannes, illi predicte Malt & heredibus suis confirmauimus. Hiis testibus, Waltero presbitero sancte Ebbe, Waltero Floteman, Radulfo Ibernie, Iordano de Eilesbir', Iacob Coruiser, Auurfei de Elmelei, Ricardo de Bristou, Rogero filio Elwine le Tornur, Tomas le Coruiser, Will' de Wlgericotte, Nichol' fil' Gri*m*, & aliis quam plurimis.[1]

673.

[John, son of Alfred, grants a house to Lucia or Letitia of Botley.]

S. Ebbe 13 c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Iohannes le Pecher filius Alueredi dimisi, liberaui [&c.] Lecye filie Ricardi de Botheleya totum meum tenementum cum suis pert. in parochia sancte Abbe Oxonie, uidelicet quod est inter terram que quondam fuit Laurencii le Peleter, et terram Alicie de Bamthun; tenendum & habendum de me & heredibus meis, sibi & heredibus suis uel cuicunque assignare uoluerit, libere, quiete, pacifice & integre; reddendo annuatim dicta Lecya & heredes sui uel assignati sui pro omni seruitio, exaccione & consuetudine quatuor solidos ad duos terminos anni dominis feodi viz. [II s. Mar. 25 and Sept. 29] et michi & heredibus meis duos denarios in die sancti Micahelis. Et ego [&c. warranty]. Pro hac uero dimissione [&c.] dedit michi dicta Lecya octo marcas argenti in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Philippo le Muner,

[1] Seal, on the left, circular, 1⅜ inches, an eagle flying, SIGIL'L' BENE-D[ICTI] FIL' HEILNAD. On the right, circular, 1⅝ inches, an eagle perched but with extended wings, SIGILLVM IOHANNIS FILII HEILNAD.

Willelmo le Parmenter, Symone filio Benedicti, Ricardo de Bristoue, Martino Pistore, Milone de Cukesham, Rogero Noyf, Iohanne le Bon, Ricardo Textore, Rogero le Furbur, Osberto de Botheley & aliis.[1]

674.

[Lecia of Botley grants her messuage to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Lecia filia Ricardi de Boteleya concessi & dedi & assignaui & liberaui [&c.] Abbati de Oseneya [&c.] totum tenementum meum cum suis pert. quod habui in parochia sancte Abbe Oxon', uidelicet unum mesuagium cum pert. quod est inter terram que fuit quondam Laurencii le Peleter & terram Alicie de Bamtune, quod mesuagium ego emi de Iohanne le Pechere; habendum & tenendum dictis Abbati & Conuentui & eorum successoribus de me & heredibus meis in puram & perpetuam elemosinam quantum ad me & heredes meos pertinet; reddendo inde annuatim quatuor solidos sterlingorum ad duos anni terminos dominis feudi, uiz. [11 s. Mar. 25 and Sept. 29] & Iohanni le Pechere & heredibus suis duos denarios in die sancti Michaelis; & dictus Iohannes le Pechere & heredes sui warantizabunt sepedictum mesuagium cum pert. sepedictis Abbati & Conuentui & eorum successoribus sicut assignatis meis imperpetuum contra omnes mares & feminas per prenominatum seruitium, sicut in carta Iohannis le Pechere michi confecta de emptione & warantizatione pro se & heredibus suis michi & heredibus meis uel assignatis meis inspecta, plenius haberi potest; & ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turaldi, Laurentio filio Wy & Hugone Fauue tunc prepositis, Thoma Submuro, Philippo Molendinario, Ricardo Aurifabro, Waltero de Osen', Iordano clerico, Petro de Sibbeford, Rogero de Uptune & multis aliis.[2]

S. Ebbe 14 B. 112r Mich. 1241–Mich. 1242

675.

[Oseney grants the house, once of Lucia de Botley, to Adam de Farendon and his heirs at a rent of 18 s.]

Hec est conuencio facta inter dominum Iohannem Abbatem &

S. Ebbe 16 B. 108v Mich. 1246–Mich. 1247

[1] Seal, pointed oval, 1½ inches by ⅞ inch, a floriated fleur-de-lis, S. IOHANNES FILIVS AVFRE. There are two copies of the deed, both with this seal, both endorsed P.

[2] Seal, oval, slightly pointed, 1¼ inches by 1 inch, a bird looking backwards, with a star above it, S. LETICIE DE BOTELE[IA]. On the dorse of the deed 'Nota quod nos soluimus Nicholao de [*blank*] nisi ii solidos'; this is correct.

Conuentum de Oseneya ex una parte & Adam de Farendune le Boltere ex altera, uidelicet quod idem Abbas & Conuentus concesserunt & tradiderunt eidem Ade totum illud mesuagium cum pert. suis quod fuit aliquando Lucie de Boteleia quod est in parochia sancte Ebbe in Oxonia, & est inter terram que fuit Laurencii le Pulthere [*sic*] & terram Alicie de Bamtune; tenendum & habendum sibi & heredibus suis in perpetuum libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim dictis Abbati & Conuentui decem & octo solidos esterlingorum ad quatuor anni terminos, uiz. [IIII s. VI d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, Sept. 29] pro omni seruicio, exaccione & demanda, & non licebit dicto Ade uel heredibus eius dictum mesuagium alicui uendere uel alienare, nec inuadiare, nec aliquo modo obligare, quominus comode dictus redditus ad terminos statutos dictis Canonicis plene persoluatur; & idem Adam & heredes sui domos dicti mesuagii sustinere debent & meliorare & integras conseruare & ne decidant restaurare. Quod si non fecerint, idem Adam pro se & heredibus suis obligat dictis Abbati & Conuentui omnia catalla sua ubicunque inuenta fuerint, quousque dicte domus restaurentur & per uisum legalium hominum restituantur. Idem uero Abbas & Conuentus predictum mesuagium cum pert. dicto Ade & heredibus suis contra omnes gentes pro predicto seruicio in perpetuum warantizabunt. Pro hac autem conuencione, concessione & warantizacione dedit predictus Adam prefatis Abbati & Conuentui dimidiam marcam in gersumam: & ut [&c. alternate sealing], hiis testibus, Laurencio With, tunc maiore Oxon', Adam Submuro, Iohanne Curcy tunc prepositis, Henrico Simeon, Philippo le Muner, Waltero Aurifabro, Rogero Noif, Warino de Aula, Iohanne Piscatore, Milone le Sumenur, Alano le Tannur, Roberto clerico & aliis.[1]

676.

[Laurence Juvenis sells to Oseney a rent of 11 d. from the house once of Lucia of Botley.]

S. Ebbe 15 Mich. 1267–Mich. 1268

Omnibus [&c.] Laurencius dictus Iuuenis de Oxonia salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me pro me & heredibus meis remisisse & quietumclamasse deo & ecclesie beate Marie Oseneye [&c.] annuum redditum undecim denariorum, quem percipere sole-

[1] Seal, round, ¾ inch, a fleur-de-lis, S' ADE DE FARENDVNE.

bam de quodam mesuagio in parochia sancte Ebbe Oxon', quod aliquando fuit Lucie de Boteleya; et quicquid iuris habui uel habere potui in predictis redditu & mesuagio sine ullo retinemento michi uel heredibus meis in perpetuum. Pro hac autem remissione & quietaclamacione dederunt michi dicti canonici decem solidos sterlingorum in gersummam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Galfrido de Henxteseye, Galfrido Aurifabro tunc balliuis, Iohanne de Coleshulle, Nicholao de Stocwelle, Nicholao de Kyngestone, Galfrido le mercer & aliis.[1]

677.

[Oseney leases the house of Lucia de Botley to John Vent.]

Hec indentura facta inter religiosos viros Abbatem & Conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Iohannem Vent tegulatorem & Aliciam uxorem eius ex altera, testatur quod prefati Abbas & conuentus unanimi consensu & voluntate tradiderunt, concesserunt & dimiserunt predictis I. & A. unum tenementum dicti monasterii in villa Oxonie vocatum tenementum Lucie de Boteley, situatum in vico vocato Pynneferthingstret; habendum & tenendum ad terminum vite eorum; reddendo inde annuatim prefato Abbati & Conuentui duodecim solidos bone & legalis monete ad duos anni terminos viz. [Mar. 25 and Sept. 29]. Predicti vero I. & A. infra annum a die confeccionis presencium infra dictum tenementum unam cameram competentem ex parte australi dicti tenementi, unum skelynge nouum tegulis coopertum pro coquina & latrina sumptibus suis propriis edificabunt. [The tenants to keep the buildings in repair. They may not sublet without leave. If the rent is withheld, or the terms broken, the owners may seize the house.] Dat' in domo nostra capitulari Oseneye in vigilia Annunciacionis beate Marie virginis, anno domini M CCC septuagesimo septimo. **S. Ebbe 17 Mar. 24, 137⅞**

Leases.

Sept. 30, 24 Eliz. [1582]; a lease to Thomas Smith, cook of Christ Church, of two tenements in St. Ebbe's, one occupied by William Henley, the other by Alice Strowde, widow, and one chamber **II. 76**

[1] Seal, pointed oval, 1⅛ inches by ⅞ inch, the figure of St. Laurence, S. LAVRENCII IVVENIS.

parcel of the said tenement occupied by Robert Sutton; for 40 years; rent 16*s*.

III. 182 Dec. 13, 8 Jac. I [1610]; a lease to Thomas Smith, cook of Christ Church, of two tenements, between a tenement of the Chapter in the occupation of Mathew Adkins, slatter, W., and a tenement of Thomas Smith, now in the occupation of John Dawson E., bounded on the south partly by the said tenement of Thomas Smith and partly by a piece of garden ground belonging to the church of St. Ebbe's; of which two tenements the one [the western] was late in the occupation of William Henley, now of James Lewsey, cook of Broadgates, the other was late in the occupation of Alice Strowde, now of Edward Heyward, brewer, and one chamber parcel of the last tenement was late in the occupation of Robert Sutton, now of George Eeley, baker; 40 years; rent 16*s*. and two capons.

Dec. 22, 1638; a lease of both tenements to William Morton, Esq.; [this is not entered in the ledger].

Leases of the eastern tenements.

IV. 288 Dec. 23, 1651; a lease to Joseph Williams of St. Ebbe's of a parcel of ground between the late Nicholas Hill, gent., W., and a tenement late in the occupation of George Lee, cook, E.; 40 years; rent 8*s*. and one capon.

V. 167 Jan. 20, 15 Car. II, 1663; a lease to William Wilkins of the Univ. of Oxford, gent., of a messuage lately built in the place where a tenement formerly stood, which was consumed by fire in Pennyfarthing St., between a tenement now or late in the occupation of Thomas Bett, cooper, W., and a tenement in the occupation of Nathaniel Janes E., measuring on the E. side 39 feet, on the W. side 46 feet, on the N. 32 feet, on the S. 36 feet; which tenement among other was formerly demised to Cicely Alder and afterwards to Joseph Williams, carpenter, and now is in the tenure of William Wilkins; 40 years; rent 8*s*. and one capon.

V. 434 Oct. 20, 1671; a lease to Thomas Bett of Oxford, cooper; Thomas Bett is W., widow Janes E.; the rest as before.

VII. 347 Dec. 17, 1687; a lease to Thomas Bett of Oxford, cooper; Thomas Bett is W., William Colliar, gent., is E.; 40 years; rent 8*s*. and one capon.

IX. 183 Jan. 11, 16$\frac{89}{90}$; Thomas Bett for £114 surrenders his lease to

Charles Wheeler of the Univ. of Oxford, gent.; John Forster, musitian, was occupier of the tenement.

May 11, 1702; a lease to Charles Wheeler, who also occupies the tenement; 40 years; rent as before; fine £4. IX. 1

Nov. 7, 1717; the lease is renewed; rent as before; fine £4. XII. 71

Nov. 18, 1731; a lease to John Hilman, schoolmaster, and Charles Coles, apothecary; on W. Charles Wheeler, gent., deceased, on E. Edith Collier, widow; it is now in the occupation of Mary Gregory, widow; fine £6. XIII. 387

Oct. 25, 1745; a lease to Nathaniel Bliss, clerk, Savilian Professor of Geometry, and Elizabeth his wife; John Wood, surgeon, is W., Penelope Gregory, spinster, is E.; it is in the occupation of Thomas Almond; fine £10 for both leases. XV. 122

Apr. 3, 1760; a lease to Thomas Dennett of New Woodstock, gent.; Joanna Couldrey, spinster, is W., Geagle Badcock, cook, is E.; it is occupied by John Curtis of the Univ. of Oxford, marshall; fine £10 for both leases. XVII. 17

Apr. 23, 1760; Thomas Dennett for £105 assigns the residue of the two leases to Joanna Couldrey.

Aug. 4, 1773; James Lates, devisee of Joanna Couldrey, for £125 assigns the lease to John Stone.

July 11, 1774; a lease to John Stone of St. Ebbe's, brewer; it is in the occupation of William Tomlins; Geagle Badcock is E., John Batchelor or his assigns W.; 40 years; rent 8*s*. and one capon; fine £10 for both leases. XX. 77

Mar. 18, 1788; a lease to John Goodwin and Benjamin Goodwin; James Gardner is W., George Badcock E.; it is occupied by Stephen Turner; 40 years; rent as before; fine £10. XXIII. 35

Nov. 11, 1801; a lease to Susanna, widow of William Field, apparently daughter of John Goodwin; description as in 1788; 40 years; rent 8*s*. and one capon; fine £25. XX 228

Dec. 14, 1815; her lease is renewed; fine £30 10*s*. XXVIII. 271

Dec. 24, 1829; a lease to William Field; fine £40. XXXI. 201

May 8, 1844; a lease to John Chaundy; fine £78. XXXIV. 239

Leases of the western portion.

Mar. 18, 1658; a lease to Evan Peirce, laborer, of a tenement and garden; Ursula Hill, widow, W., and a tenement of the Dean and Chapter in the occupation of William Wilkins is E.; the tene- IV. 527

ment was late in the occupation of Edward Day, cooper, and was formerly demised by the Dean and Chapter, together with the tenement on the east to William Morton, Esq., of the Inner Temple; the N. end measures 19 feet, and from N. to S. 63 feet 3 inches; 40 years; rent 8*s.* and one capon.

V. 434 Oct. 16, 1671; a lease to Thomas Bett, cooper; Thomas Bett is W., William Wilkins E.; the rest as before.

VIII. 1 Aug. 20, 1692; a lease to Thomas Betts, cooper; the rest as in 1671.

XII. 71 Apr. 9, 1695; Thomas Betts assigns the residue of the lease to Josiah Tredwell.

Mar. 24, $17\frac{09}{10}$; Josiah Tredwell assigns the residue of the lease to Charles Wheeler.

Nov. 7, 1717; a lease to Charles Wheeler of the Univ. of Oxford, gent.; the rest as in 1671.

XIII. 385 Sept. 4, 1723; Charles Wheeler, the elder, gives all his messuages to his son Charles.

Aug. 25, 1727; Charles Wheeler, jun., by his will, proved July 12, 1727 [*sic*], leaves his messuages to his wife Anne.

Aug. 23, 1728; Anne Wheeler, widow, by her will, proved Sept. 17, 1728, leaves her messuages to John Hilman and Charles Coles in trust.

Nov. 18, 1731; a lease to John Hilman of Oxford, schoolmaster, and Charles Coles of the Univ. of Oxford, apothecary; on W. is Anne Clarke, widow, on E. is Mary Gregory, occupying a tenement of the Dean and Chapter.

XV. 122 Apr. 21, 1740; John Hillman, schoolmaster, survivor of Charles Coles, by his will, proved Jan. 4, $174\frac{0}{1}$, makes Elizabeth Bliss his executrix.

Oct. 25, 1745; a lease to Nathaniel Bliss, clerk, Savilian Professor of Geometry, and Elizabeth his wife; Anne Clark, widow, is W., Thomas Almond is E.

XVII. 176 Sept. 10, 1748; Nathaniel Bliss and Elizabeth his wife, who held the previous lease in trust for Dinah March, only surviving child of Anne Wheeler, wife of Thomas March, surrender the residue of the lease to Thomas March.

July 1, 1753; Thomas March and Dinah for £100 surrender the residue of the lease to Thomas Dennett.

Apr. 3, 1760; a lease to Thomas Dennett of New Woodstock, gent.; Joanna Couldrey is E. [*sic*], William Camden, tripeman, is W.

Apr. 23, 1760; Thomas Dennett for £105 assigns to Joanna Coldrey the residue of his two leases. **XX. 77**

Aug. 4, 1773; James Lates and Joanna his wife, kinswoman of the late Joanna Coldrey, assign the residue of the two leases to John Stone for £125.

July 11, 1774; a lease to John Stone of St. Ebbe's, brewer; it is between widow Parsons W. and William Tomlins E.

Sept. 12, 1785; Susanna Stone, widow of John Stone, assigns the residue of her two tenements to John and Benjamin Goodwin. **XXIII. 35**

Mar. 18, 1788; a lease to John Goodwin, butler of Pembroke College, and Benjamin Goodwin, coffee-house keeper, of Holywell; it is occupied by James Gardner; Stephen Turner is E. and — Cunningham W.; 40 years; rent 8*s.* and one capon; fine for both tenements £10.

Nov. 11, 1801; a lease to Susanna Field; description as in 1788; 40 years; rent. 8*s.* and one capon; fine for both tenements £25. **XXV. 228**

Dec. 14, 1815; her lease is renewed; fine for both tenements £30 10*s.* **XXVIII. 271**

4. Nos. 27 and 27 a Pembroke Street.

These two tenements came into the hands of Roger Spending in 1451. We have no deed by which they are conveyed to Oseney, but the rental of 1498 records that they were given by Roger Spending, who must have died about 1480.

678.

[John and Benedict Ailnoth grant land to John de Stockwell.]

Sciant[1] presentes & futuri quod ego Iohannes filius Alnothi & ego Benedictus frater eius concessimus & liberauimus & presenti carta confirmauimus Iohanni de Stochwel illam terram nostram in parrochia sancte Ebbe de Oxon', que iacet inter terram Walteri sacerdotis & aliam terram nostram, habendam & tenendam ille & heredes sui de nobis & heredibus nostris, libere & quiete, plene & integre, reddendo inde annuatim duos solidos sterlingorum ad quatuor terminos anni pro omni seruicio, scilicet ad festum sancti Michaelis sex denarios & **S. Ebbe 33. 4 c. 1200**

[1] There is no clear proof that this deed refers to this property; but no. 693 shows that the rector of St. Ebbe's at this date was named Walter.

ad Nathale domini sex denarios & ad festum beate Marie in Marcio sex denarios & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste sex denarios; et ego predictus Iohannes & ego Benedictus frater eius [&c. warranty]: & pro hac concessione nostra [&c.] predictus Iohannes dedit nobis duodecim denarios in gersumma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iordanus de Heilesburi, Hugo Dulcus, Laurencius Pelliparius, Reginaldus Cherli, Gilebertus le Tailur, Richardus Cocus,[1] Robertus de Stochwella, Richardus Produme & multis aliis.[2]

679.

[Richard de Furno quitclaims a house to Walter le Fox.]

S. Ebbe 23. 1 Feb. 8, 1324

Nouerint uniuersi me Ricardum filium Ricardi de Furno, allutar[ium] Oxonie, remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse pro me & heredibus meis Waltero le Fox de Henxeye & Alicie uxori eius & heredibus suis ac suis assignatis imperpetuum totum ius & clamium quod habeo, habui seu aliquo modo habere potero in futurum in uno mesuagio cum suis pert. in Oxonia situato in parochia sancte Ebbe virginis inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte una & tenementum rectorie ecclesie predicte ex parte altera. Ita quod nec ego [&c.]. Preterea ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Roberto de Watlyngtone tunc maiore Oxon', Roberto de la Bache & Simone de Gloucestre tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Thomele, Ricardo de Eynesham, Thoma de Leghe clerico & aliis. Datum Oxon' octauo die Februarii anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo septimo.

680.

S. Ebbe 23. 2 Sept. 14, 1330

[The same deed, word for word], hiis testibus, Willelmo de Burcestre maiore Oxon., Henrico de Stodleghe & Petro de Ew balliuis eiusdem ville, Ricardo Cary, Simone de Gloucestria, Iohanne Culuerd, Willelmo de la More seniore, Iohanne de Langrisshe clerico & aliis. Dat' apud Oxon' die Veneris in festo exaltacionis sancte Crucis, anno regni regis Edwardi III post conquestum quarto.[3]

[1] 'Richardus, cocus' MS.
[2] The two seals as before.
[3] Endorsed 'Istud scriptum recognitum fuit coram Willelmo de Burcestre maiore Oxon' & scribitur in papiro'. By *papirus* is meant the Liber Albus or Book of Wills, now in the Town Hall; this document is enrolled there.

681.

[Alan of Eton and Isabella his wife quitclaim a house to Walter le Fox.]

Omnibus [&c.] Alanus de Hetone & Isabella uxor eius salutem in domino. Noueritis nos remisisse, relaxasse & omnino pro nobis & heredibus nostris quietum clamasse Waltero le Fox & Alicie uxori eius totum ius [&c., as in the previous charter, but reading *rectoris* for *rectorie*, and without the clause of warranty]. Hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxonie, Waltero de Farendone & Iohanne de Brehulle tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Nortone, Iohanne de Alestone, Nicholao de Publesbury, Willelmo le White, Ricardo de Wareburghe, Iohanne de Langerisshe & aliis. Dat' apud Oxoniam die Iouis in crastino sancte Lucye virginis anno regni regis Edwardi III post conquestum nono.[1]

S. Ebbe 24 Dec. 14, 1335

682.

[The executors of Robert of Hogeston sell a house to Philip le Sadler.]

Sciant presentes & futuri quod nos Rogerus de Bledelawe, persona ecclesie sancte Ebbe Oxonie, Iohannes de sancta Frideswyda maior eiusdem ville, Nicholaus de Thomele, executor testamenti Roberti de Hogestone, Thomas de Kyngestone & Iohanna uxor eius coexecutrix eiusdem Nicholai testamenti predicti, concessimus, vendidimus & liberauimus Philippo le Sadelere de Abyndone & Cecilie uxori eius unum mesuagium cum pert. in Oxonia situatum in parochia sancte Ebbe inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte orientali & tenementum persone ecclesie sancte Ebbe predicte ex parte occidentali, quod quidem mesuagium predictus Robertus dudum habuit ex dono & feoffamento Iohannis Peggy, et quod predictus Robertus in testamento suo legauit executoribus suis, maiori ville Oxon., & persone ecclesie sancte Ebbe Oxon., qui pro tempore forent, ad inde disponendum pro anima ipsius Roberti, uxoris & puerorum suorum, ut in dicto testamento plenius continetur: habendum & tenendum predictis Philippo & Cecilie & eorum heredibus ac eorum assignatis

S. Ebbe 25 Nov. 3, 1352

[1] Endorsed *Pinveri Strete.*

de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Pro quibus quidem concessione, vendicione & liberacione dederunt nobis predicti Philippus & Cecilia septem marcas argenti pre manibus. Hiis testibus, Thoma de Appeltone & Willelmo de Fencote tunc balliuis ville Oxon., Iohanne de Bereforde, Iohanne de Bedeforde, Iohanne de Stodle, Roberto Mauncel, Iohanne de Langrisshe, Iohanne de Nortone, Roberto de Cudelyntone, Iohanne de Norht' clerico & aliis. Dat' apud Oxon., tercio die Nouembris anno regni regis Edwardi III vicesimo sexto.[1]

683.

[Philip the sadler and Cecilia his wife grant the house to William de Codeshale.]

S. Ebbe 26 Mar. 17, 1363

Sciant [&c.] quod nos Philippus le Sadelere de Abyndone & Cecilia uxor eius dedimus [&c.] Willelmo de Codesale & Alicie uxori eius unum mesuagium cum pert. in Oxon. situatum in parochia sancte Ebbe inter tenementum Abbatis & conuentus de Oseneye ex parte orientali & tenementum persone ecclesie sancte Ebbe ex parte occidentali, quod quidem mesuagium cum suis pert. quondam fuit Roberti de Hoggestone: habendum & tenendum predictis W. & A. & heredibus ac assignatis ipsius Willelmi de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et preterea [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Wodehay tunc maiore ville Oxonie, Iohanne de Wyndesore & Thoma de Couele tunc balliuis eiusdem uille, Iohanne de Stodle, Iohanne de Bedeford, Iohanne de Hertwelle, Iohanne de Benham, Willelmo le Northerne, Nicholao Thomele, Iohanne de Norhampton clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam, decimo septimo die Marcii, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo septimo.

[*Endorsed*]. Ista carta recognita fuit in hustengo Oxon' tento ibidem coram maiore & balliuis infranominatis die Lune proxima post festum sancti Iacobi apostoli anno infrascripto, et irrotulatur in eodem hustengo: et super hoc Cecilia uxor Philippi le Sadelere infranominata, examinata fuit & confessa, & donacioni, concessioni & confirmacioni infrascriptis omnino consensit & for[is] affid[auit] &c.[1]

[1] Endorsed *Pinveri Strete.*

684.

[Alice, widow of William de Codeshale, has granted the house to John Forester.]

Nouerint uniuersi me Aliciam uxorem nuper Willelmi Codeshale burgensis Oxon' in pura viduitate & legitima potestate mea ordinasse, constituisse & loco meo posuisse dilectum michi in Cristo Nicholaum Saundresdone attornatum meum ad deliberandum Iohanni Forester' de Oxon' plenariam seisinam in quodam mesuagio cum suis pert. in Oxon', situatum [*sic*] in parochia sancte Ebbe in Penyferthyngestrett' iuxta vim & effectum cuiusdam carte feoffamenti per me eidem Iohanni facte; ratum habituram & gratum, quicquid predictus attornatus meus nomine meo fecerit in premissis. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud Oxon' quintodecimo die Iulii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie duodecimo. **S. Ebbe 27 July 15, 1388**

685.

[John Wilmot grants the property to Roger Spendyng.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Wilmot de Oxon' dedi [&c.] Rogero Spendyng de Oxon' tria tenementa mea in Pingferthyngstret in parochia sancte Ebbe Oxon' situata inter tenementum Abbatis & conuentus de Oseneye ex parte orientali & tenementum rectoris sancte Ebbe Oxon' ex parte occidentali, que tria tenementa cum pert. perquisiui cum Margeria uxore mea iam defuncta de Iohanne Quaram, executore testamenti Alisie nuper uxoris Thome Hamptone de Oxon', et que tenementa prefata Alisia in testamento suo predictis executoribus testamenti sui legauit ad uendendum; habenda & tenenda predicta tria tenementa cum omnibus suis pert. prefato Rogero, heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne fitz-Aleyn maiore ville Oxon', Roberto Walford, Thoma Wythig, Ricardo Spragot, Roberto atte Wode, aldremannis, Iohanne Asshebery, Iohanne Cleue balliuis, Dauid Pencaer' clerico dicte ville, Iohanne Ludelow & aliis. Dat' apud Oxon' decimo die Iulii, anno regni regis Henrici VI post conquestum vicesimo nono. **S. Ebbe 28 July 10, 1451**

Leases of no. 27 A, the western tenement.

II. 105 Oct. 1, 20 Eliz.; a lease to Richard Crosse, cook of New College, of a tenement in St. Ebbe's; 40 years; rent 5*s*.

III. 268 Apr. 20, 11 Jac. I; a lease to Alice Crosse, widow, of a tenement and garden now in her occupation; 40 years; rent 5*s*.

Dec. 17, 9 Car. I; a lease to John Crosse, joiner, not entered in the ledger.

V. 289 July 2, 1667; a lease to Walter Crosse of Oxford, joiner, of a tenement now in the tenure of Walter Crosse, heretofore of John Crosse his father; 40 years; rent 5*s*. and one capon.

VII. 179 Apr. 11, 1685; a lease to John Crosse, joiner, of a tenement now in his occupation; it is bounded E. and S. by land of the College in the tenure of Thomas Betts, and W. by land of the parish in the tenure of Francis Keckwood, taylor; it measures 63½ feet N. to S., 18 feet at the N. end, 15 feet at the S. end; 40 years; rent 5*s*. and one capon.

VIII. 393 Apr. 27, 1698; a lease to Edith Daniell of Oxford, widow; the rest as in 1685 except that the garden on the S. occupied by Thomas Betts is said to be land of the parish of St. Ebbe's.

XII. 77 Mar. 11, 4 Geo. I, 171⅞; a lease to Francis Parsons of St. Saviour's, Southwark, brewer; the rest as in 1698.

XIII. 413 June 17, 1719; Francis Parsons assigns the residue of his lease to Henry Clarke.

Feb. 2, 1726; the will of Henry Clarke was proved; Anne Clarke his wife being executrix.

Mar. 9, 173½; a lease to Anne Clarke, widow; on E. and S. is Charles Wheeler; on S. also a tenement of the parish occupied by Anne Clarke; on W. is John North; 40 years; rent 5*s*. and one capon.

XIX. 32 Jan. 17, 1770; a lease to John Blower Terry; on the S. is — Camden; John North holding property of St. Ebbe's is W., late Charles Wheeler E.

XXIII. 76 Dec. 9, 1788; a lease to Sutton Thomas Wood, brewer; widow Cunningham is E.; Geagle Badcock in property of St. Ebbe's parish W.; Susannah Field, widow, occupying premises of St. Ebbe's parish S.; fine for the two tenements together £21. For the other leases see the other moiety.

Leases of no. 27, the eastern tenement.

Oct. 1, 17 Eliz.; a lease to Mathew Adkins, not entered in the ledger.

Dec. 6, 11 Jac. I; a lease to Thomas Weatherall, mason, of a tenement and garden in Pennyfarthing St., between a tenement dimised to Thomas Smith, now in the occupation of James Lewzey E., a tenement dimised to Alice Cross W., a garden of the parish, and also a garden belonging to the Rectory S.; 40 years; rent 5*s*. and one capon. **III. 290**

Sept. 30, 7 Car. I, 1631; a lease to Nicholas Hill of Oxford, yeoman; the tenement on the E. is in the occupation of William Day, taylor; the rest as before. **III. 837**

Dec. 20, 12 Car. II, 1660; a lease to Ursula Hill, widow; Evan Pierce is E.; 40 years; rent 5*s*. and a capon. **V. 33**

July 17, 1674; a lease to Thomas Bett, cooper; Joan Crosse, widow, is W., Thomas Bett E.; it measures 65 feet N. to S. and 13 feet E. to W.; 40 years; rent as before. **V. 53**

Aug. 20, 1692; a lease to Thomas Betts, cooper; the rest as in 1674. **VIII. 2**

Dec. 1, 1725; a lease to Henry Clarke, butcher; on W. is Margaret Parsons, widow, on E. is Mary Wheeler, widow; 40 years; rent 5*s*. and one capon. **XIII. 13**

Dec. 8, 1744; a lease to Anne Clarke, widow of Henry Clarke; the wording as in 1725. **XV. 80**

Dec. 3, 1759; the will of Anne Clarke was proved by Elizabeth, widow of John Woods and Mary, wife of George Chiddenton, her daughters. **XIX. 32**

Apr. 23, 1767; Elizabeth and Mary assign the residue of the lease to John Blower Terry.

Jan. 17, 1770; a lease to John Blower Terry, taylor and salesman; Margaret Parsons, widow is W., late Mary Wheeler, widow E.

Feb. 19, 1779; Elizabeth wife of Thomas Collins, formerly wife of John Blower Terry, assigns the residue of the lease of two tenements to Sutton Thomas Wood for £136. **XXIII. 76**

Dec. 9, 1788; a lease to Sutton Thomas Wood, brewer; formerly occupied by Ann Clarke, now by widow Cunningham; James Gardner E., Isaac Cook W.; 40 years; rent 5*s*. and one capon.

July 1, 1794; S. T. Wood for £170 sells the residue of his two leases to Daniel Basley. **XXVI. 20**

Jan. 15, 1796; Daniel Basley for £160 sells the residue of the leases to Thomas Best.

Dec. 2, 1802; a lease to Thomas Best, hairdresser; Susannah Field is E., the rest as in 1788; rent for both tenements 10*s.* and two capons; fine £15.

5. In Beef Hall Lane.

Although the following deeds are endorsed 'Pinveri Street' (i. e. Pennyfarthing Street), they are really about property in Beef Hall Lane which lay to the south of the property which Roger Spending gave to Oseney. Robert de Hoggestone, besides his property in Pennyfarthing Street, had a house in Beef Hall Lane, as he tells us in his will (*Book of Wills*, p. 41). These deeds deal with this part of his property. There is no indication that it was ever acquired by Oseney.

686.

[Thomas, rector of Hoggeston, quitclaims to Thomas de Kingeston a messuage once of Robert de Hoggeston.]

S. Ebbe 31 April 13, 1358

Omnibus [&c.] Thomas atte Barre, rector ecclesie de Hoggestone, salutem in domino. Noueritis me remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Thome de Kyngestone de Oxon' totum ius & clameum quod habeo, habui seu quouismodo habere potero in uno mesuagio cum pert. situato in parochia sancte Ebbe virginis Oxon', videlicet inter placeam meam ex parte orientali & tenementum quondam Agnetis le Rede ex parte occidentali, quod mesuagium habui ex dono & feoffamento executorum testamenti Roberti de Hoggestone, prout in carta mea inde michi confecta plene continetur; ita quod nec ego [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Stodle, tunc maiore ville Oxon', Gilberto atte Wode & Roberto de Croydone tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de sancta Frideswyda, Iohanne de Bedeforde, Petro le Paniter, Iohanne de Wyndesor' & aliis. Dat' apud Oxon' decimo tercio die mensis Aprilis, anno regni regis Edwardi tertii post conquestum Anglie tricesimo secundo & Francie decimo nono.[1]

[1] Endorsed *Pinveri Strete.*

687.

[Thomas Cook, son of Peter Cook, quitclaims to Joan widow of Thomas Kingestone two messuages in St. Ebbe's.]

Nouerint uniuersi me Thomam Coke filium & heredem Petri Coke militis & Alicie uxoris eius remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse Iohanne que fuit uxor Thome Kyngestone de Oxon' & heredibus suis ac suis assignatis imperpetuum totum ius meum & clameum que habeo seu quouismodo habere potero in futurum [in duobus] mesuagiis & duabus acris prati & dimidia cum suis pert. in Oxon' & suburbio eiusdem ville, quorum unum mesuagium [situatur] in Oxon' in parochia sancte Ebbe virginis inter tenementum quondam magistri Roberti de Cressale ex parte una & tenementum quondam Iohannis de Leighe ex parte altera; aliud vero mesuagium situatur in eadem parochia inter placeam quondam Thome atte Barre rectoris ecclesie de Hoggestone ex parte orientali & tenementum quondam Agnetis la Rede ex parte occidentali: due vero acre prati & dimidia iacent retro Oseneyam iuxta pratum quondam Philippi de Ew: ita quod nec ego [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Northerne tunc maiore ville Oxon', Iohanne de Bukyngham & Thoma Somerset tunc balliuis, Willelmo de Codeshale, Iohanne Gibbes, Iohanne de Wyndesore, Ricardo le mercer, Iohanne de Dadyntone, Iohanne de Norht' clerico & aliis. Dat' apud Oxon' XXVIII die Octobris, anno r.r. Ed. III. quinquagesimo.

S. Ebbe 33. 6 Oct. 28, 1376

688.

[Reginald le Tanner returns to mag. John Deneby a toft in St. Ebbe's.]

Sciant presentes & futuri quod ego Raginaldus [*sic*] le Tannere de Oxon' dedi [&c.] magistro Iohanni Deneby clerico unum toftum cum suis pert. in Oxon' in parochia sancte Ebbe, iacens inter unum tenementum dicti magistri Iohannis ex parte orientali & unum tenementum ecclesie sancte Ebbe ex parte occidentali, quod quidem toftum nuper habui de dono & feoffamento predicti magistri Iohannis, habendum & tenendum predicto magistro Iohanni, heredibus &

S. Ebbe 29 Jan. 12, 1390

assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Garstone tunc maiore ville Oxon', Ricardo Diere & Iohanne Merstone balliuis eiusdem ville, Willelmo Dageuille, Iohanne Hikkes, Nicholao Saundresdone & Thoma Somersete, aldermannis ville predicte & multis aliis. Dat' Oxon' die Mercurii proxima post festum Epiphanie, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum terciodecimo.[1]

6. Quitrents.

Oseney had six quitrents in the parish of St. Ebbe. One was a rent of 4*s.* from a house on the east side of Little Bailey, which in the rentals is known as the tenement of Ralph the baker; there is no evidence how this was obtained. The second (nos. 689–92) was a rent of 1*s.* from no. 34 St. Ebbe's Street (i.e. Little Bailey). The rent was originally 6*s.* 8*d.*, when it was given by John Pileth, and it is so in the earliest rental, but in the rental of 1280 it has become 1*s.* The third was a rent of 20*d.* from no. 32 St. Ebbe's Street. The fourth (nos. 693, 694) was from the corner tenement (no. 30), the amount being 3*s.* 4*d.*; the rentals call it the house of Ledwin Budde, and imply that this rent was given by the foundation charter of Robert d'Oily. The fifth was from 32–4 Church Street, the amount being 3*s.* The last was 6*d.* paid from a tenement which belonged to the Hospital of Abingdon, near the end of the street, probably part of what is now the Rising Sun.

689.

[Martin the baker grants a solar and cellar to William Burgeis.]

S. Ebbe I Mich. 1233–Mich. 1234

Sciant [&c.] quod ego Martinus pistor concessi, dimisi & liberaui Willelmo Burgeis solarium & celarium cum pertinenciis, que sunt inter terram Warini de Dorkecestria & capitale mesuagium meum in parrochia sancte Abbe in Oxon', habenda & tenenda predicto Willelmo & heredibus eius uel suis assignatis de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duodecim denarios ad Pascha pro omni seruicio & exaccione. Et ego & heredes mei warantizabimus predictum solarium & predictum celarium cum pert. suis, sicut diuisio

[1] Endorsed, in an early hand, *Pinveri Strete.*

facta demonstrat, predicto Willelmo & heredibus suis uel eius assignatis contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi dictus Willelmus octo marcas sterlingorum in gersumma, et Cristiane uxori mee tunicam de uiridi. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turoldi tunc maiore, Laurencio Wid' & Maceo tunc prepositis, Simone filio Benedicti, Philippo Burgeis, Rogero Noif, Willelmo clerico, Osberto de Finemere, Iohanne Bone & aliis.[1]

690.

[William Burgeis grants it to Celena.]

Sciant [&c.] quod ego Celena, que fui uxor Ade Ruffi concessi, dimisi & liberaui Willelmo Burgeis mesuagium meum cum seldis & cum omnibus pertinenciis, quod mesuagium est inter terram Roberti filii Henrici & terram Ricardi Aurifabri in parochia Omnium Sanctorum in Oxonia; habendum & tenendum illi & heredibus eius de me & heredibus meis in feodo & hereditarie, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis triginta sex solidos ad quatuor terminos anni pro omni seruitio, uidelicet [IX s. Dec. 25, Mar. 25, June 24, & Sept. 29], ita scilicet quod si redditus annualis de uno anno integro fuerit retro, tenementum predictum cum pert. redibit michi & heredibus meis solutum & quietum de predicto Willelmo & de heredibus eius & de omnibus hominibus. Et sciendum quod predictus Willelmus neque successores eius inuadiabunt predictum tenementum in Iudaismo. Et ego Celena predicta & heredes mei warantizabimus predictum tenementum cum pert. sicut prediuisum est predicto Willelmo & heredibus eius contra omnes homines. Et sciendum est quod dictus Willelmus & heredes eius sustentabunt & emendabunt predictum tenementum ne decadat. Pro hac autem concessione [&c.] dictus Willelmus dedit michi omne quod habuit in tenemento quod Willelmus Caluus de eo tenuit, quod tenementum[2] est iuxta terram que fuit Walteri Inge in parrochia sancte Marie in Oxonia. Et predictus Willelmus Burgeis & heredes eis warantizabunt illud tenementum michi Celene & heredibus meis, saluo tamen ut predictus Willelmus Caluus teneat hereditarie de me predicta Celena sicut de predicto Willelmo Burgeis tenuit. De quo tenemento ego Celena & heredes mei reddemus Priori sancte Frideswide tres solidos per

S. Ebbe 3 Mich. 1236–Mich. 1237

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $1\frac{5}{8}$ inches, a fleur-de-lis, S'MARTINVS FILIV' MAVRICII.

[2] Now the house of the Warden of All Souls.

annum. Et dictus Willelmus Burgeis dedit michi tenementum suum, scilicet solarium & celarium que tenuit de Martino pistore in parrochia sancte Abbe in Oxonia, ita scilicet ut ego Celena & heredes mei teneamus illud tenementum de predicto Martino hereditarie pro duodecim denariis per annum, sicut dictus Willelmus illud tenuit. Et dictus Willelmus & heredes eius warantizabunt illud tenementum michi & heredibus meis contra omnes homines. Preterea dictus Willelmus dedit michi unum bisancium in gersuma. Et ut [&c. alternate sealing], hiis testibus, Petro filio Tur[oldi] tunc maiore, Waltero Aurifabro & Simone filio Benedicti tunc prepositis, Philippo Molendinario, Roberto Oeyn, Henrico filio Henrici, Laurentio Rufo, Ricardo Aurifabro, Willelmo clerico.[1]

691.

[Celena returns it to William Burgeis at a rent of 6s. 8d.]

S. Ebbe 2 Mich. 1234–Mich. 1235

Sciant presentes & futuri quod ego Celena que fui uxor Ade Ruffi concessi, dimisi & liberaui Willelmo Burgeis solarium & celarium quod teneo de Martino pistore in parochia sancte Abbe in Oxonia pro duodecim denariis per annum; habenda & tenenda predicto Willelmo & heredibus eius de me & heredibus meis in feodo & hereditate, reddendo inde annuatim michi Celene & heredibus meis dimidiam marcam argenti ad quatuor terminos anni pro omni seruitio, scilicet [xx d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, and Sept. 29], ita scilicet quod si redditus illius tenementi aliquando fuerit retro, licet michi Celene & heredibus meis namiare pro redditu illo in tenemento quod dictus Willelmus Burgeis de me tenet in parochia Omnium Sanctorum in Oxonia. Et dictus Willelmus sustentabit & warantizabit illud tenementum in parrochia sancte Abbe, ut in perpetuum ualeat michi & heredibus meis quinque solidos & octo denarios per annum & duodecim denarios ad soluendum Martino pistori pro predicto tenemento. Et ut hec predicta rata & inconcussa permaneant, hoc scriptum in duas partes cyrographatum ego Celena predicta unam partem, & Willelmus predictus aliam partem alternatim sigillis nostris confirmauimus, hiis testibus, Petro filio Tur[oldi] tunc maiore, Waltero Aurifabro & Simone filio Benedicti tunc prepositis, Philippo Molendinario, Roberto Oeyn, Henrico filio Henrici, Laurentio Rufo, Ricardo Aurifabro, Willelmo clerico.[2]

[1] With the same seal as the next deed.

[2] Seal, circular, $1\frac{1}{8}$ inches, a cross, S. WILLELMI BVRGEIS.

692.

[John Pilet grants the rent to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Pileth, filius Willelmi Pileth de Oxonia dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] annuum redditum dimidie marce de quodam solario & celario, que Willelmus Burgeys aliquando tenuit in parochia sancte Ebbe in Oxonia de Martino quondam pistore & quicquid in eodem redditu, solario & cellario habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum; tenendum & habendum dictis ecclesie & canonicis in liberam & perpetuam elemosinam ad quatuor anni terminos, scilicet [xx d. Dec. 25, Mar. 25, June 24, and Sept. 29], reddendo inde annuatim heredibus Martini pistoris duodecim denarios, scilicet ad Pascha sex denarios & ad festum sancti Michaelis sex denarios pro predicto tenemento. Et licebit dictis Canonicis namiare in predicto tenemento & in tenemento quod dictus Willelmus Burgeys tenuit de me & predecessoribus meis in parochia Omnium Sanctorum, si dictus redditus aretro fuerit. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]: hiis testibus, Thoma Submuro tunc maiore Oxon', Iohanne de Coleshulle & Galfrido de Hingsteshey tunc prepositis Oxon', Henrico filio Henrici Symeonis, Waltero de Osen', Henrico Purcell', Bricio de Aula, Rogero de Swalecliue, Iohanne de Sibbeford' & aliis.[1]

S. Ebbe 4 Mich. 1252–Mich. 1253

693.

[Oseney grants land to Andrew, nephew of Milo Pistor.]

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo abbas Oseneie & eiusdem loci conuentus concessimus & presenti carta confirmauimus Andree nepoti Milonis pistoris terram nostram iuxta ecclesiam sancte Ebbe de Oxen', que iacet inter domum Rogeri Noif & domum Iocelini, tenendam ipsi Andree & heredibus eius, soluendo annuatim apud Oseneiam quadraginta denarios pro omni seruicio ad quatuor terminos anni, scilicet [x d. Sept. 29, Dec. 25, Mar. 25, June 24]. [Preterea] nobis pollicitus est quod tantum super terra [predicta ita edifi]cabit quod redditus noster nobis erit sal[uus. Et inde iura]uit nobis

B. 179 c. 1200

[1] Seal, pointed oval, 1½ inches by 1 inch, a bow with two arrows on the left and one on the right, SIGILLV[M I]OHANNIS PILET[H].

fidelitatem se seruatur[um & in recog]nitione dedit nobis unum bisanti[um. Hiis testibus,] Waltero presbitero sancte Ebbe, Milone p[istore, Henrico] filio Symeonis, Reinerio pistore, Radulfo [, Io]hanne Ioie.

694.

[A receipt for rent paid by Maud Halus.]

S. Ebbe 32. 1 Oct. 18, 1424

Nouerint uniuersi nos Willelmum, abbatem monasterii beate Marie de Oseneye, recepisse & habuisse die confeccionis presencium de Matilde uxore Willelmi Halus ciuis London' tres solidos & IIII denarios de annuo redditu exeunte de tenemento quondam Ledwyny Budde situato in cornerio in parochia sancte Ebbe Oxonie, de quibus quidem tribus solidis et IIII denariis predictam Matildem, heredes & executores suos per nostram literam indentatam acquietamus. In cuius [&c. alternate sealing]. Dat' Oxonie in festo sancti Luce Euangeliste, anno regni regis Henrici sexti post conquestum tercio.[1]

7. Unidentified.

695.

[Andrew Aleyn, priest, has acquired a house in St. Ebbe's, once of Thomas de Gonewardby.]

S. Ebbe 33. 5 Jan. 31, 1363

Nouerint uniuersi me Andream Aleyn capellanum attornasse & loco meo posuisse dilectum michi in Cristo Willelmum de Yeuele carpentarium ad recipiendum plenam & pacificam seisinam nomine meo de quodam mesuagio cum pert. in parochia sancte Ebbe in villa Oxon' secundum tenorem cuiusdam carte per Philippum [R]edewale[2] ciuem & piperarium London' & Iohannam uxorem eius, filiam & heredem Thome de Gonewardby, quondam burgensis Oxonie, michi inde confectam. In cuius [&c. sealing], dat' London' die Martii proxima ante festum Purificationis beate Marie, anno r. r. Edwardi tercii post conquestum XXXVII.

[1] There is another acquittance in the same words, dated Sept. 30, 1428.

[2] The first letter of this name is uncertain.

XIII. ST. ALDATE'S (Nos. 696–714).

1. The Tenement of Bartholomew of Islip; 16–18 Pembroke Street.

This tenement is entered in the rentals as in the parish of St. Aldate, but it was partly in St. Ebbe's. The following deeds show how it was acquired from Bartholomew of Islip, clerk, who is described in the rentals more particularly as a summoner. It was sold to Thomas Williams in 1548, together with a garden in the parish of St. Michael North (*Book of Wills*, p. 110).

696.

[Henry Simeon grants land to Jordan of Aylesbury.]

S. Aldate 3 c. 1220

Sciant [&c.] quod ego Henricus filius Simeonis per concessum & uoluntatem Stephani heredis mei concessi & dimisi & liberaui Iurdano de Eilesbir[ia] totam terram meam cum superfectu que est in parochia sancti Aldadi, uidelicet illam que fuit Eilrici pistoris, que iacet inter terram que fuit Rogeri cementarii & terram que est Henrici filii Edwini, que durat ab uno uico uersus austrum usque ad alium uicum uersus boream, illi & heredibus suis habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere & quiete; reddendo inde annuatim quatuor solidos esterlingorum ad duos terminos anni pro omni seruicio, uidelicet duos solidos ad festum sancte Marie in Marcio [& II s. Sept. 29]. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac nostra concessione [&c.] prefatus Iurdanus dedit michi XI solidos & IIII denarios & Stephano heredi meo II solidos de gersumma. Et quia uolumus quod hec concessio predicte terre in perpetuum firma & stabilis permaneat sigillorum nostrorum munimine confirmauimus. Hiis testibus, Benedicto Kepharme, Willelmo Dosiere, Galfrido Sturdi, Willelmo Tuluse, Hugone Dulci, Rogero Altedere, Henrico Bodin, Roberti filio Oeni [*sic*], Ricardo filio Henrici, Iacobo Scriptore, Roberto filio Fromundi, Reginaldo Cherli, Nigello de Wintonia & multis aliis.[1]

[1] With two seals, both oval, $1\frac{1}{2}$ inches by $1\frac{3}{8}$ inches, Adam and Eve, SIGILLVM HENRICI FILII SI . . . : the other is $\frac{3}{4}$ inch by $\frac{5}{8}$ inch, illegible.

697.

[Stephen, son of Henry Simeon, confirms the half of his father's grant.]

S. Aldate 4 Mich. 1228–Mich. 1229

Sciant [&c.] quod ego Stephanus filius Henrici gratam & ratam habeo concessionem & dimissionem quam Henricus pater meus fecit Iordano de Eilesbiria, scilicet de medietate illius terre que fuit Eilrici pistoris, que terra iacet inter terram que fuit Rogeri Cementarii & inter terram que fuit Henrici filii Edwini in parochia sancti Aldati in Oxonia, que terra durat ab uno uico uersus austrum usque ad alium uersus boream, habenda & tenenda predicto Iordano & heredibus eius uel cui assignare uoluerit de me & heredibus meis, libere & quiete & hereditarie, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos solidos pro omni seruitio & exaccione, medietatem ad festum sancti Michaelis & medietatem ad festum sancte Marie in Marcio. Et ego predictam medietatem predicte terre [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] predictus Iordanus dedit michi dimidiam marcam argenti in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Hugone Faluo & Toma Granger tunc prepositis, Benedicto Kepeharm, Ricardo molendinario, Benedicto mercer, Radulfo Palmer, Pentecost', Willelmo Crompe, Willelmo clerico, Iohanne Bretoil & aliis.[1]

698.

[Jordan de Aylesbury grants his land to Osbert de sancto Albano.]

S. Aldate 5 c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Iordanus de Eilesbir[ia] concessi, dimisi & liberaui Osberto de sancto Albano totam illam terram cum toto desuper edificato que iacet inter terram Radulfi de Farendone & terram Roberti de Stocwelle in parrochia sancti Aldadi in Oxonia, illi & heredibus suis habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete, plene & integre; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quinque solidos ad quatuor anni

[1] Seal, pointed oval, 1 inch by $\frac{3}{4}$ inch, an ox with a yoke crossing water, S. STEPHANI FILII HENRICI. This seal, or one like it, with another inscription, seems to have been used in later times by the rural dean of Oxford. The deed is in the hand of Will. Clericus.

terminos pro omni seruitio & exaccione, scilicet [xv d. Sept. 29, Dec. 25, Mar. 25, June 24]. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac concessione [&c.] predictus Osbertus dedit michi decem marcas sterlingorum in gersuma. Et ut [&c. sealing], his testibus, Benedicto Kepeherm, Waltero Molendinario, Benedicto Mercer, Radulfo Palmer, Waltero Florenz, Reginaldo Ch[er]li, Waltero de Beumont, Ricardo de Hasele, Willelmo Perle, Iohanne de Stocwelle, Gileberto Sci[n]c[er], Ricardo Prodom & aliis.[1]

699.

[Osbert de sancto Albano grants and quitclaims the land to Richard de Hasele.]

Sciant [&c.] quod ego Osbertus de sancto Albano concessi, dimisi & liberaui & quietam clamaui Ricardo de Hasele totam illam terram cum pert. quam emi de Iordano de Eilesbiria, que iacet inter terram Radulfi de Farendone & terram Roberti de Stocwelle in parochia sancti Aldati in Oxonia, illi & heredibus suis uel cui assignare uoluerit, habendam & tenendam de Iordano de Eilesbiria & de heredibus suis ita libere & integre cum omnibus pert. sicut ego unquam illam melius & plenius tenui; reddendo inde annuatim quinque solidos ad quatuor terminos anni Iordano de Eilesbir[ia] & heredibus suis, scilicet [xv d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 25], & luminari ecclesie sancti Aldati quatuor denarios ad Natale domini pro omni seruitio. Et pro hac concessione [&c.] predictus Ricardus dedit michi decem marcas in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Roberto Mercer, Galfrido de Stocwelle, Benedicto Kepeherm, Iordano de Eilesbiria, Gilberto Sci[n]c[er], Helia Herlog, Ricardo Produm, Waltero de Beumont, Willelmo Noreis & aliis.[2] **S. Aldate 6 c. 1230**

700.

[Richard de Hasele grants and quitclaims the land to Bartholomew of Islip.]

Sciant [&c.] quod ego Ricardus de Hasele concessi, dimisi & liberaui & quietam clamaui Bartholomeo clerico de Hicteslepe totam illam terram cum pert. suis quam emi de Osberto de sancto Albano, **S. Aldate 7 c. 1230**

[1] In the hand of Will. Clericus.

[2] Seal, circular, 1¼ inches, a lion or tiger, S. OSBERTE [*sic*] DE SEINT AVBAN; the last letter is above the lion's tail. This is in the hand of Will. Clericus.

que iacet inter terram Radulfi de Farendone & terram Roberti de Stokwelle in parochia sancti Aldati in Oxenefordia illi & heredibus suis uel cui assignare, dare uel uendere uel legare uoluerit: habendam & tenendam de Iordano de Ailesbiri & de heredibus suis ita libere & quiete & integre cum omnibus pert. sicut ego unquam illam melius & plenius tenui; reddendo inde annuatim quinque solidos ad quatuor terminos anni Iordano de Ailesbiri & heredibus suis, scilicet [xv d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 25] et luminari ecclesie sancti Aldati quatuor denarios ad natale domini pro omni seruitio. Et pro hac concessione [&c.] predictus Bartholomeus dedit michi x marcas sterlingorum in gersuma; & ut [&c. sealing], hiis testibus, Gileberto uicario de Hicteslepe, Willelmo capellano de Wodet[one], Iordano de Ailesbiri, Pentecoste de Oxenefordia, Ricardo de Brist[ollio], Ricardo de Stokwelle, Radulfo clerico, Thoma canonico, Thoma clerico, Hugone de Haif[orde], Ricardo piscatore de Hicteslepe, Thoma clerico de Halectune et multis aliis.[1]

701.

[Jordan of Aylesbury grants land to Bartholomew of Islip.]

S. Aldate 8 c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Iordanus de Eilesbire concessi, dimisi & liberaui Bartholomeo de Yteslepe clerico totam illam terram cum pert. qui iacet inter terram Willelmi de Wendleworthe & terram Radulfi de Farendone in parochia sancti Aldadi in Oxonia, illi & heredibus suis uel cui dare uel uendere uel assignare uoluerit, habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duodecim denarios ad duos anni terminos pro omni seruicio & exactione, scilicet [vi d. Mar. 25, Sept. 29]; et sciendum quod murus qui est ex transuerso in curia diuidens predictam terram & terram Roberti de B[er]ecote est totus ipsius Bartholomei & gabulum solarii ipsius Bartholomei uersus predictum Robertum est predicti Bartholomei. Et ego [&c. warranty]. Pro hac uero concessione [&c.] predictus Bartholomeus dedit michi quatuor marcas in gersuma. Et

[1] Seal, circular, $1\frac{1}{8}$ inches, a man's head, S. RICARDI DE HASELE. The use of *quietam clamavi* is probably anticipatory, as if deed no. 701 had been already executed. The word was only added when there was already a claim on the property.

ut [&c. sealing], hiis testibus, Benedicto Kepeherm, Pentecost', Benedicto Mercer, Radulfo Palmer, Willelmo P[ar]m[en]t[ario], Ada de Guting, Willelmo Clerico, Ricardo Hardida, Willelmo Ace, Ricardo de Bristoll' & aliis.[1]

702.

[Jordan of Aylesbury gives to Lucy his daughter the rent of one shilling.]

S. Ebbe V c. 1232

Sciant [&c.] quod ego Iordanus de Eylesberi dedi [&c.] Lece [*sic*] filie Iordani de Oxonia pro seruicio suo duodecim denariatas redditus in uilla Oxonie in parrochia sancte Ebbe de tenemento quod Bartholomeus clericus de me tenuit annuatim percipiendas ad festum sancti Michaelis sibi & heredibus suis & suis assignatis de predicto tenemento, quicunque illud tenuerit; tenendas & habendas in feodo & hereditate libere & quiete, plene & integre, pacifice & honorifice. Ego autem [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Waltero persona sancte Ebbe, Willelmo Pellipario, Roberto de Stokwell', Ricardo de Bristowe, Ricardo Prudhume, Gileberto Cissore, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[2]

703.

[Bartholomew of Islip grants his house to Oseney.]

S. Aldate 9 B. 105v Mich. 1233–Mich. 1234

Sciant [&c.] quod ego Bartholomeus clericus de Ichteslepe pro salute anime mee dedi & concessi & assignaui cum corpore meo deo & ecclesie sancte Marie Oseneye [&c.] domum meam in parochia sancti Aldati Oxonie cum pert. quam emi quondam de Ricardo de Hasele fratre meo, tenendam & habendam dicte domui Oseneye in liberam & perpetuam elemosinam; reddendo inde annuatim Lucie filie Iordani le Ielewe[3] duodecim denarios ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio; ecclesie uero sancti Aldati quatuor denarios annuatim in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, fratre Willelmo priore Oseneye, Reginaldo

[1] Seal, circular, 1¼ inches, an eagle, S. IORDANIS [*sic*] DELESBIRE. This is in the hand of Will. Clericus. This deed is practically a reduction of the rent from 5*s.* to 1*s.*

[2] The seal is different from that on the previous deed. It is circular, 1 inch in diameter, a star of eight rays, S. IORDANI DE HAILESB'I.

[3] i.e. the Yellow; he was also known as Jordan *le Jaune* (*Cart. Hosp. St. John*, ii. 137).

capellano ecclesie sancti Aldati, Petro filio Turoldi maiore Oxonie, Philippo Molendinario, Laurentio filio Widonis & Macio prepositis, Laurencio Halegod, Roberto le Mercer, Ricardo Curteys, Ricardo de Hasele fratre meo, Willelmo Ace, Ricardo de Bristoll', Willelmo filio Willelmi, Iohanne filio Briani, Ricardo de Sibbeforde & aliis.[1]

704.

[Richard of Hasele confirms the grant of Bartholomew his brother.]

S. Aldate 10 B. 105v Mich. 1233–Mich. 1234

Sciant [&c.] quod ego Ricardus de Hesele pro salute anime mee & animarum antecessorum meorum & specialiter pro anima Bartholomei de Ichteslepe clerici fratris mei concessi pro me & heredibus meis in perpetuum et presenti carta confirmaui deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] donationem & concessionem & assignationem quam eis fecit idem Bartholomeus cum corpore suo de domo sua in parochia sancti Aldati Oxonie cum pert.; tenendam & habendam dicte domui Osen' in liberam & perpetuam elemosinam; reddendo inde annuatim Lucie filie Iordani le Yelewe duodecim denarios ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio; ecclesie uero sancti Aldati quatuor denarios annuatim in perpetuum, sicut carta eiusdem Bartholomei quam super hoc idem Canonici habent testatur. In cuius [&c. sealing], hiis testibus [&c. as in the last].[2]

705.

[Walter son of Lucy quitclaims the rent.]

O. C. 480 Mich. 1270–Mich. 1271

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Walterus filius Loece filie Iordani de Eylesburi dedi [concessi & quietum] clamaui pro me & heredibus meis uel meis assignatis, deo & ecclesie beate Marie Oseneye & Canonicis ibidem deo seruientibus duodecim denarios annui redditus quos percipere solebam annuatim de tenemento quondam Barthol[omei cle]rici in parochia sancti Aldati Oxon': et quicquid iuris uel clamii habui uel habere potui in dicto redditu u[el in aliqua pa]rte sine aliquo retinemento michi uel heredibus meis siue assignatis in perpetuum. In cuius [&c. sealing],

[1] In the hand of Will. de Mildecombe.
[2] With the seal of Richard, as before.

hiis testibus, [N]icholao de Kyngestone tunc maiore Oxon', Elia Le Quilter, Iohanne Cu[luer]d [ba]lliuis, Iohanne Fileking, Iohanne de London, Iohanne Tansy, Willelmo de Lacy, Roberto Beuerethe & aliis.

2. Hinxey Hall.

Oseney had a rent of 1*s.* from Hinxey Hall. The next deed may refer to this if 'Benedict and John' means Benedict and John Kepeharm, for they held this property; but it may stand for Benedict and John Ailnoth.

706.

[Oseney grants land to Benedict and John at a rent of one shilling.]

Notum sit omnibus quod ego Edwardus Abbas & Conuentus ecclesie sancte Marie de Osen' concessimus Benedicto & Iohanni fratri eius terram que fuit Willelmi filii Alb[. . .] tenendam de nobis in feodo & hereditate pro duodecim denariis annuatim soluendis ad duos terminos, ad festum sancti Michaelis sex denarios & ad festum sancte Marie in Marcio sex denarios; & inde dedit nobis unum bisantium in recognitionem. Hiis testibus, Willelmo Wakeman, Henrico filio Sagrim, Andrea, Reinero, Willelmo de Grandpunt, Laurentio filio Herding, Alfwardo pistore, Roberto sacerdote de Wigornia. **B. 176r ? 1182–4**

707.

[Simon of Gloucester confesses that a rent of one shilling is due to Oseney from Kepeharm's Hall.]

Omnibus [&c.] Simon de Gloucestr' & Alicia uxor eius salutem in domino sempiternam. Noueritis quod cum perquisierimus de Willelmo de la Glorie unum mesuagium cum pert. in Oxonia quod vocatur Kepharmeshalle, ubi Thomas de Hengseye inhabitare solebat, ad tenendum de capitalibus dominis feodi per seruicia debita & consueta imperpetuum; nos autem percipientes per testificacionem dicti Willelmi de la Glorie et Willelmi atte Hole & Katerine uxoris eius, de quibus dictus Willelmus de la Glorie illud perquisiuit per finem in curia domini regis leuatum, ac eciam per assercionem pluri- **S. Aldate 11 (2) Mich. 1325–Mich. 1326**

morum vicinorum & fidedignorum, quod Abbas de Oseneya est capitalis dominus mesuagii predicti et quod illud tenetur de eodem per seruicium duodecim denariorum redditus annuatim in festo sancti Michaelis soluendorum; et quod predecessores ipsius Abbatis a tempore quo non exstat memoria semper capitales domini exstiterunt, sentenciam excommunicacionis que[1] in minuentibus eorum possessiones et iura fulminatur euitare volentes, predicto Abbati attornauimus et seruicium predictum per manus nostras ei fecimus et eidem et successoribus suis de cetero fideliter faciemus annuatim ad terminum predictum. Ad quod quidem faciendum obligamus nos et heredes nostros. Et pro predictis bene & plenarie obseruandis predictus Abbas erga nos de arreragiis que exigebat graciosus exstitit et curialis, ita quod tempore confeccionis presencium nichil aretro exstat de seruicio predicto. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burncestria tunc maiore Oxonie, Stephano de Adyngtone & Iohanne de Louhteburghe tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Dokelingtone, Iohanne de Hamptone, Iohanne de Croxforde iuniore, Ricardo Cary, Willelmo de Whatelee, Willelmo de la More et aliis.

3. Minot Hall.

Oseney had a rent of 13*d.* from Minot Hall; 1*d.* of this was given by Geoffrey Jussel; it is not known how the other was obtained.

708.

[Geoffrey Jussel grants a rent from Minoth's house.]

S. Aldate 1 Mich. 1243–Mich. 1244

Sciant [&c.] quod ego Galfridus Iussel de Oxonia dedi [&c.] pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] pro salute anime mee & meorum annuum redditum unius denarii quem solebam recipere de Roberto Minoth de terra quam tenui de dictis Canonicis in parochia sancti Aldati Oxonie & quicquid in eadem terra habui uel habere potui cum omnibus pert. suis in perpetuum; tenendum & habendum dictis ecclesie & Canonicis bene & in pace, libere & quiete in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxon', Hugone Fauue & Ada Cruste tunc

[1] quam, MS.

prepositis, Henrico filio Henrici, Philippo le Muner, Ricardo Aurifabro, Waltero de Oseneya, Henrico Purcel, Petro de Sibeforde, Willelmo de Westune, Rogero de camera, & multis aliis.[1]

4. St. Frideswide's.

The next two deeds deal with the property which came to St. Frideswide's in 1369 (*Cart. St. Frid.* i. 236–8). The first of the two is interesting as showing where the ford was which gave Oxford its name.

709.

[Roger Brekebek grants property to John de sancta Frideswida.]

S. Aldate 15 June 27, 1352

Sciant [&c.] quod ego Rogerus Brekebek' dedi [&c.] Iohanni de sancta Frideswyda de Oxon' unum mesuagium, unam placeam terre, medietatem unius acre, unius hamme & unam rodam prati, octo solidat' & quattuor denarat' redditus cum pert. in Oxon' & suburbiis eiusdem ville, unde predictum mesuagium[2] situatur in Oxonia in parochia sancti Aldati inter tenementum quondam Ricardi Cary ex parte boriali & tenementum Prioris & Conuentus sancte Frideswide Oxonie ex parte australi; placea vero terre predicta iacet in suburbio predicto [*sic*] in parochia sancti Michaelis ad portam australem inter tenementum Iohannis de Langrisshe & Sarre uxoris eius ex parte occidentali & tenementum quondam magistri Roberti de Cressale ex parte orientali; acra vero prati iacet in eodem suburbio retro pandoxinam Abbathie de Oseneye inter pratum domini Ricardi Dammory quod tenet de domino rege ad feodifirmam ex parte australi, & pratum quod quondam fuit Ricardi le Spicer ex parte boriali; dicta vero hamma iacet in eodem suburbio inter pratum Priorisse & Conuentus de Stodleghe ex parte boriali & vadum vocatum Oxenforde iuxta pontem ducentem versus Norhthengseye ex parte australi; roda prati predicta iacet in eodem suburbio inter sex rodas iuxta ripam de Bolestake; septem vero solidat' & sex denarat' redditus proueniunt annuatim de uno mesuagio cum pert. in villa predicta in parochia Omnium Sanctorum, situato in Bocheria, quod Henricus de Bathe

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, the Lord riding into Jerusalem, BENEDICTVS · QVI · VENIT · IN · NOIE · DNI.

[2] Now the Free Library.

& Agnes uxor eius iam de Radulfo le Gras de Melkesham tenent; et decem denarat' redditus proueniunt annuatim de una shopa in Oxon' in parochia sancti Martini, situata inter tenementum Ricardi le Forester de Oxon' & Alicie uxoris eius ex parte australi, quod vocatur Piriehalle, & tenementum Abbatis & Conuentus de Eynesham, quod iidem Ricardus & Alicia iam tenent, ex parte boriali; habenda & tenenda & percipienda predicto Iohanni de sancta Frideswyda & heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing by the mayor], hiis testibus, Iohanne de Bereford tunc maiore ville Oxon', Thoma de Appeltone & Ricardo le Couk tunc balliuis, Iohanne de Bedeforde, Iohanne de Stodle, Iohanne de Nortone, Iohanne de Hertwelle, Iohanne de Langrisshe, Iohanne de Norht' clerico & aliis. Dat' apud Oxon' vicesimo septimo die Iunii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie vicesimo sexto & Francie tercio decimo.

710.

[Grant of a rent to Robert of Brill.]

S. Aldate 16 Jan. 1, 1365

Omnibus [&c.] Ricardus de Wodehay, Hugo de Saundresdone persona ecclesie sancti Petri in Ballio Oxon', Adam de Plumtone clericus, Walterus de Baldyndone persona ecclesie de Upledecombe, Iohannes de Hertwelle & Walterus de Clyue de Oxon', salutem. Noueritis nos concessisse [&c.] Roberto filio Walteri Portreue de Brehulle quadraginta solidatos redditus percipiendos annuatim de omnibus tenementis & pratis cum pert., que quondam fuerunt Iohannis de sancta Frideswida de Oxon' in Oxon' & in suburbiis, videlicet de quatuor mesuagiis, septem shopis & septem acris prati & dimidia; quorum unum mesuagium situatur in parochia sancti Aldati inter tenementum quod quondam fuit Ricardi Cary ex parte boriali & tenementum Prioris & Conuentus sancte Frideswide ex parte australi; et unum mesuagium cum duabus shopis coniunctim situatur in parochia sancti Michaelis ad portam borialem in australi parte tenementi Iohannis atte Wyke; et tercium mesuagium situatur in suburbio super Grauntpunte in parochia sancti Michaelis ad portam australem in australi parte tenementi Hugonis de Yeftele; et quartum mesuagium situatur in eodem suburbio subtus muros ville in parochia

sancte Ebbe in occidentali parte tenementi quondam Iohannis de Alestone; et quattuor shope coniunctim situantur in parochia sancti Martini supra shopas magistri et fratrum hospitalis sancti Iohannis Oxon'; et una shopa situatur in eadem villa in parochia sancti Michaelis ad portam borialem in boriali parte tenementi Iohannis de Grettone: et sex acre prati iacent in suburbio retro Oseneyam inter pratum domini regis ex parte una & pratum Iohannis Gibbes ex parte altera; et una dimidia acra prati iacet ibidem retro bracinam Oseneye iuxta pratum Abbatis Oseneye; et una uirga prati iacet in eodem suburbio per sortem ultra Bulstake' que se extendit a cursu aque Thamisie ex parte occidentali usque aquam de Bulstake ex parte orientali; et totum residuum prati iacet in una hamma per sortem cum Thoma de Pidyngtone; que quidem tenementa & pratum nuper habuimus ex dono & feoffamento predicti Roberti filii Walteri: habenda, tenenda & percipienda prefato Roberto ad totam vitam ipsius Roberti, ad festa [viz. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21] annuatim percipienda. [If the rent is unpaid, he may distrain on the premises]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Codeshale & Galfrido de Lodewelle tunc balliuis Oxon', Iohanne de Stodle, Iohanne de Bedeforde, Iohanne de Benham, Iohanne de Nortone, Iohanne Gibbes, Iohanne de Norhamptone clerico & aliis. Dat' apud Oxon' primo die Ianuarii, anno r. r. Edwardi tercii post conquestum tricesimo octauo.

711.

[William Dodeman acknowledges a rent due to St. Frideswide's.]

S. Mich. S. 10 (9) April 1, 1330

Notum sit omnibus quod inter nos Willelmum Dodeman ex parte una et fratrem Robertum [dei gracia] Priorem monasterii sancte Frydeswyde virginis Oxon' et eiusdem loci conuentum ex parte altera conuenit in hunc modum viz. quod cum ego predictus Willelmus quoddam tenementum situatum in parochia sancti Aldati Oxon' inter tenementum Prioris et conuentus ex parte australi & tenementum Nicholai de L[a]ngeford ex parte occidentali quod est proximum cornerio, sicut itur a simiterio [*sic*] sancti Aldati [a] manu dextera versus portam australem Oxon., michi & heredibus meis adquisierim quod quidem tenementum [*sic*] dicti Prior & conuentus ut capitales domini feodi illius octo solidos annui redditus recipere consueuerunt

et debent, soluendum [*sic*] ad quatuor anni terminos [Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24], volens in hac parte ego predictus Willelmus [incolumitatem] anime mee considerare & [matrem ecclesiam] indempnem conseruare concessi eisdem Priori et conuentui & monasterio suo predicto quod de cetero tanquam capitalibus dominis dicti tenementi de predicto redditu tanquam tenens eorum in hac parte ero intendens cum dilectione vicinali & filiali : & ad hoc obligo me, heredes meos & tenementum meum predictum cum pert. districcioni predictorum Prioris & conuentus, qui pro tempore fuerint, & procuratoris eorum seu attornati, ad quorumcumque manus deuenerit. Pro quibus quidem sic peractis & in futurum peragendis, nos Prior et conuentus omnia arreragia de dicto tenemento a principio mundi usque ad diem confeccionis presentium aretro existencia & eciam incursum sentencie eidem Willelmo relaxamus & remittimus pro nobis & successoribus nostris sub forma predicta. In cuius [&c. sealing] & nos Thomas maior Oxon' ad instantem rogatum predicti Willelmi sigillum officii maioratus presentibus apposui. Dat' Oxon' die dominica post festum Annunciacionis beate Marie anno domini M CCC tricesimo, regnique Anglie regis Edwardi tercii post conquestum quarto.[1]

5. Not Oseney or St. Frideswide's.

The two next deeds are about a tenement which was held by John de Bibury for his life, but did not come to Oseney. The third is about a piece of ground which passed into the possession of Oriel and was given to Magdalen College by exchange in 1467 (*Cart. Hosp. St. John*, ii. 145).

712.

[Thomas de Becheye and his wife dimise to William and John de Byburi and others a messuage which paid a rent to the Hospital of St. John.]

S. Aldate 14 Sept. 29, 1329

Inter nos Thomam de Becheye & Roysiam[2] uxorem eius ex parte una & Willelmum de Bybury, Iohannem de Byburi, Willelmum le

[1] This is a forgery. The mayor in 1329–30 was not Thomas, but Will. de Burcestre; nor was it the custom in the fourteenth century to mention mayors without a surname. The *Cartulary of St. Frideswide* shows that William Dodeman acquired this tenement about 1220; it is not likely that another William Dodeman possessed it in 1330. The deed cannot be of 1230 from the language, from the name of the mayor and from the mention of the mayor's seal. There was a lawsuit about a tenement which paid 8*s*. about 1380, and this deed may have been composed to prove the claim of the rent (*Cart. St. Frid.* i. 250).

[2] Probably Rose Spalding.

Eyr de Radeford & Cristianam uxorem eius ex parte altera, die Veneris in festo sancti Michaelis archangeli, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tercio apud Oxoniam conuenit in hunc modum, uidelicet quod nos predicti Thomas & Roysia concessimus, dimisimus & tradidimus prefatis W., I., W., & C. ad terminum uite eorum quoddam mesuagium cum tenemento quod tenetur de ospitali sancti Iohannis in Oxonia, situatum in cimiterio sancti Aldati inter tenementa nostra ex utraque parte, quod quidem mesuagium cum tenemento Willelmus de Spalding quondam inhabitabat; habendum & tenendum predictis W., I., W., & C. ad totam uitam eorum & eorum alterum [*sic*] de nobis & heredibus ac assignatis nostris libere, integre, bene & in pace, reddendo inde annuatim nobis, heredibus & assignatis nostris quadraginta solidos argenti ad festum sancte Fredeswyde uirginis & Hockeday. Uolumus etiam & concedimus, quod si dicti W., I., W., & C. infra terminum decem annorum fortassis obierint, quod heredes sui aut assignati dictum mesuagium cum tenemento usque ad finem decem annorum integre optineant, reddendo nobis annuatim ut premittitur, et quod si aliqua domus seu pars domorum uel parietis mesuagii seu tenementi predicti per impotenciam infra dictos decem annos corruerit, ita quod non sit per defectum dictorum Willelmi, Iohannis, Willelmi & Cristiane, de nouo, statu quo prius, illa sumptibus nostris sine dilacione reedificabimus. [The tenants are to keep the premises in repair. After ten years the rent is to be £10 on the feast of St. Simon and St. Jude. The owners may seize the tenement if the rent is withheld. They warrant it against all men.] In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cari tunc maiore Oxonie, Iohanne de Falleye & Waltero de Farindone tunc balliuis, Iohanne de Dokelintone, Symone de Gloucestre, Hugone de Barthone et aliis.

713.

[Thomas de Becheye quitclaims to John de Bibury for his life a rent of 6 s. from a corner shop.]

Pateat uniuersis quod ego Thomas de Becheye remisi, relaxaui & quietum clamaui Iohanni de Bibury sex solidos annui redditus ad totam vitam suam in quibus michi tenebatur de quadam chopa angulari quam de me tenet in Oxon' per quedam scripta indentata inter nos confecta, prout in eisdem plenius continetur. In cuius rey [*sic*] testimonium [&c. sealing], & quia sigillum meum pluribus est

S. Martin 38 Nov. 2, 1329

incognitum sigillum decanatus Oxon' apponi procuraui, hiis testibus, Willelmo de Burecestria tunc maiore Oxon', Henrico de Stodle & Petro de Ew tunc balliuis, Iohanne Dukelinton, Andrea de Wormenhale & aliis. Data Oxonie die Iouis proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni regis Edwardi III tercio.

714.

[Richard de Tekene and his wife lease to Robert de Beaumont a plot next to Bull Hall.]

S. Aldate 13 Oct. 11, 1335

Notum sit uniuersis quod nos Ricardus de Tekene de Northamptone & Iohanna uxor mea concessimus, dimisimus & tradidimus Roberto de Beaumount de Oxonia taillur & Alicie uxori sue & Iohanni filio eorundem quandam placeam nostram cum pert. in Oxon' in parochia sancti Aldati iacentem inter tenementum magistri & fratrum Hospitalis sancti Iohannis ex parte una & tenementum custodis & scolarium domus de Mertone Oxon', quod vocatur Bulehalle ex parte altera; habendam & tenendam dictam placeam cum pert. prefatis R., A., & I. ad totum terminum vite eorum & eorum cuiuslibet de nobis, heredibus nostris & assignatis; reddendo inde annuatim nobis, heredibus vel assignatis nostris unum denarium argenti ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, & faciendo nichilominus pro nobis capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Langeforde, Alano de Hetone, Thoma de Curtelyngtone, Iohanne de Wytteneye, Waltero le Mercer, Ricardo de sancta Frideswida, Iohanne de Londone clerico & aliis. Dat' Oxon' die Mercurii proxima post festum sancti Dionysii, anno regni regis Edwardi III post conquestum nono.[1]

XIV. ST. MICHAEL'S, SOUTH (Nos. 715–40).

1. Fish Street.

In the parish of St. Michael South, Oseney had a rent of 3*s*. from 34 St. Aldate's by Denchworth Bow, and 3*s*. from a house on the other side, perhaps 69–71 St. Aldate's. It also had a piece of meadow in Christ Church meadow.

[1] The two seals of the Tikenes; a shield with a diaper pattern of some kind.

715.

[William Hendiman sells rents to Oseney from two houses on Grandpont.]

S. Mich. S. 1 Mich. 1261–Mich. 1262

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Hendiman filius Rogeri Hendiman de Oxon' dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Oseneya [&c.] annuum redditum sex solidorum extra portam australem ad quatuor anni terminos percipiendorum, uidelicet de terra que fuit Rannulphi piscatoris[1] tres solidos scilicet [XVIII d. June 24 and Dec. 25], que terra est super magnum pontem in parochia sancti Michaelis australis Oxon', et de terra que fuit Ricardi le Suctone[2] [*sic*] iuxta Thamisiam super magnum pontem in eadem parochia tres solidos [viz. XVIII d. Sept. 29, and Easter]; habendum & tenendum dictis ecclesie & canonicis [&c.] libere, quiete [&c.] reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum obolum ad Natale Domini pro omni seruicio, consuetudine, exactione et demanda. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi dicti Canonici quatuor marcas argenti pre manibus. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kinggestone tunc maiore Oxon', Willelmo de O. et Iohanne Pady tunc prepositis, Ada Feteplace, Nicholao de Stocwelle, Galfrido Aurifabro, Galfrido de Hengsteseye, Roberto Molendinario, Galfrido le Mercer, Iohanne de Coleshulle, Henrico Ynge, Willelmo le Yreis, Bricio de aula et aliis.

716.

[An agreement with Thomas de Leigh.]

S. Mich. S. 7 July 1, 1339

Omnibus [&c.] Abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Cum nuper Thomas de Leghe de Oxon' clericus adquisierit sibi & heredibus ac assignatis suis imperpetuum unam placeam terre vacuam cum suis pert. in suburbio Oxon' iacentem in parochia sancti Michaelis australis super Grauntpount inter tenementum quondam Walteri de Swyneshulle ex parte una, et tenementum Abbatis & Conuentus de Eynesham ex parte altera, et que quidem placea

[1] This was on the west side of the road, somewhere near English Row.

[2] This was on the east side of the road just north of Denchworth Bow. An endorsement says, 'de domo super aquam quam tenet Ricardus le Specer'.

predicta cum suis pert. quondam fuit Walteri le Parmunter,[1] et de qua quidem placea nobis debebantur annuatim tres solidi ad certos anni terminos, una cum arreragiis eiusdem redditus post vendicionem & destruccionem domorum super dictam placeam terre quondam existencium; Noueritis nos pro quadam summa pecunie nobis pre manibus persoluta perdonasse eidem Thome omnia arreragia redditus predictorum trium solidorum annuorum a toto tempore preterito nobis debita usque ad festum sancti Michaelis proximo futurum post datam confectionis presencium. Et quod idem Thomas, heredes vel assignati sui reddant inde de cetero nobis & successoribus nostris imperpetuum annuatim tres solidos argenti ad duos anni terminos; unam videlicet medietatem ad festum Annunciacionis beate Marie virginis & aliam medietatem ad festum sancti Michaelis, prout nobis antiquitus inde reddi consueuit. Et concessit dictus Thomas pro se & heredibus ac assignatis suis quod si contingat dictum redditum trium solidorum annuorum aliquo tempore in posterum per unum mensem post aliquem terminum aretro existere, & non solutum esse in parte vel in toto, quod extunc dicti Abbas & Conuentus ac eorum attornati tam omnia predicta tenementa cum suis pert. que quondam fuerunt Walteri de Swyneshulle, quam placeam terre predictam quondam Walteri le Parmunter ingrediantur & in eisdem distringant & districciones illas penes se retineant quousque sibi de omnibus arreragiis dicti redditus plenarie fuerit satisfactum. In cuius [&c. alternate sealing]. Dat' apud Oseneye primo die Iulii, anno r. r. Edwardi III tercio decimo.

717.

[Thomas de Leigh is allowed a reduction of 18 d. in his rent for his life.]

S. Mich. S. VII July 6, 1339

Omnibus [&c.] Abbas de Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Cum nuper perdonauerimus Thome de Leghe de Oxon' clerico omnia arreragia cuiusdam annui redditus trium solidorum nobis debitorum de quadam placea terre vacua in suburbio Oxon' iacente extra portam australem Oxon' inter tenementum quondam Walteri de Swyneshulle [&c.] prout in quodam scripto indentato inde inter nos confecto plenius continetur; noueritis nos concessisse pro nobis & successoribus nostris eidem Thome pro bono seruicio

[1] This was on the west side of the road.

suo nobis impenso & imposterum impensuro, ac eciam pro domibus ibidem de nouo construendis, quod idem Thomas habeat & percipiat annuatim decem & octo denarios argenti de nobis & successoribus nostris per manus coquinarii nostri, qui pro tempore fuerit, ad totam vitam ipsius Thome ad duos anni terminos supradictos per equales porciones. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud Oseneye, sexto die Iulii anno regni regis Edwardi III tercio decimo.

718.

[Alienor of Bristoll grants Thorald's Ham to Oseney.]

Sciant presentes & futuri quod ego Alienor de Bristollis que fui uxor Henrici Thorald de Oxonia in uiduitate & ligia potestate mea existens de assensu & uoluntate Roberti filii mei & heredis dicti Henrici tradidi & concessi, liberaui & presenti carta confirmaui domino Ricardo abbati Oseneye & conuentui eiusdem loci quatuor acras prati cum pertinenciis extra curiam sancte Frithesuithe ex parte australi, scilicet totum pratum quod uocatur Thoraldeshamme de quo prato dotauit me dictus Henricus quando me desponsauit & quicquid habui uel habere potui in eodem prato cum pertinenciis sine ullo retinemento, tenendum & habendum dictis abbati & conuentui bene & in pace & integre quamdiu uixero, reddendo inde annuatim Philippo de Stocwelle & heredibus eius unam libram piperis ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Et ego Alienor predictum pratum cum pertinenciis dictis ecclesie & canonicis warantizabo contra omnes gentes, Iudeos & Cristianos, in meo perpetuo. In cuius [&c.], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc maiore Oxonie, Henrico Perle & Iohanne Pady tunc prepositis, Ada Feteplace, Iohanne de Coleshulle, Galfrido de Hengsteseye, Ada Cruste, Edmundo Thorald et multis aliis.

S. Mich. S. 2 Mich. 1258–Mich. 1259

719.

[William Vincent gives a rent of 6 d. on Grandpont.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Vincent de Oxon' piscator de Graunpund pro salute anime mee & anime Matildis de Batonia quondam uxoris mee dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Oseneya [&c.] in puram & perpetuam elemosinam redditum sex

S. Mich. S. 5 c. 1230

denariorum die assumptionis sancte Marie annuatim soluendorum ad sustentandum luminare beate Marie in ecclesia de Oseneya, de terra mea & edificiis meis super magnum pontem ex parte orientali, que terra cum edificiis iacet inter terram Thome le Uerrur ex una parte, & terram Ysabelle de Dorkecestria ex altera. Et ego [&c. warranty]. Hiis testibus, Ricardo Waldri de Granpunt, Rogero de Trillemulle, Waltero le Rus, Roberto Uincent, Galfrido Uincent & aliis.[1]

2. In Brewers Street.

In Brewers Street Oseney had a rent of 3*s*. from the house next or next but one to the boundary of St. Ebbe's parish.

720.

[Alice la Mercer gives a rent of three shillings.]

S. Mich. S. 4 Mich. 1267–Mich. 1268

Sciant [&c.] quod ego Alicia que fui uxor Roberti le Mercer in uiduitate & ligia potestate mea pro salute anime mee & anime Roberti quondam uiri mei dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] annuum redditum trium solidorum quos percipere solebam de illo mesuagio in parochia sancti Michaelis australis Oxonie, quod Iohannes Plumbarius tenet extra portam que ducit uersus ecclesiam fratrum predicatorum sub muro & quicquid in eodem redditu & tenemento habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis ; tenendum & habendum in liberam, puram & perpetuam elemosinam, recipiendum ad quatuor anni terminos viz. [IX d. Sept. 29, Dec. 25, Easter, & June 24]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Galfrido de Henxteseye & Galfrido Aurifabro tunc balliuis, Galfrido le Mercer, Iohanne de Coleshulle, Nicholao de Kingestone, Henrico Gamage & aliis.[2]

721.

[Record of a lawsuit about this rent.]

S. Mich. S. 6 Feb. 9, 1425

Curia domini regis tenta apud Oxon' coram Thoma Swan &

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, S' WILL' FIL' VINCENT. This is 16 St. Aldate's; see *Cart. Hosp. St. John*, ii. 193 ; but there is no mention of it in the rentals.

[2] Seal, circular, $1\frac{1}{4}$ inches, a flying eagle, S. ALIC' FILIE TOROD ; on the tag is written, 'anno r.r. Henrici LII°'.

Ricardo Wythygge, balliuis ville Oxon', die Lune proxima ante festum sancte Margarete virginis anno r. r. Hen. VI post conquestum secundo.

Oxon'. Ad hanc curiam venit Michael Nortone in propria persona sua & queritur de Willelmo Wendouere, Abbate de Oseneye, & Willelmo Falmershame de placito capcionis & iniuste detencionis catallorum &c.; et inuenit plegios tam de prosequendo querelam suam predictam quam de dictis catallis returnandis, si returnum adiudicetur, videlicet Ricardum Wroxham & Nicholaum Lyntone; et petit processum secundum consuetudinem &c. Ideo preceptum est subbal*iuis* &c. quod deliberar*i* faciat dicto Michaeli indilate catalla predicta, & quod ponat per vad*ium* & saluos plegios predictum Abbatem & Willelmum, ita quod sint coram prefatis balliuis apud Oxon' die Lune proxima post festum sancte Marie Magdalene proximo futurum, ad respondendum dicto Michaeli in placito predicto. Idem dies datus est prefato Michaeli coram prefatis balliuis ibidem.

Ad quem diem coram prefatis balliuis apud Oxon' predictus Michael in propria persona sua venit; et subballiui, videlicet Willelmus Frankleyne & Iohannes Hawardyn, return*ant*, quod dicta catalla capta, de quibus predicta querela existit, est una pecia argenti appreciata per probos & legales homines de balliua sua ad sex solidos; et quod deliberar*i* fecerunt dicto Michaeli catalla predicta iuxta tenorem precepti sui; et quod dicti Abbas & Willelmus inuenerunt plegios essendi hic ad hunc diem ad respondendum dicto Michaeli &c. videlicet Thomam Baldyngdone & Ricardum Louches. Super quo dicti Abbas & Willelmus exacti venerunt per atturnatum suum; et unde predictus Michael grauiter conquerendo dicit quod dicti Abbas & Willelmus die Veneris proxima ante festum apostolorum Petri & Pauli anno regni domini regis nunc secundo ad quoddam mesuagium, in quo idem Michael inhabitat, situatum in suburbio Oxon' extra portam australem in parochia sancti Michaelis, ex opposito muro ville Oxon', inter tenementum nuper Thome Chauntre ex parte occidentali & tenementum Iohannis Mortone ex parte orientali, accesserunt & intrauerunt & ibidem unam peciam argenti ipsius Michaelis iniuste ceperunt & asportauerunt et contra vad*ium* & plegios detinuerunt a dicto die Veneris usque diem Sabbati proximum post dictum festum sancte Margarete, quo die inde facta fuit deliberacio auctoritate curie domini regis Oxon', ad sectam dicti Michaelis per dictos Willelmum Frankleyne & Iohannem Hawardyne, seruientes curie predicte

cognit*os* & iur*atos*, ad dampnum dicti Michaelis c s., et inde producit sectam. Et predictus Abbas per atturnatum suum defendit vim & iniuriam, ubi & quando &c. & aduocat capcionem & asportacionem pecie predicte & iuste, quia dicit quod quidam Walterus Daundesey tenet de ipso abbate mesuagium predictum per fidelitatem & seruicium trium solidorum soluendorum annuatim ad festa sancti Michaelis & Annunciacionis beate Marie virginis per equales porciones, ut de iure ecclesie sue beate Marie de Oseneye, de quibus quidem seruiciis idem Abbas seisitus fuit per manus predicti Walteri, ut per manus veri tenentis sui; et pro eo quod decem & octo denarii de redditu predicto fuerunt aretro ad festum Annunciacionis beate Marie virginis ultimo preteritum, idem Abbas aduocat capcionem predictam in loco predicto super predictum Walterum, ut super verum tenentem suum; unde petit iudicium & returnum &c. Et predictus Willelmus Felmersham venit in auxilium Abbatis &c. Et predictus Michael dicit quod predictus Walterus diu ante capcionem predictam dimisit mesuagium predictum quibusdam Thome Chauntre & Agneti tunc uxori eius ad terminum vite eorum, qui virtute dimissionis illius seisiti fuerunt; et postea dictus Thomas obiit, et predicta Agnes cepit dictum Michaelem in virum ante capcionem predictam; et sic iidem Michael & Agnes tenent mesuagium predictum ad terminum vite dicte Agnetis, reuersione inde prefato Waltero & heredibus eius spectante, sine quo idem Michael dictum mesuagium non potest onerare nec exonerare; et petit auxilium de dicto Waltero; et super hoc dictus Walterus in propria persona sua se ingerit dicto Michaeli racione dimissionis predicte; & iidem Walterus & Michael bene cognosc*unt* aduocar*ium* predictum; ideo consideratum est quod dictus Abbas habeat & recuperet returnum pecie predicte irreplegiabile imperpetuum ad valenciam redditus aretro existentis; et quod dictus Michael pro falso clamio suo sit in misericordia &c.

Et ego Willelmus Offord, maior ville Oxon', tenorem recordi predicti de rotulo curie predicte transumpt*um* ad requisicionem predicti Abbatis de Oseneya nono die Februarii anno r. r. predicti tercio sub sigillo officii mei ad perpetuam rei memoriam duxi exemplificandum.[1]

[1] With the seal of the mayor, the ox facing the left.

3. Newmaister's.

On the north side of Speedwell Street, but near the corner of St. Aldate's, Oseney had a small tenement.

722.

[The Prior of St. Frideswide's gives to Philip the Miller a rent of three shillings from the tenement of Thomas le Teler.]

Sciant presentes & futuri quod nos Willelmus Prior & Conuentus sancte Frideswide Oxon' concessimus & liberauimus Philippo Molendinario & cuicumque assignare uoluerit, religiosis uel secularibus, totum illud tenementum cum pert. suis, quod Thomas le Teler tenuit de nobis in parochia sancti Michaelis australis in uenella, que ducit uersus molendinum dicti Philippi, & iacet inter terram que fuit Walteri de Blebyri & terram que fuit Roberti Garet, de quo tenemento percipere solebamus tres solidos sterlingorum per annum, quos uolumus & concedimus quod predictus Philippus & sui assignati percipiant annuatim ad terminos consuetos in perpetuum, sicut nos percipere possemus, saluo iure & feudo dicto Thome & heredibus suis, nullo iure uel clamio nobis uel successoribus nostris retento in dicto tenemento & pertinenciis suis. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Petro Toraldi tunc maiore, Hugone Faue, Laurencio With prepositis, Henrico filio Henrici Symeonis, Galfrido de Stocwelle, Hugone Harding, Iordano clerico & multis aliis.[1]

S. Mich. S. 11 (1) Mich. 1241–Mich. 1242

723.

[Edith, widow of Thomas Textor, grants and quitclaims to Richard Newmaister her messuage by Grandpont.]

Sciant [&c.] quod ego Editha quondam uxor Thome textoris Oxon' in mea propria uiduitate & ligia potestate dedi, & concessi, & quietum clamaui [&c.] Ricardo nouo Magistro tanquam heredi meo propinquiori, nepoti meo, totum illud mesuagium meum cum omnibus pert. suis quod iacet inter terram que fuit Ricardi de Bekkeleg' ex

S. Mich. S. 9 (9) Prob. Mich. 1256–Mich. 1257

[1] With a fragment of a seal, an abbot or prior with both hands raised, S' WILLELMI . . . . .

una parte & terram que fuit Laurencii cordewanarii ex altera parte in parua uenella uersus Tamisiam iuxta magnum pontem in subburbio extra portam australem in parochia sancti Michaelis australis Oxon'; habendum & tenendum predicto Ricardo & heredibus suis uel suis assignatis tam libere & quiete & pacifice, sicut ego unquam illud melius aut liberius tenui; reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi debitum seruicium & consuetum debitis terminis & consuetis pro omni seruicio & exaccione, consuetudine & demanda. Pro hac autem donacione [&c.] concessit michi predictus Ricardus ad michi inueniendum qualibet septimana quamdiu uixero quatuor denarios ad sustentationem uite mee. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Stokwelle tunc maiore Oxon', Iohanne de Coleshulle, Galfrido le mercer tunc prepositis, Ada Feteplace, Willelmo le Sauser, Galfrido aurifabro, Galfrido de Hengsee, Iohanne de Wellop, Waltero de Munbray, Ricardo Waldri, Henrico le Plummer, Willelmo de Farendone, Waltero de Oseneye, Thoma Tinctore, Thoma Coko, Waltero textore, Galfrido clerico & aliis.

724.

[Richard Newmaister gives the tenement to Oseney.]

S. Mich. S. 3 Mich. 1265–Mich. 1266

Sciant [&c.] quod ego Ricardus dictus le Nywemaistre de Oxonia dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Oseneye [&c.] totum illud mesuagium meum cum omnibus pert. suis, quod habui de dono Edithe neptis mee,[1] & iacet inter terram que fuit Ricardi de Bekkeleg' ex una parte & terram que fuit Laurencii cordiwanarii ex altera parte in parua uenella uersus Tamisiam iuxta magnum pontem in suburbio extra portam australem in parochia sancti Michaelis australis Oxonie; habendum & tenendum in liberam, puram & perpetuam elemosinam quantum ad me & heredes meos attinet in perpetuum, reddendo inde annuatim capitalibus dominis illius feodi debitum seruicium & consuetum debitis terminis & consuetis, pro omni seruicio, exactione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Rogero le Saucer tunc balliuis, Henrico Inge, Galfrido aurifabro, Luca de Northosen', Iohanne de Sibbeford, Nicholao de Orton', Roberto Forn, Willelmo de Wudestoke, et aliis.

[1] 'cousin'; see the previous deed.

4. Bibury's.

Among the properties of John de Bibury that were acquired by Oseney under deed no. 252, there was a shop on the west side of Grandpont, at the junction with what is now Speedwell Street. The following deeds give its dimensions and show that it adjoined the property that was given to Oseney by Richard Newmaister.

There follow two deeds which probably came to Oseney among other deeds of John de Bibury, but are not concerned with properties of Oseney. The former, which is in bad condition, is about a rent from two houses north of Folly Bridge; for the land north of Folly Bridge for 100 yards or more is in Berkshire. The latter is the will of John de Radford, and may have come to Oseney in connexion with the will of John de Bibury. In the year of the Black Death executors died before they could perform their work, and the executors' executors had to do the work. Thus John de Bibury, by his will dated May 18, appointed William de Radford to be his executor;[1] he, by his will dated June 4, appointed his brother John to be executor,[2] who, as we see, was dead before June 26. Another brother, Roger, died in November.[3]

725.

[Nicholas the Mercer grants a corner shop to John de Bibury.]

Sciant [&c.] quod ego Nicholaus le Mercer de Oxon' dedi [&c.] Iohanni de Bybury unam rosam annui redditus percipiendam de quadam shopa in suburbio extra portam australem Oxon' in parochia sancti Michaelis australis, que quidem shopa situata est inter uenellam que ducit ad aquam ex parte una & tenementum Stephani de Spaldynge ex parte altera & quam tenet Galfridus de Lyford, & que michi per decessum dicti Galfridi reuerti deberet; concessi eciam eidem Iohanni reuersionem dicte shope cum acciderit; habendam, tenendam & percipiendam dictam rosam annuam ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, & dictam shopam cum pert. cum reuersio acciderit prefato Iohanni de Bybury, heredibus [&c.] de capitalibus dominis [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Galfrido de Warmwelle, Thoma de Legh clerico, Iohanne de Langrishe, Iohannede Alston, Nicholao de Bere, Thoma Cha, Henrico de Yiftele, Iohanne de Londone clerico & aliis. Dat' Oxon' octauo die mensis Aprilis, anno r. r. Edwardi III duodecimo.

S. Mich. S. 9. 11 Apr. 8, 1338

[1] *Book of Wills*, p. 49. [2] ib., p. 50. [3] ib., p. 51.

726.

[A lease to Nicholas Fairway.]

S. Mich. S. 8 March, 1439

Hec indentura facta inter religiosos viros dominum Thomam permissione diuina Abbatem de Oseney & eiusdem loci conuentum ex parta una, & Nicholaum Fairway de Oxon' & Iohannam uxorem eius, Iohannem, Willelmum & Agnetem liberos eorundem Nicholai & Iohanne ex parte altera, testatur quod dicti Abbas & conuentus concesserunt, dimiserunt & ad firmam tradiderunt prefatis N., I., I., W. & A. unam shopam in suburbio extra portam australem Oxon' in parochia sancti Michaelis ad eandem portam subtus solarium eorundem Nicholai & Iohanne, & continet in longitudine iuxta uenellam sexdecim pedes & duos pollices, & in latitudine iuxta regiam uiam decem pedes & unum pollicem, & iacet eadem shopa inter tenementum quod predicti Nicholaus & Iohanna inhabitant ex parte boriali & [uenellam] quondam voc[atam Ouere]eslane ex parte australi; habendam & tenendam simul cum uno gardino eorundem Abbatis & conuentus iacente ad finem occidentalem shope predicte, & continet in longitudine quinquaginta unum pedes & unum pollicem & in latitudine viginti octo pedes et octo pollices, prefatis N. & I., I., W., & A. a die confeccionis presencium usque ad finem quadraginta annorum; reddendo inde annuatim prefatis Abbati & conuentui quatuor solidos [11 s. Sept. 29 & Mar. 25]. [The tenants are to keep the premises in repair: the owners may distrain for rent.] Dat' in domo nostra capitulari [ ] Annunciacionis beate Marie virginis anno r. r. Henrici sexti post conquestum decimo septimo.

727.

[Geoffrey de Warmwell gives a rent to John de Bibury.]

S. Mich. S. 9 (12) Oct. 31, 1328

Carta Galfridi Warmwell data Iohanni Bybury de x s. annui [redditus] percipiendis de duobus mesuagiis in comitatu [Berk]ssir' super Grantpount.

Nouerint uniuersi me Galfridum de Warmwelle de Oxon' concessisse I[ohanni Bybury, heredibus & assigna]tis suis imperpetuum decem solidatas annui redditus percipiendas de duobus m[essuagiis in Grantpount inter] plateam que quondam fuit Stephani le White-

fisshere de Appeltone ex parte australi & [aquam Thamisie ex parte boreali et de piscariis meis] & omnibus insulis, gurgitibus, pratis, pascuis & omnibus aliis pertinentiis dictam [tenaturam concernentibus Warm]welle ad duos anni terminos videlicet ad festa Annunciacionis beate Marie [& sancti Michaelis equis porcionibus ; et insuper] liceat predicto Iohanni, heredibus ac assignatis suis in predictis mesuagiis, piscariis, insu[lis, gurgitibus, pratis & pascuis distringere & in omni] parte earundem, quociens aliquid de predicto redditu aretro fuerit, & districcionem [inde captam asportare donec de arreragiis sibi] plenarie fuerit satisfactum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cary [tunc maiore, Iohanne de Falleye et Waltero] de Farendone balliuis, Symone de Gloucestre, Iohanne de Go[ ] & aliis. Dat' apud Oxon' die Lune in vigilia Omnium Sanctorum anno r. r. [ ].[1]

728.

[The will of John de Radford.]

In dei nomine, Amen. XI° Kalendas Iulii anno domini MCCCXLIX ego Iohannes le Heyre de Radeford condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo, beate Marie, & omnibus sanctis & corpus meum ad sepeliendum in cimiterio Omnium Sanctorum Oxon'. Item lego Margarete uxori mee omnes signos [*sic*] meos ubicumque inuentos. Item lego eidem Margarete totum ius meum quod habeo in tenemento seu molendino quod vocatur Trillemulne situatum in suburbio Oxon' in parochia sancti Michaelis ad portam australem Oxon', habendum & tenendum eidem Margarete, heredibus ac suis assignatis ad omnes terminos meos. Item lego Rogero fratri meo IIII libras sterlingorum. Residuum vero omnium bonorum meorum lego Margarete uxori mee antedicte. Et ad istam meam ultimam voluntatem fideliter exequendam & adimplendam Margaretam & Rogerum antedictos executores meos ordino, facio & constituo per presens, eisdem in periculo animarum suarum iniungens quod testamenta Iohannis de Bybury & magistri Willelmi de Radeford in omni sui parte fideliter adimpleantur & exequantur. Item lego Iohanni de Fentone XX s. pro labore suo eidem Margarete in suis egendis [*sic*] impendendo. Item lego eidem Margarete tres schopas

S. Mich. S. 10 (8) June 21, 1349

[1] The words in brackets are conjectural. The two messuages were probably on the west side of the road on the south side of Denchworth Bow.

meas scituatas exoposito [*sic*] ecclesie sancti Martini Oxon'; habendas & tenendas eidem Margarete cum suis pert. sibi, heredibus suis & suis assignatis imperpetuum per seruicia inde debita & consueta. Item lego Agneti de Bamptone XL d.; item lego Iohanni famulo meo meliorem robam quam habuit magister Willelmus frater meus antedictus. Item lego eidem Iohanni famulo meo II s. Item lego rectori ecclesie Omnium Sanctorum Oxon' XL d. Item clerico eiusdem ecclesie VI d. Executores meos superius nominatos ad istam meam ultimam voluntatem fideliter exequendam ut prius ordino & facio per presentes. In cuius [&c. sealing].

June 25, 1349 (*Endorsed*). Septimo Kalendas Iulii anno domini infrascripto coram nobis Waltero rectore ecclesie sancti Aldati Oxon' probatum fuit istud testamentum in ecclesia sancti Aldati & pro eodem legitime pronunc[iatur] ac administracio omnium bonorum dictum testamentum concernencium executoribus infrascriptis in forma constitutionum super hoc editarum per nos est commissa et decreta. In cuius rei testimonium sigillum offic[ii] decanatus Oxon' fecimus hiis apponi.[1]

5. ALDWERE.

Aldwere was given to Oseney by the Empress Matilda, and confirmed by King Stephen by charters which are in the general Cartulary of Oseney. One of the latest rentals states that it was on the south side of the land of the Black Friars, i. e. some 200 or 300 yards above Folly Bridge. The fall of the water from Castle Mill to Folly Bridge is probably not much more than two feet; but a weir of this height would have the effect of sending a volume of water along Trill stream to drive the mills of the Black Friars and also Trill mill. When the weir was granted to Oseney a writ was issued to the sheriff excusing him from the payment of 4*s.* a year for this weir, and in every Pipe Roll from that time the sheriff is excused this sum. In Domesday, Aldwere is perhaps to be found among the five *piscarie* in Headington which rendered 20*s.* a year; for Northgate Hundred, including all the meadow-land round Oxford, was reckoned as appertaining to Headington. The following records show that when commissioners were sent, in the twenty-third year of Henry VII, the jury stated that Aldwere was a modern and illegal weir; but that subsequently they were convicted of deceit, and their verdict was reversed; but the annual accounts of the abbey in 1509 state that Aldwere had been 'prosternatus per mandatum nuper commissionariorum domini regis Henrici VII super le Weers'. It is probable that Trill mill

[1] With the seal of the deanery, imperfect, SIGILLV̄ DECANATVS OXON.

and the mills of the Black Friars had been given up before this time; so that no injury was done by the demolition of the weir except that Oseney lost its fishery.

729.

[A lease of Aldwere to Rocelinus Piscator.]

Notum sit omnibus quod ego Edwardus Abbas & Conuentus ecclesie sancte Marie de Osen' concedimus Rocelino piscatori Aldewere gurgitem nostrum in uita sua tantum tenendum de nobis pro v solidis annuatim inde reddendis ad duos terminos ad festum sancti Michaelis II sol. & VI denarios & ad festum sancte Marie in Marcio II sol. & VI denarios & d[ecem stichas] anguillarum, scilicet grossarum, ad natale Domini, & inde [dedit nobis] unam libram piperis in recognitione. Hiis testibus, Willelmo Wacheman, Henrico filio Se[grim, Andrea] Reinero, Willelmo de Grantpunt, La[urencio filio Herdin]gi, Alfwardo pistore.[1] **B. 176v c. 1183**

730.

[A lease of Aldwere to Robert, son of Lefwald, and Henry, son of Tovi.]

Contra Robertum filium Lewaldi & Henricum [filium Toui] de gurgite de Aldewere. **B. 180v c. 1200**

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo Abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus concessim[us, dimisi]mus & presenti carta confirmauimus [Roberto filio] Lefwaldi & Henrico filio Toui gurg[item & pisca]riam de Aldewere; tenendam de nobis lib[ere] in uita eorum reddendo inde apud Oseneyam [annuatim] VII solidos pro omni seruitio, scilicet ad festum sancti Michaelis quadraginta II d. & ad Pascha alios quadraginta II d.; ita quod quicunque eorum alteri superuixerit istud tenementum tenebit in uita sua per idem seruitium. De hoc tenemento iurauerunt ipsi nobis fidelitatem [se] seruaturos & quod nemini illud tradent extra manus suas sine nostra licencia & in recognitione dederunt nobis unum bisancium. Hiis testibus:

731.

[A lease of Aldwere to William of Iffley.]

CYROGRAPHVM **Aldewere I Mar. 6, 1237**

Hec est conuencio facta inter I. abbatem & conuentum Oseneie ex una parte & Willelmum de Iuetele ex altera, uidelicet quod idem

[1] See no. 706.

abbas & conuentus concesserunt eidem Willelmo tantum in uita sua gurgitem suum qui uocatur Aldeswere, tenendum & habendum pro quindecim solidis annuatim eis reddendis ad quatuor terminos anni, scilicet in festo sancti Iohannis Baptiste tres solidos & nouem denarios & in festo sancti Michaelis tres solidos & nouem denarios & ad Natale Domini tres solidos & nouem denarios & ad Annunciacionem sancte Marie tres solidos & nouem denarios. Et si dictus Willelmus quocunque casu in solucione statuti redditus defecerit in terminis prefatis, licebit dictis abbati & conuentui feodum suum distringere donec eis plene inde fuerit satisfactum. Nec licebit dicto Willelmo eundem gurgitem alteri de se tenendum committere ad firmam uel alias nisi assensu dictorum canonicorum. Post decessum uero eiusdem libere & sine contradiccione cuiusquam idem gurges ad eos reuertetur, nec poterit aliquis nomine eiusdem Willelmi uel occasione tenature ipsius aliquid sibi iuris in eodem uendicare. Confectum fuit hoc scriptum apud Oseneiam die Ueneris proxima ante festum sancti Gregorii pape anno regni regis Henrici filii regis Iohannis uicesimo primo. In cuius rei testimonium partes presenti scripto sigilla sua apposuerunt, hiis testibus, Philippo Molendinario, Petro de Sibeford, Waltero de Oseneia, Willelmo de eadem, Ricardo Passepais, Reinerdo de Aula, Iohanne de Infirmaria, [ ] de cellario, Iohanne de Cnopt' & multis aliis.[1]

732.

[William, son of Elias, quitclaims Aldewere.]

Aldewere 2 c. 1260

Omnibus [&c.] Willelmus filius Elye piscator salutem in domino. Noueritis uniuersitas uestra me remisisse & quietum clamasse pro me & heredibus meis in perpetuum domino Ricardo Abbati & Canonicis de Oseneya gurgitem suum qui vocatur Aldeswere & quicquid iuris in eo habui, vel habere potui. Et ut ista remissio & quieta clamacio firma sit [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Carpentario, Roberto de Ponte, Luca de Oseneya, Willelmo de Fulewelle, Nicholao piscatore & Galfrido fratre eius, Bricio de Aula, Waltero de Uptone, Iordano de Hertwelle & aliis.

[1] With a tag for one seal.

733.

[A lease of Aldewere for 50 years.]

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii de Oseneye ex parte una & Ricardum Hameldene piscatorem super Grauntpount de Oxonia de altera testatur, videlicet quod predicti abbas & conuentus tradiderunt & ad firmam dimiserunt predicto Ricardo quendam gurgitem suum vocatum Aldewere cum suis pertinentiis; habendum & tenendum ad terminum quinquaginta annorum; reddendo inde annuatim dictis abbati & conuentui decem solidos ad duos anni terminos [Sept. 29 and Mar. 25] equis porcionibus. Et predictus Ricardus predictum gurgitem cum omnibus suis pertinenciis durante termino supradicto bene & competenter sumptibus suis propriis reparabit, manutenebit & quociens opus fuerit emendabit. [He may not sublet it without the leave of the Convent. For breach of the conditions, or if he dies within the 50 years, the Convent is entitled to seize the weir into its own hands.] Dat' in domo nostra capitulari Oseneye nonodecimo die mensis Aprilis anno domini M CCC nonagesimo sexto.

Aldewere 3 Apr. 19, 1396

734.

[A lease of Aldwere to the Black Friars.]

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum beate Marie Oseneye ex parte una ac priorem & conuentum ordinis fratrum predicatorum in suburbio Oxonie commorancium extra portam australem ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt & ad firmam dimiserunt predictis priori & conuentui gurgites illorum cum warys, vocatos Aldewers, situatos ex parte australi clausi eorundem prioris & conuentus cum suis pertinenciis; habendos & tenendos a festo Annunciacionis beate Marie Virginis proximo futuro ad terminum nonaginta nouem annorum; reddendo inde annuatim decem solidos ad festum sancti Michaelis. [If the rent is unpaid, the canons may distrain on any property of the friars. The friars are to keep the weirs (*gurgites*) and embankments (*waras*) in good repair: if not, the canons may take it into their own hands.] Dat' Oseneye quoad sigillacionem abbatis & conuentus in domo eorum capitulari octauo die mensis Januarii; et quoad sigillacionem

Aldewere 4 Jan. 8, 1449

prioris & conuentus fratrum predicatorum in domo eorum capitulari nono die mensis eiusdem anno domini M CCCC quadragesimo nono & anno regis Hen. VI post conquestum vicesimo octauo.[1]

735.

[An inquisition about Aldewere.]

1508 In quadam inquisitione capta Oxonie coram quibusdam iusticiariis ad hoc assignatis, uidelicet ad superuidendum ripariam aque Thamisie et eiusdem gurgites &c. in comitatu Oxonie &c. anno XXIII regni regis Henrici VII ad superuidendum gurgites, molendina, stagna, pilos et kidellos ab antiquo tempore factos et leuatos ante tempus domini Edwardi filii regis Henrici et ad illa que inueniuntur excessiuo exaltata uel arctata corrigenda et emendanda, ubi iurati sic dicunt: 'We present William abbot of the monastery of Our Lady the Virgin of Osney in the county of Oxford hath reared and made a locke called Aldwere next the Blake Fryers of Oxford in the county of Oxford and also divers gullets, fishegarthes, crykes, and dikes uppon the water of Tamis at Oxford and Middleheyt in the county of Oxford and also about his monastery of Oseney since the time of kinge Edward sun of kinge Henry to the great destruction of the frie of fishe and to the noysaunce of the kinge's people against the forme of the statute yn contempt of the kynge now &c.' Negat abbas &c. Iurati illi qui hoc presentant capti sunt et de dolo malo accusati; alii iurati instituti et triati, qui dicunt super sacramentum suum quod predictum lokke est et fuit unum antiquum lokke, erectum et eleuatum ante tempus domini Edwardi filii regis Henrici &c. This recorde was after rehearsed by way of inspeximus by Henry the VIII anno septimo regni and allowed under the broad seale of England &c.[2]

6. Deeds of St. Frideswide's.

736.

[A confirmation of land to Alicia de Monkenelane.]

O. C. 521 c. 1225 Notum sit quod ego Alemandina filia Galfridi le Wanter' & ego Cristiana filia predicte Alemandine concessimus & gratum & ratum

[1] With a seal of the Friars, broken: pointed oval: perhaps the Annunciation. S' PRIORIS F'AT' PREDICAT' CONVENT' OXON.

[2] This is from Twyne xxiii. 80, from a document seen by him at Christ Church, but missing now.

habuimus & hac presenti carta nostra confirmauimus pro nobis & heredibus nostris quod Alicia de Monkenelane & eius assignati [habean]t & teneant totam illam terram quam Walterus le Coru[es]er aliquando habuit; que terra iacet inter terram Walteri de Farendone & inter terram Reginaldi Ald[er]man textoris in Suthbriggestrate in parochia sancti Michaelis uersus austrum de Oxonia. Et sciendum quod nos omne ius quod potuimus habere in predicto tenemento pro nobis & heredibus nostris quietum clamauimus predicte Alicie uel cui assignare uoluerit in perpetuum. Pro hac autem concessione & quieta clamatione, & pro hac presentis carte confirmatione predicta Alicia dedit [nobis] sterlingorum & unam robam. Et ne hec predicta obliuioni tradantur huic scripto sigilla nostra apposuimus, hiis testibus, Iordano Ruffo, Pentecost', Willelmo Crompe, [,] Waltero de Oseneya, Waltero de B[ ] & aliis.[1]

737.

[Robert Fromund grants a tenement to Richard de Dorchester.]

S. Mich. S. 9 (10) c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Robertus Fromund concessi, dimisi & liberaui Ricardo de Dorkecestre totam illam terram meam cum pert. que iacet inter terram Walteri de Farendone & terram Willelmi filii Willelmi le Tannur in Suthbriggestrate in parrochia sancti Michaelis ad portam australem Oxon', illi & heredibus suis uel cui assignare uoluerit; habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim pro me & heredibus meis capitali domino, scilicet Henrico filio Henrici, duos solidos & unum denarium ad tres terminos, scilicet ad Natale Domini XII d., & ad Pascha unum denarium, & ad Natiuitatem sancti Iohannis XII d.; et pontario pontis australis Oxon' XII d. ad Natale Domini; et michi & heredibus meis annuatim unum denarium ad Pascha pro omni seruitio & exaccione. Et ego [&c. warranty]. Pro hac uero concessione [&c.] predictus Ricardus dedit michi quatuor marcas & dimidiam sterlingorum in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iordano de Eilesburi, Willelmo filio Willelmi tannur,

[1] This is about 82 St. Aldate's, i.e. Littlemore Hall, which paid a rent to St. Frideswide's (*Cart. St. Frid.* i. 165).

Radulfo de Chiltone, Willelmo clerico, Galfrido Cordewanario, Hugone Champen*er*, Randulfo piscatore, Iohanne Uiel & aliis.[1]

738.

[A lease of a garden to Walter Ashbury.]

S. Mich. S. 9 (8) Sept. 29, 1415

Hec indentura facta inter Ricardum Oxforde, Priorem monasterii sancte Frideswyde, & eiusdem loci conuentum ex parte una & Walterum Assheburye de Oxon' & Margaretam uxorem eius ex parte altera testatur quod dicti Prior & Conuentus concesserunt & dimiserunt prefato W. & M. totum illud gardinum suum iacens in parochia sancti Michaelis ad portam australem Oxon' extra eandem portam inter tenementum dicti Walteri ex parte boriali & tenementum Willelmi Fre[re] ex parte australi; habendum & tenendum prefatis W. & M. a die confeccionis presencium usque ad finem termini octoginta annorum de prefatis Priore & conuentu, reddendo inde annuatim sex solidos & octo denarios ad festa [June 24, Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25] equis porcionibus; & si predicti W. & M. infra terminum predictum obierint, tunc predictum gardinum cum pert. remanebit Iohanni, Edmundo, Hugoni, Willelmo & Iohanne filiis eorundem W. & M., tenendum eis usque ad finem termini predicti in forma predicta. [The tenants are to repair the walls '& clausur*as*' when necessary at their own expense,] excepto quod predicti Prior & conuentus inuenient sumptibus suis propriis terram, zabulum, stramen & omnimodam materiam pro huiusmodi reparacionibus necessariam. [The owners may distrain for rent, and reoccupy the garden.] Dat' in domo capitulari monasterii predicti in festo sancti Michaelis archangeli anno regni regis Henrici q[uin]ti post conquestum tercio.

Endorsed: Quod quidem gardinum continet in latitudine p[r]et*er* viam, a domo Willelmi Frere usque ad tenementum infrascripti Walteri, quod quondam fuit Willelmi Grome, XIX virgas & unum pedem; et in longitudine a via usque ad terram Hugonis Benet, que quondam fuit Iohannis Swanburne, XL virgas & duos pedes, cum una venella, que ducit a [terra] infrascripti Prioris usque ad aquam de Trillemylle & continet in latitudine cum spissitudine muri ibidem IX pedes, infra quam venellam est una latrina cum petr*a* cooperta.[2]

[1] This is about 84 St. Aldate's. There is no evidence that this belonged to St. Frideswide's.

[2] This is 90 and 91 St. Aldate's; it was the property of St. Frideswide's (*Cart. St. Frid.* i. 169). It measures 18 yds. 2 ft.

739.

[An acknowledgement that St. Frideswide's has received a rent.]

S. Mich. S. 9 (7) Oct. 4, 1428

Nouerint [&c.] nos Ricardum Oxford priorem monasterii sancte Frideswyde virginis Oxon' & eiusdem loci conuentum recepisse & habuisse die confeccionis presencium de Iohanne Sergeant mason & Alicia uxore eius duos solidos & quatuor denarios de quodam annuo redditu viginti & octo denariorum nobis & monasterio nostro predicto annuatim debito, de & pro uno mesuagio cum pert. in suburbio ville Oxon' in parochia sancti Michaelis ad portam australem eiusdem ville, situato in parte occidentali vie regie, inter tenementum nostrum prefat*orum* Prioris et Conuentus ex parte australi & tenementum Thome Scot & Iohannis Shawe ex parte boriali, quod quidem mesuagium quondam fuit Rogeri Longe, postea Thome Pull' tanner & in quo mesuagio Iohannes Dier' inhabitabat, & quem quidem redditum nos predicti Prior et conuentus & predecessores nostri percipere consueuimus ad festa Annunciacionis beate Marie virginis & sancti Michaelis archangeli equis porcionibus; de quibus vero duobus solidis & quatuor denariis redditus predicti usque ad festum Annunciacionis beate Marie virginis proximo futurum fatemur nos esse solutos. In cuius [&c. sealing], et ego Thomas Couentre maior Oxonie sigillum officii mei maioratus dicte ville ad personalem supplicacionem parcium predictarum apposui. Dat' quarto die Octobris, anno r. r. Hen. VI septimo.[1]

740.

[Thomas Wythig grants two tenements to John Lowe.]

S. Mich. S. 12 Feb. 18, 1459

Sciant [&c.] quod ego Thomas Wythig de Oxon' burgensis dedi [&c.] Iohanni Lowe totum illud tenementum meum [siue] mesuagium cum gardino & suis pert. situatum super Grauntpount in com. Berk' inter tenementum quod Willelmus Chapman quondam inhabitabat & postea Robertus Cramford ex parte boriali & terram que uocatur Lamberdeslonde ex parte australi. Dedi eciam & concessi eidem Iohanni Lowe totum illud mesuagium meum cum tribus shopis

[1] This is probably 81 St. Aldate's; John Shaw held 83 St. Aldate's in 1415, and we may assume that Thomas Scot was tenant of no. 82.

annexis & solariis supra edificatis & curtilagiis adiacentibus, situatum in parochia sancti Edwardi Oxon' inter tenementum Abbatis & Conuentus [de Oseney] ex parte boriali & tenementum Custodis & Scolarium Collegii beate Marie de Wyntone in Oxonia ex parte orientali, habendum & tenendum prefato Iohanni Lowe, heredibus [&c.] in perpetuum de capitalibus dominis [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Roberto atte Wode maiore ville Oxon', Thoma Hauylle, Iohanne Smyth balliuis, Ricardo Spragot, Iohanne Clerk, Iohanne Swetloue, Henrico Philipp aldremannis & aliis. Dat' apud Oxon' decimo octauo die Februarii, anno r. r. Henrici sexti post conquestum tricesimo septimo.[1]

XV. HOLYWELL MILL.

This mill, like Castle mill and Blackfriars mill, was a double mill, having two wheels. One part of it was given to Oseney by William Hosar about 1205, and in 1268 Oseney gave it to Merton ; the other half was acquired by Merton in 1331.

741.

[Henry Simeon gives a moiety of Holywell Mill to William Hosar.]

O. C. 479
B. 99r
c. 1200

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Henricus filius Simeonis concessi & hac carta mea confirmaui Willelmo Hosario de Oseneia medietatem molendini de Haliwelle cum omnibus pertinentibus que ego Henricus habeo in predicto molendino, tenendam de me & heredibus meis illi & heredibus suis in feudo & hereditate, faciendo medietatem de custo[2] predicti molendini & reddendo michi annuatim XVI solidos quatuor terminis anni pro omni seruicio. Et pro hac concessione dedit michi predictus Willelmus unum bizancium de recognitione. Et concessit michi medietatem molendini[3] quod tenet de Templariis, usque ad terminum suum quem habet de Templariis. Hiis testibus, Henrico filio Segrim, Roberto fratre eius,

[1] The latter tenement, at the junction of Bear Lane and Alfred Street, paid a rent of 1*s*. to St. Frideswide's ; the former had no connexion with Oseney or St. Frideswide's.

[2] 'cost'.

[3] In 1185 William Hosar held two mills in Oxford of the Templars (*Dugd. Mon.* ii. 528-30) ; this was Temple mill, below Magdalen Bridge.

Waltero Halegod, Radulfo fratre eius, Thurold[o] Cordewan[ario], Willelmo Knith, Radulfo Cordewan[ario] de Oseneia, Willelmo Spic[er] de Oseneia, et Henrico clerico qui hanc cartam composuit.

742.

[William Hosar gives his moiety of the mill to Oseney.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Hosarius dedi & concessi & presenti carta confirmaui deo & ecclesie beate Marie de Oseneya [&c.] totam partem meam quam habui in molendino quod situm est subtus Haliwell super Charwell in liberam & perpetuam elemosinam cum prato & piscaria & omnibus aliis rebus ad dictam partem molendini pertinentibus, tenenda et habenda in perpetuum libere & quiete & pacifice sicut ego ea unquam melius & liberius tenui, reddendo inde annuatim Henrico filio Simeonis & heredibus suis XVI solidos sterlingorum pro omni seruicio, uidelicet ad festum sancti Michaelis VIII solidos & ad Pascha VIII solidos. Ut autem [&c.], hiis testibus, Henrico filio Simeonis, Philippo molendinario & aliis. **Holywell B. 99r [c. 1200–1205]**[1]

743.

[Henry Simeon confirms the gift of William Hosar.]

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus filius Simeonis concessi & presenti carta confirmaui quantum ad me & heredes meos pertinet [deo & ecclesie sancte] Marie de Oseneya & canonicis ibidem deo seruientibus donationem quam Willelmus Hosarius eisdem fecit de tota parte quam habuit in molendino quod situm est subtus Haliwell super Charewell, habenda & tenenda in perpetuum cum prato & piscaria & omnibus aliis rebus ad dictam partem molendini pertinentibus libere & quiete & pacifice, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis XVI solidos sterlingorum pro omni seruicio, uidelicet ad festum sancti Michaelis VIII solidos & ad Pascha VIII solidos. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Roberto Oeni & aliis. **B. 99r c. 1210**

744.

Convention between the abbat of Oseney on the one part and Jeffry the son of William le Saucer of Oxon and Isabell the **1266**

[1] To judge from the handwriting in B.

daughter of Henry Simeon his wife on the other, wherein 'tis agreed that the abbat shall find one horse which shall carry sacks to Halywell Mill for one yeare and have 'totum pistem (*fort.* Toll) provenientem' and the said Geffry another yeare doe and have the like and soe it shall be allwaies 41 Hen. III.

This was before the mill come to Merton College when it was part owned by Ousney and another [part] by Sauser.[1]

XVI. ST. CLEMENT'S (Nos. 745–52).

The parish of St. Clement's is not mentioned in the Oseney rentals for the reason that it was not within the City boundaries, and the rents from St. Clement's were collected by the rent-collector of Cowley. It is uncertain how many of the following deeds are connected with Oseney.

745.

[An agreement between Oseney and St. Frideswide's about tithes in St. Clement's.]

S. Clement 2 B. 156r c. 1185

Nouerint uniuersi filii matris ecclesie quod controuersia mota inter Canonicos sancte Frideswithe & Canonicos de Oseneia super quibusdam hominibus manentibus in terra Canonicorum de Oseneia iuxta ecclesiam sancti Clementis, quos Canonici sancte Fritheswithe dicebant parochianos suos esse de iure, per transactionem sic sopita est, quod decimas omnes quas tenentur dare dicti homines, siue de terris quas colunt, siue de peccoribus, siue de negotiationibus quas exercent, siue de ceteris laboribus suis, dabunt Canonicis de Oseneia, exceptis decimis illarum rerum que in ortis suis crescunt, quas habebunt Canonici sancte Fritheswithe. Canonici uero sancte Fritheswithe dictis hominibus diuina ministrabunt in ecclesia sancti Clementis, ut parochianis suis, & omnes obuenciones ab eis percipient sicut a ceteris parochianis suis, exceptis dictis decimis que ad Canonicos de Oseneia pertinent; et si forte plura edificia in illa terra Canonicorum de Oseneia constructa fuerint & alii inhabitatores, dicte legi cui & ceteri subiacebunt. Canonici uero de Oseneia si quid iuris habuerint, uel se habere putauerunt in ecclesia sancti

[1] From Wood MS. D. 2, p. 378, compiled from Cartulary B, but Wood does not say from what folio.

Clementis, totum Canonicis sancte Fritheswithe remiserunt. Et si forte Canonici de Oseneia aliquando habuerint liberam sepulturam mortuorum, qui ibi defuncti fuerint, ecclesia sancti Clementis sine contradictione accipiet, si quid ei legatum fuerit, et capellanus eiusdem ecclesie funus deducet ad ecclesiam in cuius atrio sepeliri illud uoluerint Canonici de Oseneia. Et si capellanus sancti Clementis missam cantauerit pro defuncto, siue in ecclesia sancti Clementis, siue in ecclesia ad quam funus deferetur, omnia sibi oblata habebit. Hec transactio facta est apud Oxeneforde in ecclesia sancte Marie in presentia magistri Nicholai, uice-archidiaconi, coram sinodo.[1]

745 A.

[A grant of land to Gilbert Faber and his heirs.]

[Contra Gil]ebertum fabrum iuxta sanctum Clementem.

[Sciant pre]sentes & futuri quod ego Hugo abbas [Osen' & con- **B. 180v**
u]entus eiusdem concessimus & dimisi[mus & prese]nti carta con- **c. 1200**
firmauimus dilecto [nostro] Gileberto fabro & heredibus suis [terram quam] de nobis tenuit iuxta ecclesiam [sancti Clemen]tis de Oxen', uidelicet masuagi[um in quo] uiuere solebat, & masuagi[um quod] tenuit cum croftis & cum duabus acris [terre; tenen]dam de nobis in feodo & hereditate [reddendo inde nobis] tres solidos & sex denarios annu[atim apud Oseneiam pro] omni seruitio, medi[etatem ad festum sancti Michaelis] & medietatem ad festum sancte Marie in Marcio & inde [iurauit] nobis se fidelitatem seruaturum. [Hiis testibus,] Kepeharm, Willelmo filio Radulfi, [ ] H[us]ar, Thoma filio Eilrici, Henrico de Lisewis, Willelmo de Ultrelahaie, Philippo Halgot, Roberto Coco & multis aliis.

746.

[Adam Toky sells to Sampson the plumber a rent of twopence.]

Sciant presentes & futuri quod ego Adam Toky de Bregesette **S. Clement 8. 1**
dedi [&c.] pro me & heredibus meis uel meis assignatis Sampsoni **c. 1260**

[1] Nicholas of Lewknor was vice-archdeacon when Walter de Constantiis was archdeacon, and perhaps in the time of Hugh de Nonant, but he did not hold the office under John de Constantiis, who became archdeacon in 1186.

Plumbario & Matilde uxori sue & heredibus suis uel suis assignatis illos duos denarios annualis redditus quos emi de Willelmo Toky filio Rogeri Toky de Bregesete cum toto iure & clameo quod inde habui uel in posterum habere potui, quos solebat recipere ad duos anni terminos de tenemento quod iacet inter terram Ricardi Crips & terram que fuit Iohannis le Bonde, uidelicet ad festum sancti Michaelis unum denarium & ad diem dominicam palmarum unum denarium, ita quod nec ego predictus Ada uel heredes mei aut mei assignati nec aliquis pro me uel per me in toto predicto redditu aliquid exigere uel clamare poterimus in perpetuum. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Sampson duos solidos sterlingorum pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Stepesoft, Willelmo de Lond', Waltero de Berencestre, Ricardo Crips, Simone Daye, Iacobo clerico & aliis.[1]

747.

[Hugh de Wedone quitclaims to Thomas de Bromley three houses in Oxford.]

S. Clement 6 Sept. 29, 1314

Omnibus [&c.] Hugo de Wedone clericus salutem in domino sempiternam. Noueritis me dimisisse, concessisse & omnino pro me [et] heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Thome de Bromley clerico, heredibus & assignatis totum ius & clameum, demandam & accionem, que uel quas habui uel aliquo modo habere potui in quodam tenemento in uilla de Oxeneforde, quod vocatur Wedenescourt, quod situm est inter terram magistri & fratrum hospitalis sancti Iohannis ex utraque parte in parochia sancti Petri in Oriente; et duobus mesuagiis in eadem villa in parochia sancti Michaelis ad portam borialem, que sita sunt inter tenementum illud quod habui ex dimissione Isolde de Westone ad terminum vite mee & uiam regiam que ducit uersus castrum, una cum quodam crofto & duabus acris terre arabilis, iacentibus in parochia sancti Clementis in suburbio eiusdem ville, quod dicitur Bruggesete, inter terram Abbatis et Conuentus de Oseneye ex parte orientali & terram Thome le Marechal ex parte occidentali, ita tamen quod nec ego dictus Hugo [&c.] exigere poterimus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Horningwold, Ada de Pyrie, tunc balliuis Wygorn', Willelmo Colle de Wygornia, Willelmo Meke de Oxeneforde, Roberto Atte-

[1] Cp. *Cart. St. Frid.* i. 456.

bache de eadem, Ricardo Oueree de eadem, domino Henrico rectore ecclesie sancti Michaelis ad portam borialem & aliis. Dat' Wygorn' die dominica in festo sancti Michaelis archangeli, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi octauo.

748.

[Thomas de Bromley sells land in St. Clement's to Thomas le Marchal.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas de Bromle clericus dedi [&c.] Thome filio Iohannis le Marchal de Oxonia omnia tenementa mea in Bruggesete & Churchecouele, uidelicet unum toftum & unum croftum cum buttis adiacentibus in parochia sancti Clementis Oxonie inter tenementum Abbatis de Oseneye ex parte una & tenementum quod fuit Sarre le Marchal ex parte altera, & duas acras terre arabilis cum pertinenciis, que iacent in cultura que uocatur Huscote, unde una acra uocatur Hafdlonde & alia acra iacet iuxta terram Abbatis de Oseneye & extendit se uersus Ziftele, & que tenementa habui ex dono Hugonis de Weodone; habendum & tenendum omnia predicta tenementa predicto Thome & heredibus suis de capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi predictus Thomas quandam summam pecunie pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelingtone tunc maiore Oxon', Andrea de Wormenale, Iohanne de Pershore tunc balliuis eiusdem ville, Roberto de Watlington, Ricardo Cary, Edmundo filio Roberti de Wormenale, Hugone Thurbarn, Ricardo Martyn, Nicholao Bastard tunc subballiuo de Bolyngdone, Iohanne de Erdingthone clerico & multis aliis. Dat' Oxonie die Iouis proxima post festum Purificacionis beate Marie virginis, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.

S. Clement 7 Feb. 3, 1317

749.

[A verdict of disseisin in favour of Thomas le Mareschal.]

Oxonia. De assisa & [ ] captis coram Iohanne de Foxle & Iohanne de Stonhore iusticiariis domini regis apud Tame, die Lune proxima post festum sancti Petri ad Vincula anno r. r. E. undecimo.

S. Clement 9 Aug. 8, 1317

Assisa venit recognitura si Iohannes filius Iohannis de Farendone, Robertus de la Beche, Iohannes filius Ade de Crundone, Iohannes de la Beche de Thomele, Nicholaus de la Beche, & Hugo de Couele parmounter, iniuste & sine iudicio disseisiuerunt Thomam filium Iohannis le Mareschal de Oxonia de libero tenemento suo in Bruggesete & Churchecouele, & unde queritur quod disseisiuerunt eum de uno tofto & duabus acris terre cum pert. &c.; Iurati dicunt quod predictus Thomas filius Iohannis disseisitus est per predictos Iohannem filium Iohannis & alios vi & armis. Ideo consideratum est quod predictus Thomas recuperet seisinam suam & dampna sua, que taxantur ad triginta solidos. Et predicti diss[eisiatores] in misericordia & capiantur &c.

[Nomina iuratorum] Iohannes de Brackele, Iohannes de Gardino, Iohannes Eustace, Iohannes Attewelle, Georgius de Luches, Hugo Thurbarn, Thomas le Frankeleyn de Couele, Iohannes Finel de Ernicote, Thomas le Frankeleyn de Stantone, Iohannes de Thomele, Thomas de Stonorde [*sic*], Iohannes Basset, Stephanus de Mertone.[1]

750.

[Thomas le Mareschal grants land in Bruggeset and Cowley to William de la Glorie.]

S. Clement 8. 2 Mar. 16, 1325

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas le Mareschal de Oxonia dedi [&c.] Willelmo de la Glorie unum toftum ubi solebant esse octo cotagia et unum croftum contiguum cum buttis adiacentibus et tres acras terre arabilis cum pert. in Bruggesete & Couele que tenui de Abbate de Oseneya per seruicium trium solidorum, quorum predicta toftum & croftum cum buttis iacent inter terram Abbatis de Oseneya ex utraque parte & abuttat se toftum predictum ex parte boriali in quodam uico qui uocatur Londonysschestrete, & croftum predictum cum buttis iacet inter toftum illud & magnam foreram uersus austrum que uocatur Mechelehauedlond; et est illa terra de Michelehauedlond una de tribus acris predictis & iacet in campo qui uocatur Huscote, & extendit se ex parte orientali super terram Prioris & Conuentus sancte Fredeswyde, & ex parte occidentali

[1] The last name is in another hand. At the foot of the deed is written, 'Carte Thome le Mareschal. Parochia sancti Clementis', and on the back, 'Iste sunt carte Thome le Mareschal per quas Willelmus le Glorie est feofatus de terris & tenementis in Bruggesete & Cuuele. Et sunt VII corpora cum VIII sigillis'.

abuttat se in aquam de Charewelle iuxta molendinum Templi, et alia acra abuttat se super eandem foreram ex parte boriali, et ex parte australi super terram Abbatis de Oseneya: et una dimidia acra iacet in eadem cultura inter terram Abbatis de Oseneya & terram Prioris sancte Frideswyde & extendit se eodem modo: et alia dimidia acra iacet in ualle de Huscote inter terram Abbatis de Oseneya & terram que fuit Templariorum, & extendit se uersus orientem in regia uia que ducit de Bruggesete usque ȝiftele: habenda & tenenda predicto Willelmo, heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. Et ad maiorem huius rei securitatem obligo omnes terras & tenementa mea in uilla Oxonie & in suburbio eiusdem, uidelicet omnia tenementa mea que fuerunt Roberti le Prest in parochia sancti Michaelis ad portam borialem, que sita sunt inter tenementum Ricardi de Berkeleya ex parte boriali & tenementum quod fuit Andree de Pyrie ex parte australi: et unum mesuagium quod fuit Andree Culuard in parochia sancti Aldati, quod situm est inter tenementum Ricardi le Grasiere ex parte orientali & tenementum Iohannis de Gonewardeby ex parte occidentali: et unum mesuagium quod fuit Andree de Orlyens super magnum pontem ex parte occidentali, quod situm est inter terram Abbatis de Eynesham ex parte australi & tenementum quod fuit Philippi de Wrmenale ex parte boriali, et unum mesuagium cum una acra & dimidia in Halewelle, quod est in suburbio Oxonie, et que quondam fuerunt Walteri le Gedeknaue aui mei, quod situatum est inter terram Philippi uicarii sancti Egidii ex parte una & terram Iohannis Teye ex altera, ad quorumcunque manus deuenerint, ad warantizacionem predictorum tenementorum in Bruggesete & Couele, donatorum ut superius dictum est. Pro hac autem donacione [&c.] satisfecit michi predictus Willelmus de pecunia sua pre manibus. Et ut [&c. sealing], et quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum maioratus Oxonie apponi procuraui: hiis testibus, Iohanne Dokelyntone tunc maiore Oxon', Andrea de Wyrmenale & Iohanne de Bischopestone tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Burencestre, Iohanne de Crokesforde iuniore, Roberto de Watlintone, Ricardo Kary, Iohanne de Hamptone, Simone de Gloucestria & multis aliis. Dat' Oxonie die Sabbati proxima post festum sancti Gregorii pape anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi octauo decimo.[1]

[1] Seal of mayor, ox to right.

751.

[John de Whitcherche and Agnes his wife grant a messuage to William de Spaldyng.]

S. Clement 8. 3 Jan. 11, 1316

Sciant [&c.] quod nos Iohannes de Whitcherche & Agnes uxor mea dedimus [&c.] Willelmo de Spaldyng & Rosie uxori eius unum mesuagium cum pert. in Bruggesete situatum inter tenementum Agnetis de Wormenhale ex parte una & tenementum Roberti de Yiftele ex parte altera: habendum & tenendum dictis W. & R., & heredibus ipsius Willelmi libere, quiete, bene & in pace imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dicti W. & R. quandam summam pecunie nobis dederunt pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Adam de la Fenne, tunc custode manerii de Hedyndone, Willelmo de Hakeburne tunc balliuo Hundredi de Bolendene, Iohanne de Aylesburi, Nicholao le Mercer, Iohanne de Gunwardebi, Iohanne de Eo, Iordano de Knouille & aliis. Dat' Oxonie die dominica proxima ante festum sancti Hillarii, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi nono.

752.

[Richard Couper leases a tenement to Richard Couele.]

S. Clement 8. 4 May 12, 1370

Hec est conuencio facta inter Ricardum Coupere de Burseter & Ricardum Couele Oxon', videlicet quod ego predictus Ricardus Coupere concessi, dimisi & tradidi prefato Ricardo Couele unum tenementum in parochia sancti Clementis Oxon', quod quidem tenementum situatum est inter tenementum Iohannis Coggeham ex parte una & tenementum predicti Ricardi Couele ex parte altera: habendum & tenendum prefato Ricardo Couele, heredibus ac assignatis suis a die confeccionis presencium usque ad terminum decem annorum, reddendo inde annuatim michi dicto Ricardo Coupere, heredibus uel assignatis meis tres solidos & quatuor denarios ad festum sancti Michaelis, & faciendo capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & de iure consueta. [The tenants must keep the tenement in repair. Richard Coupere may distrain for his rent.] In cuius [&c. sealing], hiis testibus [ ], rectore ecclesie sancti

Clementis Oxon', Willelmo Tame, Willelmo Smyth & aliis. Dat' Oxon' die Sabbati proxima post festum sancti Iohannis ante portam Latinam, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo quarto.

XVII. ST. GILES (Nos. 753–79).

1. The Croft of the three Burhhes.

This croft must have been in or near Walton Street, but its position is unknown, and the meaning of the name is uncertain.

753.

[Hugh de Plugeney grants a croft to Ralf de sancto Martino.]

Notum sit omnibus qui sunt et qui uenturi sunt quod ego Hugo de Plugeneio dedi & concessi Radulfo presbitero sancti Martini terram illam que uocatur Croft de tribus Burhhes in feodo et in hereditate, sibi & heredibus suis tenendam de me & heredibus meis iure hereditario libere & quiete et honorifice pro vi solidis inde singulis annis reddendis pro omni seruicio; et hoc factum est coram Hundredo extra portam de North. Testibus, Henrico presbitero, Rogero presbitero, Roberto filio regis, Henrico Doilli cunestabulario, Henri de Oxineford, Iohanne filio eius, Iohanne filio Radulfi sancti Martini, Thoma clerico, Eilnot, Eadwi.[1] **S. Giles 16. 1 B. 116r 1154–63**

754.

[Thomas, son of Nigel the dean, confirms the croft to Oseney.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas filius Nigelli decani de Oxeneforde assensu Willelmi fratris mei concessi & presenti carta confirmaui Abbati & Canonicis de Oseneia terram illam que uocatur crofta trium Bergarum, tenendam in perpetuum de me & heredibus **S. Giles 16. 2 B. 116 c. 1200**

[1] An early hand has endorsed this *Magd.*; Wood adds *nunc parochia sancti Egidii.* The seal is much broken. It is a bird standing, evidently quite different from the ordinary seal of H. de Plugeney. The mention of Henry d'Oilly shows that the date cannot be later than 1163.

meis libere & quiete per sex solidos annuatim michi & heredibus meis ad festum sancti Michaelis inde soluendos pro omni seruicio. Ego autem & heredes mei predictam terram aquietare debemus erga dominum de Hedendone de sex solidis singulis annis ad festum sancti Michaelis. Hiis testibus, Warino & Rogero presbiteris, Henrico Wispeillum, Simone clerico, Willelmo de ultra la haie.[1]

755.

[Hugo de Plugeney confirms the croft to Oseney as granted by Nigel the dean.]

S. Giles 16. 3 B. 116 c. 1200

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo de Plucheneit ratam habeo & presenti carta mea confirmo donationem quam Nigellus decanus de Oxeneforde & Thomas filius eius fecerunt ecclesie sancte Marie de Oseneia & Canonicis ibidem deo seruientibus de terra illa que uocatur crofta trium Bergarum, sicut carta predicti Thome testatur, hiis testibus, Iocio filio meo, Radulfo Burdun, Godefrido Burnello, Thoma filio decani, Willelmo de ultra la haie, Roberto Coco, Andrea de Heiford, Godefrido Gupill.

756.

[Jocius, son of Hugo de Plugeney, confirms the grant.]

S. Giles 16. 4 c. 1200

Sciant presentes & futuri quod ego Iocius de Plucheneit ratam habeo [&c. as above] testatur, & sicut eam illis confirmauit Hugo pater meus. Hiis testibus, Radulfo Burdun, Godefrido Burnello, Thoma filio decani, Roberto Coco, Willelmo de ultra la haie, Godefrido Gupill, Andrea de Haiford.

757.

[Wandrillus de Curcellis confirms the gift.]

S. Giles 16. 5 B. 116 c. 1200

Sciant presentes & futuri quod ego Wandrillus de Curcellis assensu & uoluntate Clemencie uxoris mee ratam habeo & presenti carta mea confirmo donationem illam quam Nigellus decanus de Oxeneforde & Thomas filius eius fecerunt ecclesie sancte Marie de

[1] The seal, broken, is pointed oval, $1\frac{3}{4}$ inches by $1\frac{1}{4}$ inches, a horse with wings, SIGILL' THOME FIL' N'EL DECANI OX..... The Feet of Fines prove that Nigel the Dean died in or about the year 1200.

Osen' & Canonicis ibidem deo seruientibus & quam Hugo de Plugeneit & Iudocus filius eius eis confirmauerunt, de terra illa que uocatur crofta trium Bergarum. Hiis testibus, Ricardo filio Nigelli, Willelmo de Kersintune, Hugone de Gersind[one], Waltero de Gersind[one], Meriet, Ricardo clerico, Niel de Windlesh[ore], Roberto preposito.[1]

758.

[The testimony of Thomas Fitz-Nigel about his father's will.]

B. 116 c. 1200

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Thomas filius Nigelli decani de Oxeneforde in domino salutem. Nouerit uniuersitas uestra me presentem extitisse & uidisse & audisse ubi pater meus concessit & testamento reliquit Abbati & Canonicis de Osen' terram illam que uocatur crofta trium Bergarum, tenendam de heredibus patris mei in perpetuum per sex solidos annuos inde reddendos heredibus patris mei ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio; ita quod heredes patris mei eandem terram aquietare debent de sex solidis annuis erga dominum de Hedendune. Ego igitur Thomas assensu Willelmi fratris mei predictam patris mei concessionem ratam habeo & sigillo confirmo. Huius testamenti [testes] sunt hii, Simon prior sancte Frideswide, magister [ ] canonicus eius, Warinus presbiter sancti Georgii, Rogerus [presbiter] & Iohannes presbiter sancti Martini, Thomas [Hen]ricus Wispillun, Robertus Fader dia[conus] [Willelmus de ultra la Haie].[2]

2. The House of William of Wallingford.

This was a narrow tenement, 17½ feet wide, as the leases show, lying on the south side of what is now The Judges' Lodging.

759.

[Richard Consort grants to Ranulf de Brill the land once of Henry Crump.]

S. Giles 2 c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Ricardus Consort dedi [&c.] Ranulpho de Bruhulle pro quinque marcis argenti, quas michi dedit pre manibus,

[1] Seal, circular, 1 inch, a knight on horseback with drawn sword, SIGILLVM WANDRILLI.

[2] This last witness is given in the summary of Wood, MS. D. 2, p. 577; he saw the original deed at Christ Church. It is not there now.

totam illam terram cum edificiis & cum omnibus pert. suis que iacet inter terram que fuit quondam Willelmi Crompe & terram quam Hawenilda uidua quondam tenuit in parochia sancti Egidii extra portam aquilonarem Oxon', habendam & tenendam sibi & heredibus suis uel cuicumque dare, uendere, legare uel assignare uoluerit, ubi & quando, libere & quiete, bene & in pace, iure hereditario cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus infra uillam & extra predicte terre spectantibus, reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi illius unam marcam argenti debitis terminis & consuetis, sicut continetur in carta quam Henricus Crompe michi fecit, quam cartam predicto Ranulpho liberaui, & michi & heredibus meis annuatim unum denarium ad Pascha, si requisitus fuerit, pro omnibus seruiciis secularibus, rebus & demandis, sectis curie, wardis & releuiis, & omnibus rebus aliis secularibus michi uel heredibus meis uel principalibus dominis feodi de predicta terra pertinentibus. Et ego [&c. warranty]. Et in [&c. sealing], hiis testibus, Alano Dudeling, Willelmo le Ires clerico, Petro Thurald, Nicholao Ernebur', Henrico clerico, Willelmo Culuerd, Rogero Molendinario, Waltero Longo, Iohanne de Brouctune, Augustino Gos & aliis.

760.

[William of Wallingford grants a tenement to Oseney.]

B. 207v Prob. Mich. 1255–Mich. 1256

Sciant presentes & futuri [quod ego frater Willelmus de] Walyngford[1] dedi & concessi [deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya & canonicis ibidem deo seruientibus totam terram quam tenui de] Alicia la Mercere pro homagio & seruicio meo [sicut carta] eiusdem Alicie inde michi confecta plenius testatur, [in liberam] puram & perpetuam elemosinam; et quicquid in [eadem terra] & superedificiis & omnibus aliis pertinenciis habui uel [quocunque] modo habere potui sine ullo retinemento michi uel heredibus meis in perpetuum; que quidem terra iacet inter terram que fuit quondam Willelmi Crompe ex parte una & terram quam Hawenilda uidua quondam tenuit ex parte altera in parochia sancti Egidii extra portam aquilonarem Oxonie; habendum & tenendum de me & heredibus meis dictis ecclesie & canonicis in liberam, puram & perpetuam elemosinam in perpetuum, bene & in pace, libere, quiete & integre cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus infra uillam Oxonie [& extra] ad predictam terram spectantibus, reddendo [annuatim] capitalibus

[1] The deed is headed 'Carta fratris Willelmi de Walyngford'.

dominis illius feodi unam [marcam ster]lingorum ad quatuor anni terminos, ui[delicet ad] festum beate Marie in Marcio quadraginta [denarios], & ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste [quadraginta denarios], & ad festum sancti Michaelis [quadraginta denarios], & ad festum sancti Thome apostoli [quadraginta denarios], et Ranulfo de Brehulle & he[redibus suis dimi]diam libram cimini ad Pascha [pro omni exaccione] & demanda. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore [Oxonie,] molendinario & Galfrido de Henx[eye tunc prepos]itis, Waltero Aurifabro, Thoma [ ], Alano Dudeling, Willelmo Yreis, [ ], Rogero clerico, Roberto clerico, Wal[ ], Bricio de aula hospitum & aliis.

Leases.

July 17, 37 Eliz.; a lease to James Husee, 'bachiler of the Civill Lawe', of a tenement with garden in S. M. Mag. on Canditch, now in the tenure of James Husee, the street S., William Watson, M.A., is E., Doctor Barnes W., N. 'a garden in tenure of said James Husee extending in length from Trinity College wall 57 feet'; and a tenement with garden in St. Giles in the occupation of widow Stokes, street W., St. Giles's field E., John Robinson, taylor, S., Humfrey Harbage, 'furriar', N.; also a garden in St. Giles occupied by James Husee, John Lee, carpenter, N., the farm place sometime of Ruly abbey now in the tenure of Doctor Barnes S., street W.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* **III. 237**

Dec. 22, 10 Jac. I; a lease to Henry Page of the Inner Temple, gent., of a tenement and garden in St. Giles, formerly in tenure of widow Stoakes, now of Richard Ingram, M.A., having 'Emme' Willmott, widow (formerly John Robinson), S., and a tenement of St. John's College in the tenure of Ric. Ingram (formerly Humphrey Harbage) N.; and also another garden in St. Giles whereupon a messuage is builded 'now in the occupation partly of Hugh Boseley, musitian, and partly of James Brown, husbandman', Christian Lee, widow of John Lee, N., the farme place once of Ruley late in the tenure of Robert Barnes, doctor of physick, now of Prudence Eveleigh S.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* [N.B. To judge from the rent this lease included the tenement in Canditch, but it is not mentioned.] **III. 263**

July 12, 2 Car. I; a lease to Henry Hutchinson, citizen and mercer of London, of a tenement with garden in St. Giles now in the tenure of **III. 670**

William Charles, gent., Thomas Deane, freemason (formerly Emme Wilmot), S., a tenement of St. John's College in tenure of William Charles N.; 40 years; rent 4*s.* 6*d.*

IV. 276 Oct. 19, 1650; a lease to Silvester Hutchinson, daughter of William Hutchinson of Yate in Gloucestershire; the rest as before.

V. 446 Apr. 20, 1672; a lease to Thomas Rowney of the Univ. of Oxford, gent.; it is now in the occupation of Thomas Rowney, formerly widow Charles; a tenement of St. John's College occupied by Thomas Rowney is N., on the S. Anne Lane, widow, formerly Emme Wilmot; 40 years; rent 4*s.* 6*d.*

VII. 452 May 9, 1690; a lease to Thomas Rowney of the Univ. of Oxford, Esq.; 40 years; rent 4*s.* 6*d.*

May 12, 1704; the lease is renewed; fine £2 7*s.* 6*d.* (not entered in the ledger).

XII. 106 July 13, 1719; a lease to Thomas Rowney, Esq., administrator of the goods of the late Thomas Rowney, Esq., of a piece of ground being 17½ ft. wide and 194 ft. 8 in. on its N. side and 187 ft. on its S. side; on N. is the lately erected dwelling-house and garden of Thomas Rowney, on the S. a freehold tenement which Thomas Rowney has lately purchased of Richard Broadwater; 40 years; rent 4*s.* 6*d.*; fine £3.

XIV. 20 Jan. 17, 173⅘; a lease to Thomas Rowney, Esq., executor of the late Thomas Rowney; on the site was formerly a tenement which was demised to Thomas Rowney, grandfather of the said Thomas Rowney; fine £3.

XV. 235 Jan. 21, 22 Geo. II, 174⅘; the lease is renewed; the wording as in 1735; fine £2 10*s.*

XVIII. 45 Aug. 22, 1768; will of Thomas Rowney was proved by the Hon. Robert Lee.

Nov. 19, 1763; a lease to the Hon. Robert Lee of Lee Place, Oxford; it is now in the occupation of Mrs. Mary Rowney; on the W. is the street, on the E. is the backside of Mrs. Mary Rowney; the wording as in 1735; fine £2 17*s.* 6*d.*

XXV. 100 Oct. 4, 1799; sale to the Duke of Marlborough under the Mileways Act for £105 of a piece of ground 'now in the possession of Mrs. Oglander, abutting E. on the backside of Mrs. Oglander, bounded on the S. side by a freehold tenement and garden wall heretofore purchased of Richard Broadwater, extending on the N. side towards and upon the dwelling-house and garden of Mrs. Oglander; measurements as in 1719; the rent of 4*s.* 6*d.* is reserved.

3. The Tenement of John Morice.

This property appears first in the rental of 1498 and must have been given to Oseney between 1474 and 1498. It is 22 and 23 St. Giles's, and still belongs to Christ Church.

761.

[William Chinnor and Richard Hobcroft grant a tenement to Matilda Couper for her life.]

Sciant [&c.] quod nos Willelmus Chynnour & Ricardus Hobcroft goldesmyth de Oxon' dimisimus, concessimus [&c.] Matilde Couper, que fuit uxor nuper Willelmi Coupere de Oxon', tenementum nostrum cum gardino adiacente situatum in parochia sancti Egidii in suburbio extra portam borialem ville Oxon', inter tenementum Iohannis Blakthorne nuper Willelmi Hyrne vocatum ab antiquo Bakersplace ex parte australi & tenementum nostrum ex parte boreali, quod quidem tenementum simul cum altero dicto tenemento cum gardino nuper habuimus ex dono & feoffamento predicti Willelmi Coupere; habendum & tenendum prefate Matilde ad terminum vite sue de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et post decessum predicte Matilde tunc predictum tenementum cum gardino nobis, heredibus & assignatis nostris reuertatur in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Bramptone maiore uille Oxon', Roberto Sadeler' & Roberto Tretherf balliuis eiusdem ville, Thoma Sprygg' balliuo Hundredi extra portam borialem, Philippo Tanner, Thoma Ieuane, Iohanne Coke & multis aliis. Datum apud hundredum predictum primo die Octobris anno regni regis Henrici sexti post conquestum quintodecimo.

S. Giles 18 (1) Oct. 1, 1436

762.

[William Chinnor and Richard Hobcroft grant the reversion of the tenement to John Reede.]

Omnibus [&c.] Willelmus Chynnour & Ricardus Hobcroft goldesmyth de Oxon' salutem. Cum Matilda Couper de Oxon', uidua relicta nuper Willelmi Couper, alias dicti Prees de Oxon', habeat & teneat ex dimissione & concessione nostra pro termino uite sue quoddam tenementum cum gardino situatum in parochia sancti

S. Giles 18 (2) June 12, 1437

Egidii in suburbio extra portam borialem uille Oxon' inter tenementum Iohannis Blakthorne, nuper Willelmi Hyrne, uocatum ab antiquo Bakersplace ex parte australi, et tenementum Mauricii Reede, quod nuper perquisiuit de nobis, & quod tenementum cum gardino simul cum altero dicto tenemento nuper habuimus ex dono & feoffamento prefati Willelmi Couper, ex parte boriali, reuersione inde post decessum dicte Matilde nobis, heredibus & assignatis nostris spectante ; noueritis nos concessisse [&c.] Iohanni Reede de Oxon' slattere reuersionem predicti tenementi cum acciderit post decessum dicte Matilde ; habendam & tenendam predicto Iohanni, heredibus & assignatis suis imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Bramptone maiore uille Oxon', Roberto Sadeler & Roberto Tretherf balliuis, Thoma Sprygge balliuo Hundredi extra portam borialem, Philippo Tanner, Thoma Ieuane, Iohanne Coke, Iohanne Taelour, Radulfo Webbes & multis aliis. Dat' apud Hundredum predictum, duodecimo die Iunii, anno regni regis Henrici VI quintodecimo.

763.

[Matilda Couper grants her life interest to John Rede.]

S. Giles 18 (3) June 14, 1437

Hec indentura facta inter Matildam Couper de Oxon', uiduam, & Iohannem Rede de eadem slattere, testatur quod predicta M. concessit, tradidit & ad firmam dimisit prefato Iohanni totum illud tenementum cum gardino adiacente, quod tenet ad terminum vite sue, situatum in parochia sancti Egidii inter tenementum Iohannis Blakthorne & tenementum Mauricii Rede : habendum & tenendum prefato I., heredibus & assignatis suis ad dictum terminum uite prefate Matilde de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta ; reddendo inde annuatim prefato M. & assignatis suis octo solidos [Sept. 29, Dec. 25, Easter, & June 24] per equales porciones. [The tenant to keep the premises in repair. Matilda will warrant it.] Et cum prefatus Iohannes Rede & Mauricius teneantur prefate Matilde, Willelmo Chynnour de Oxon' skynner, & Ricardo Hobcroft de eadem in decem libris legalis monete, soluendis prout in quadam obligatione inde confecta plenius continetur, uolunt tamen & concedunt prefati M., W., & R. quod si prefatus Iohannes Rede bene & fideliter teneat & perimpleat omnes & singulas soluciones pre-

dictas ad dictos terminos, extunc dicta obligatio sit nulla; [otherwise to be in force]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Bramptone maiore Oxon', [&c. as in the last]. Datum apud Hundredum predictum quartodecimo die Iunii anno r. r. Hen. VI quintodecimo.

764.

[John Reede grants his tenement to John Morice.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Reede de Oxon' dedi [&c.] Iohanni Morice reuersionem unius tenementi & gardini cum suis pert. situati in parochia sancti Egidii inter tenementum Iohannis Blakthorne, nuper Willelmi Hyrne, vocatum ab antiquo Bakeresplace ex parte australi, & tenementum Mauricii Rede ex parte boriali, quam quidem reuersionem nuper perquisiui de Willelmo Chynnour & Ricardo Hobcrofft post decessum Matilde Couper uidue; habendam & tenendam predicto I., heredibus & assignatis suis imperpetuum post decessum predicte Matilde de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne North maiore ville Oxon', Roberto Tretherf & Iohanne Blakthorne balliuis, Thoma Sprygge balliuo Hundredi extra portam borialem, Philippo Tanner, Radulfo Webbe, Thoma Ieuane & aliis. Dat' apud Hundredum predictum, ultimo die Iunii, anno r. r. Hen. VI decimo septimo.

S. Giles 18 (4) June 30, 1439

765.

[Feoffees transfer a tenement to Richard Hewse and John Hewse.]

Sciant [&c.] quod ego magister Iohannes Morgan capellanus, Iohannes Dauers & Thomas Gardener[1] dimisimus, concessimus [&c.] Ricardo Hewse de Oxon' gentilman & Iohanni Hewse, alias Catoure, de eadem yeman' quoddam tenementum nostrum cum gardino adiacente situatum in parochia sancti Egidii in suburbiis ville Oxon' extra portam borialem in hundredo de le Northȝate inter tenementum magistri Willelmi Goodyer' ex parte australi & tene-

S. Giles 3 May 21, 1474

[1] The fact that the word *dedimus* is not used, and that there is no clause of warranty, suggests that this deed is merely a transference by feoffees or trustees to the real owners.

mentum Elene Morys ex parte boriali, quod quidem tenementum cum gardino adiacente nuper habuimus ex dono & concessione Iohannis Morys, alias Rede, siue Sclattere; habendum & tenendum prefatis Ricardo & Iohanni, heredibus & assignatis eorum in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Spragot maiore ville Oxon', Thoma Alfyn' & Iohanne Hauyle balliuis ville, Iohanne Ady balliuo hundredi supradicti, Henrico Burtone & multis aliis. Dat' apud Oxon' vicesimo primo die mensis Maii anno regni regis Edwardi quarti post conquestum quarto decimo.

Leases.

Dec. 16, 15 Eliz.; demised to John Dodwell.

III. 237 July 17, 37 Eliz.; demised to James Hussee, together with the other tenement in St. Giles's.

III. 263 Dec. 22, 10 Jac.; demised to Henry Page, together with the other tenement.

July 12, 1626; demised to William Chillingworth. Not in the lease book.

IV. 277 May 25, 1650; a lease to Mercy Penne of a garden whereupon is builded a messuage, now in the occupation of Mercy Penne, William Thompson and Thomas Hopkins, labourers; 40 years; rent 8*s.* 10*d.*

V. 367 Sept. 10, 1669; a lease to Mercy Penne of Oxford, widow, and Mathew Penne of Oxford her son, baker, of a garden and a newly built messuage wherein Mercy Penne dwells, between William Brown, taylor, N., and the farm place once belonging to Rewley, now in the occupation of Christopher London S.; 40 years; rent 8*s.* 10*d.*

VII. 112 Oct. 30, 1683; a lease to Henry Page of Oxford, ale brewer, and Edward Prince of Oxford, gent., of a garden and messuage now in their occupation; the neighbours as before; 40 years; rent 8*s.* 10*d.*; fine £7.

VII. 369 Apr. 7, 1684; Page and Prince assign the residue of the lease to William Langford for £180.

Jan. 28, 3 Jac. II, 168$\frac{7}{8}$; a lease to William Langford of Oxford, cook; widow Brown is N., Christopher London is S.; 40 years; rent 8*s.* 10*d.*

IX. 81 Nov. 20, 1700; a lease to William Langford and Mary his wife; Josiah Pullen, M.A., is N., widow Crosse is S.; 40 years; rent

8*s.* 10*d.*; fine £3; this was set too low because the tenant had built.

Nov. 26, 1714; a lease to Mary Langford, widow of William Langford; the wording as in 1700; fine £6. **X. 217**

Sept. 6, 1721; Mary Langford by her will proved Nov. 17, 1725, gives all her estate to Mary Sherwin, widow. **XIII. 173**

Mar. 15, 2 Geo. II, 172$\frac{8}{9}$; a lease to Mary Sherwin, widow; on N. is William Daniel, malster, on S. Thomas Howell, yeoman; 40 years; rent 8*s.* 10*d.*; fine £12.

Sept. 12, 1744; a lease to William Evans, rag-merchant; the wording as in 1729; rent 8*s.* 10*d.* and one capon; fine £13 13*s.* **XV. 78**

Sept. 15, 1753; the will of William Evans, made June 12, 1753, was proved; his executors are his brother Timothy Evans of the Univ. of Oxford, hatmaker, and Robert Hobbins of St. Duke's, London, coal merchant. **XVII. 101**

Aug. 21, 1758; a lease to Timothy Evans and Robert Hobbins; the occupants are Thomas Duglass, exciseman, and Elizabeth Lowe, widow; on N. is George Green, coal merchant, on S. Thomas Howley, yeoman; 40 years; rent 8*s* 10*d.* and one capon; fine £12 12*s.*

July 9, 1772; John Smith having acquired the residue of the lease for £170 now sells it to Henry Wise for £230. **XXI. 210**

Jan. 24, 1778; the will of Henry Wise was proved by his son, E. J. Wise.

Oct. 12, 1782; a lease to Edward Jennings Wise, poulterer; the wording as in 1758; fine £49. **XXII. 190**

Nov. 14, 1795; a lease to James Costar, grocer, in trust for John Wise, son of the late E. J. Wise; the wording as in 1758; fine £18. **XXIV. 176**

Jan. 26, 1810; a lease to James Costar, gentleman; the wording as in 1758; fine £27. **XXVII. 164**

Jan. 30, 1823; the residue of the lease is assigned to Thomas Brain for £800. **XXX. 130**

Dec. 23, 1823; a lease to Thomas Brain; fine £46.

Oct. 5, 1842; a lease to Miss Deb. Brain; fine £55. **XXXIV. 149**

4. Arable Land partly in the Parish of St. Giles and partly in the Parish of St. Mary Magdalen.

766.

[Geoffrey Sturdy grants to Philip the Miller and Simon Balehorn a moiety of 14 acres.]

S. Giles 16 (6) c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Galfridus Sturdi concessi & uendidi & quietum clamaui pro me & heredibus meis Philippo Molendinario & Simoni Balehorn de Oxonia & heredibus illorum uel cuicunque assignare uoluerint medietatem quatuordecim acrarum terre arabilis, quarum due acre extendunt se usque in Brademore; et tres acre que iacent iuxta Hoge de Brademore, quarum una est capitalis acra & uocatur Trappenhole; preterea due capitales acre que iacent iuxta pratum de Linges; item due acre & buttes que iacent iuxta Halkwere uersus aquilonem; et una acra que iacet ad crucem uersus occidentem; due acre capitales que se extendunt uersus austrum & uersus aquilonem iuxta Walecotesborwe; et una acra que est retro aulam domini regis uersus aquilonem; et medietatem unius mesuagii, quod Adam Cory tenuit in Waltone; reddendo inde annuatim capitali domino predictarum terrarum tres solidos & decem denarios[1] ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancte Marie in Marcio XXIII d. et quadrantem [& Sept. 29]. Et pro hac concessione [&c.] predicti Philippus & Simon dederunt michi quadraginta quinque solidos sterlingorum ad terram acquietandam meam in Iudaismo Oxon'. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Radulfo Uiel, Roberto Palmerio, Andrea de Wolgaricote, Willelmo Saucer, Petro filio Toroldi, Willelmo Molendinario, Willelmo clerico, Radulfo Plumbario & aliis.[2]

767.

[Philip the Miller grants to Oseney half a moiety of 14 acres.]

S. Giles 16 (7) c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Phillippus molendinarius de Oxonia intuitu

[1] The scribe seems to have omitted a halfpenny.

[2] Seal, circular, 1⅛ inches, a fleur-de-lis, SIGIL' GALFRID . . . . .

caritatis & pro salute mea & meorum dedi [&c.] pro me & heredibus meis deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totam terram meam arabilem cum pert. suis, quam Galfridus Sturdi concessit, dimisit, uendidit & quietam clamauit pro se & heredibus suis michi & heredibus meis uel cuicunque assignare uoluero, scilicet portionem meam, id est quartam partem quam habui in quatuordecim acris terre arabilis iuxta Oxoniam uersus aquilonem in parochia sancte Marie Magdalene & quartam partem quam habui in quodam mesuagio quod Adam Cury tenuit in Waltone, ex uenditione & dimissione predicti Galfridi Sturdi, sicut carta eiusdem plenius testatur, habendam & tenendam dictis Canonicis in perpetuum in liberam & perpetuam elemosinam; reddendo inde annuatim capitali domino uiginti tres denarios & unum quadrantem ad duos anni terminos, scilicet ad festum sancte Marie in Marcio undecim denarios & tres quadrantes, & ad festum sancti Michaelis undecim denarios & unum obolum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Thoraldi tunc maiore Oxon', Henrico filio Henrici filii Symeonis, Ricardo Aurifabro, Radulfo Uiel, Roberto Palmario, Andrea de Wlgericote, Willelmo le Sauser, Willelmo le Cutiller, Willelmo Molendinario & multis aliis.[1]

768.

[Simon Balehorne grants to Oseney his share in the same land.]

S. Giles 16 (8) c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Simon Balehorne de Oxon' intuitu karitatis & pro salute mea & meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totam terram meam arabilem cum pert. suis quam Galfridus Sturdi concessit, dimisit, uendidit & quietum clamauit pro se & heredibus suis michi & heredibus meis uel cuicunque assignare uoluero, scilicet porcionem meam, id est quartam partem quam habui in quatuordecim acris terre arabilis iuxta Oxon' uersus aquilonem in parrochia sancti Egidii & quartam partem quam habui in quodam mesuagio quod Adam Curi tenuit in Waltone ex uenditione & dimissione predicti Galfridi Sturdi, sicut carta eius plenius testatur: tenendam [&c. as in the previous deed], hiis testibus [as before].[2]

[1] Seal, circular, about $1\frac{1}{4}$ inches in diameter, a fleur-de-lis, S. PHILIPI · FILII . . . . . .

[2] Seal, oval, not pointed, $1\frac{3}{8}$ inches by $1\frac{1}{8}$ inches, a monster, a bird's head and wing, a horse's body, and a lion's tail, SIGILLVM SIMONIS BALEHORN.

5. Land in Twenty-acre, a small Manor of Oseney Abbey in Walton.

769.

[John Cirestone and Joan his wife grant to John Lechamstede a messuage in Stockwell Street.]

S. Giles 5 June 1, 1387

Sciant [&c.] quod nos Iohannes Cirestone & Iohanna uxor eius dedimus [&c.] Iohanni Lechamstede rectori ecclesie sancti Michaelis ad portam borialem Oxon' unum mesuagium situatum in vico, qui dicitur Stokwelstrete, in parochia sancti Egidii inter tenementum Abbatis & Conuentus Oseneye ex parte australi & tenementum Abbatis & Conuentus de Eynesham ex parte boriali; habendum & tenendum predicto I. L. integre & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et nos [&c. warranty] Iohanni Lechamstede & heredibus suis ac suis assignatis. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Garstone tunc maiore ville Oxon', Willelmo Yrmonger, Thoma Hokyn tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo Dagguylle, Willelmo Codeshale, Iohanne Hykkys, Nicholao Saundresdone aldermannis, Iohanne Westone, Iohanne Couriour & aliis. Dat' Oxon' die Sabbati proximo ante festum sancte Trinitatis, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum decimo.

770.

[John Cirestone quitclaims the tenement to William Yrmonger.]

S. Giles 6 Mar. 10, 1395

Nouerint [&c.] me Iohannem Cirestone de Oxon' remisisse & relaxasse ac omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietumclamasse Willelmo Yrmonger & Agneti uxori eius & heredibus suis ac suis assignatis totum ius meum & clameum que habeo, habui uel quouis modo habere potero in toto illo mesuagio cum omnibus pert. suis, sit[uato] in Twentiacre in vico qui dicitur Stokwelstrete in parochia sancti Egidii inter tenementum Abbatis & Conuentus Oseneye ex parte australi & tenementum Abbatis & Conuentus de Eynesham ex parte boriali: ita quod nec ego [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Daggeuylle maiore ville Oxon', Iohanne Sprunt,

Iohanne Otteworthe balliuis eiusdem ville, Ricardo Garstone, Thoma Somersete, Waltero Bowne, Iohanne Shawe aldermannis, Michaele Salesbury, Thoma Howkyn, Nicholao Nortone & aliis. Dat' apud Oxon' decimo die Marcii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum decimo octauo.

771.

[William Irmonger and his wife grant to William Berwghdone a messuage in Stockwell Street.]

Sciant [&c.] quod nos Willelmus Irmongere de Oxon' senior & Agnes uxor mea dedimus [&c.] Willelmo Berwghdone de Oxon' totum illud mesuagium nostrum situatum in Twentiacre in vico qui dicitur Stokwelstrete in parochia sancti Egidii in suburbio Oxon' inter tenementum Abbatis & Conuentus Osneye ex parte australi & tenementum Abbatis & Conuentus de Eynesham ex parte boriali, quod quidem mesuagium cum pert. nuper habuimus ex dono & feoffamento Iohannis Lechamstede rectoris ecclesie sancti Michaelis ad portam borialem Oxon'; habendum & tenendum prefato W. B. & heredibus suis ac suis assignatis libere [&c.] de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Waltero Daundeseye maiore ville Oxon', Willelmo Godemon', Waltero Colete balliuis eiusdem ville, Ricardo Garstone, Iohanne Merstone, Edmundo Kenyan, Iohanne Sprunt aldremannis, Willelmo Offord, Thoma Hamptone, Nicholao Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxon', vicesimo die Aprilis anno r. r. Henrici IV undecimo.

S. Giles 9 Apr. 20, 1410

772.

[William Berwghdone grants the messuage to Thomas Gibbys.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Berwghdone de Oxon' burgensis dedi [&c.] Thome Gibbys de Oxon', burgensi & aldremanno & Margarete uxori eius totum illud mesuagium meum situatum in Twentiacre [&c. as before], quod quidem mesuagium nuper habui ex dono & feoffamento Willelmi Yremonger de Oxon' senioris & Agnetis uxoris eius iam defunct': habendum [&c.] prefatis T. & M. & heredibus suis & suis assignatis de capitalibus dominis [&c. as before],

S. Giles 10 Aug. 5, 1416

hiis testibus, Iohanne Gibbys, maiore ville Oxon', Ricardo Moldeworthe & Waltero Colet balliuis eiusdem ville, Thoma Couentre, Nicholao Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxon' quinto die Augusti anno r. r. Henrici V quarto.

773.

[Thomas Gibbys grants the messuage to John Whatele.]

S. Giles 11 Apr. 10, 1422

Sciant [&c.] quod nos Thomas Gibbys de Oxon' burgensis & aldremannus & Margareta uxor mea dedimus [&c.] Iohanni Whatele de Oxon' cordewaner & Agneti uxori eius & Thome filio eorundem Iohannis & Agnetis totum illud mesuagium nostrum situatum in Twentyacre [&c. as before], quod quidem mesuagium nuper habuimus ex dono & feoffamento Willelmi Beroughdone de Oxon' burgensis ; habendum [&c. as before], hiis testibus, Willelmo Bramptone maiore ville Oxon', Thoma Goldesmyth & Roberto Stratteforde balliuis eiusdem ville, Waltero Daundesey, Thoma Couentre & Willelmo Offord aldremannis, Michaele Norton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' decimo die Aprilis, anno r. r. Henrici quinti decimo.

774.

[A bond of Thomas Gibbys to secure John Whatele in possession of the messuage.]

S. Giles 12 Dec. 20, 1422

Hec indentura testatur quod licet Thomas Gibbys de Oxon' burgensis & aldremannus per quoddam scriptum de statuto mercatorio, cuius data est apud Oxon' decimo nono die Decembris anno r. r. Hen. VI post conquestum primo, teneatur & obligetur Iohanni Whatele de Oxon' cordewaner in xx libris legalis monete Anglie, soluendis ad certum diem prout in dicto scripto plenius continetur ; tamen predictus Iohannes vult & concedit per presentes quod si ipse Iohannes & Agnes uxor eius & Thomas filius eorundem I. & A., heredes & assignati sui, toto tempore futuro pacifice & quiete habeant & teneant unum mesuagium cum pert. in Twentyacre [&c. as above] absque inquietacione, vexacione & implacitacione Margarete uxoris dicti Thome, heredum & assignatorum suorum, & absque aliquo ingressu per predictos Margaretam, heredes seu assignatos suos in predictum mesuagium fiendo, quod extunc dictum scriptum de statuto pro nullo habeatur. Alioquin in suis robore permaneat & virtute. In cuius [&c. sealing]. Dat' vicesimo die Decembris anno primo predicto.

775.

[John Whatele grants the messuage to William Mathew.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Whatele de Oxon' cordewaner dedi [&c.] Willelmo Mathew de parochia sancti Thome martiris totum illud mesuagium meum situatum in Twentiacre [&c. as before], quod quidem mesuagium nuper habui ex dono & feoffamento Thome Gybbys burgensis Oxon' & Margarete uxoris eius iam defunct'; habendum [&c. as before], hiis testibus, Roberto Waltforde maiore ville Oxon', Iohanne Clerc & Henrico Philyp balliuis, Ricardo Spragat, Willelmo Houchyn & Roberto Attewode & aliis. Dat' apud Oxon' primo die mensis Marcii anno r. r. Henrici VI quarto. **S. Giles 13 Mar. 1, 1426**

776.

[William Mathew grants the messuage to the Abbot of Oseney and others.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Mathew de parochia sancti Thome martiris Oxon' dedi [&c.] Thome Hokenortone, permissione diuina Abbati monasterii beate Marie uirginis Oseneye, Willelmo Marmyone & Petro Marmyone totum illud mesuagium meum, situatum in Twentyacre [&c. as before], quod quidem mesuagium nuper habui ex dono & feoffamento Iohannis Whateley de Oxon' cordewyner iam defuncti; habendum [&c. as before], hiis testibus, Henrico Kyngstone, Iohanne Cornewayle, Ricardo Moore, Henrico Godfrey & Iohanne Damers & aliis. Dat' apud Stokwelstrete predicta, duodecimo die mensis Iunii anno r. r. Henrici VI vicesimo nono. **S. Giles 14 June 12, 1451**

777.

[William Mathew grants the messuage to the Abbot of Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Mathew de parochia sancti Thome martiris Oxon' dedi [&c.] Thome permissione diuina Abbati monasterii beate Marie & eiusdem loci Conuentui totum illud mesuagium meum situatum in Twentyacre [&c. as before], quod quidem [&c. as in the last]; habendum [&c. as before], hiis testibus, Petro **S. Giles 15 June 12, 1451**

Marmyone, Willelmo Craste, Iohanne Cornwayle & multis aliis. Dat' apud Oseney duodecimo die mensis Iunii anno r. r. Henrici VI vicesimo nono.

6. Unknown.

777 A.

[John Crumpe sells to mag. Thomas de Stamford a rent of 8d.]

S. Giles 1 c. 1250

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Crompe de Oxon' filius Ricardi Pekewether dedi [&c.] magistro Thome de Stamford octo denarios annui redditus percipiendos annuatim de quodam mesuagio cum pert. quod iacet inter terram Ade de Middeltune ex parte aquilonari & terram Nicholai filii Milonis ex parte australi in parochia sancti Egidii extra portam borealem Oxon' in suburbio eiusdem uille ad duos anni terminos [viz. IIII d. Sept. 29, & Mar. 25]; habendos & tenendos de me & heredibus meis uel meis assignatis, sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene, integre & in pace in perpetuum; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum clauum gariofili ad natiuitatem sancti Iohannis Baptiste pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus magister Thomas dimidiam marcam argenti pre manibus in gersummam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Kersintone tunc balliuo Abbatisse de Godestowe, Henrico filio Milonis, Iohanne de Kertlintone, Ada de Middeltune, Iohanne de Cumtune, Ricardo de Takele, Arnoldo le Goer & aliis.

778.

[Henry de Westone and his wife sell to John de Beverley a tenement in Stockwell Street.]

S. Giles 4 July 26, 1310

Sciant [&c.] quod nos Henricus de Westone de Oxon' & Alicia uxor mea unanimi assensu & bona voluntate nostra dedimus [&c.] Iohanni de Beuerlaco de Oxon' totum illud tenementum nostrum cum pert. suis quod habuimus ex dono & concessione Iohannis Bere de Mersshtone & Emme uxoris eius & quod quidem tenementum situm est in parochia sancti Egidii in suburbio Oxon' in vico qui

dicitur Stokwelle Strete inter terram Willelmi de Fotheringeye ex parte boreali & terram predicti Iohannis de Beuerlaco ex parte australi: habendum & tenendum prefato Iohanni & suis heredibus uel assignatis libere, quiete, bene & in pace in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta pro omni seruicio seculari & demanda. Et nos [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit nobis predictus Iohannes de Beuerlaco nouem marcas sterlingorum pre manibus. Ut igitur [&c. sealing]. Dat' apud Oxon' die dominica in crastino sancti Iacobi apostoli anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quarto. Hiis testibus, Iohanne de la Haye tunc balliuo hundredi extra portam borealem Oxon', Henrico le Peyntur, Roberto de Miltone, Gilberto le Smith, Willelmo de Ernesby, Iohanne le Waterman, Thoma Pouk', Thoma clerico & multis aliis.[1]

779.

[William, son of Robert de Bartone, grants a messuage in Stockwell Street to Henry de Lenne.]

S. Giles 7 Jan. 21, 1312

Sciant [&c.] quod ego Willelmus filius & heres Roberti de Bartone de Oxon' dedi [&c.] Henrico de Lenne de Oxon' unum mesuagium cum curtilagio quod predictus Robertus pater meus quondam habuit ex dono & concessione Ricardi Cademan & quod situm est in Stokwellestrete Oxonie, inter terram fabrice ecclesie sancti Egidii ex una parte & terram quondam Ricardi le Rede ex altera parte; dedi eciam et concessi eidem Henrico totum pratum meum quod habui iacens particulariter per sortem in Tenacre & Bisshopeseyte iuxta Oxon' super libertatem eiusdem, una cum omnibus buttis & hammis dicto prato qualitercunque pertinentibus & que michi pertinebant ibidem, uel racione hereditatis mee aut alterius cuiuscunque iuris michi accidere uel pertinere potuerunt uel debuerunt: habenda & tenenda, ut predictum est, prefato Henrico & suis heredibus uel assignatis libere [&c.] de capitalibus dominis feodi illius in perpetuum, faciendo inde annuatim eisdem capitalibus dominis seruicia eis inde debita & consueta pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Henricus octo marcas sterlingorum pre manibus. In huius

[1] Two seals, one circular, 1 inch, a pattern, S' HENRICI DE WESTONE; the other pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inch by $\frac{7}{8}$ inch, two stars and two crescents, S' ALICIE DE WESTONE.

[&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestria tunc maiore Oxon', Iohanne de Hamptone & Ricardo de Berkele tunc balliuis eiusdem ville, Andrea de Pyrie, Henrico le Peyntur, Iohanne de Beuerlaco, Willelmo de Ernesby, Roberto de Miltone, Thoma Bost, Iohanne de Couele, Iohanne Culuerd, Iohanne Sem[er]e & aliis. Dat' Oxon' die Veneris in crastino sanctorum Fabiani & Sebastiani anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quinto.

XVIII. ST. MARY MAGDALEN (Nos. 780–908.)

1. Church of St. Mary Magdalen.

On three occasions the canons of St. Frideswide's claimed the church of St. Mary Magdalen against the canons of Oseney, in 1151, in 1174, and in 1200, and each time they failed to sustain their claim. According to the deeds of Oseney the church was given to the Chapel of St. George at its foundation, and St. George's and St. Thomas's were founded in the parish of St. Mary Magdalen and carved out of it. There is an original charter of Henry I, now at Christ Church, of about the year 1130, in which he confirms to the chapel and canons of St. George's the church of St. Mary Magdalen, among other possessions, and in a confirmation of Pope Eugenius in 1145, addressed to Walter, the archdeacon, provost of the chapel of St. George's, the same church is mentioned among the possessions of the chapel.[1] But the following deeds (see 793 and 794) show that Roger, the bishop of Salisbury, in the last year of his life and probably on his death-bed, claimed that the church was his and gave it to St. Frideswide's, and it is mentioned among their possessions in the confirmation of Innocent II, dated Jan. 8, 1141.[2] In 1147 the matter was decided in a lawsuit between Walter the archdeacon, provost of the chapel of St. George's, who himself held the church of St. Mary Magdalen as part of his prebend, and the canons of St. Frideswide's. Robert de Bethune, bishop of Hereford, the judge to whom the Pope had committed the dispute, decided that the church belonged to the chapel of St. George's.[3] Two years later the chapel of St. George's and all its possessions were given to Oseney, though the canons of St. George's held their prebends as long as they lived. Walter the archdeacon, who held the church of St. Mary Magdalen, died in 1151, but shortly before his death built a chapel within the parish, which he gave to St. Frideswide's, according to the Prior. In virtue of this gift the Prior claimed the chapel of

[1] Rec. Off., Excheq. K. R., Misc. Books, no. 26.

[2] *Cart. St. Frid.* i. 20.

[3] *Annales Mon.* iv. 25.

St. George's, as the letter of Pope Eugenius informs us (no. 781 A), and on the ground that the verdict of 1147 left the question open, he claimed also the church of St. Mary Magdalen, and appealed to the Pope to be put in possession. Both he and Wigod of Oseney journeyed to Rome,[1] and the case was decided against St. Frideswide's on both points.

Our chief knowledge about the next dispute is contained in deeds 782 and 782 A, the latter being taken from Mansi's *Concilia*. Apparently in 1173, or perhaps in 1172, Hugo de Plugeney, lord of Headington and Northgate Hundred, whom we know from another source to have been at variance with Oseney about that time, ejected the canons of Oseney from the church of St. Mary Magdalen. They appealed to the Pope, and he committed the case to the bishop of Exeter and the dean of Chichester. When the trial came on, the canons of St. Frideswide's claimed the church, appealed to the Pope and forbade any judgement being given. But the judges considered that the appeal was 'frustratory' and decreed that the canons of Oseney should be reinstated. When this was done, the canons of St. Frideswide's with armed men ejected them and wounded some of the clerks of Oseney; whereupon Oseney appealed again to the Pope, who appointed the bishop of London and the bishop of Worcester to be judges delegate. They heard the case, probably about June 1174, and commanded that the canons of Oseney should be reinstated in the church from which they had been violently expelled. Subsequently the canons of St. Frideswide's appealed to the Pope on the ground that the canons of Oseney had not been 'violently expelled' from what was theirs, but merely removed where they had intruded themselves unlawfully; for the bishop of Exeter and the dean of Chichester had given their verdict under a misapprehension, as they subsequently acknowledged. This appeal was committed by the Pope to the hearing of the archbishop of Canterbury; we know nothing of the verdict, but it seems to have been against the canons of St. Frideswide's, for they once more appealed to the Pope and demanded that their case should be heard at Rome on Nov. 1, 1175. When the day arrived, the representatives of Oseney appeared, but no one from St. Frideswide's; and in April 1176 the Pope wrote to the bishops of Gloucester and Worcester to try the case once more and follow the verdict given by Pope Eugenius, unless some good cause for an alteration was shown. The canons of Oseney were reinstated, and 'perpetual silence' was imposed upon St. Frideswide's.

The third dispute was in 1200. We have no knowledge how the matter began, but it is evident from our deeds and from the account in *Ann. Monastici*, iv. 50 that the canons of St. Frideswide's did not press their suit, but raised their claim once more because there was at that time a settlement of all claims. They surrendered to Oseney five old

[1] *Ann. Mon.* iv. 27.

deeds of the year 1139, and though the originals are lost, we can print them from copies in the Cotton Cartulary (Vittellius E. xv).

Several of the later deeds are about the payment of the vicar. The church had been appropriated from before the memory of man, and there was no vicarage ordained by the bishop. The final arrangement was that the vicar took all the obventions and oblations, paying two marks a year to Oseney. But it must not be thought that this was all that the abbey received as rector; for though there were no great tithes in what is now the parish of St. Mary Magdalen, yet in old days the parish included all the meadow-land to the west of Oxford, and the tithes of the hay must have been of considerable value.

780.

[The bishop of Poictiers gives witness that the dispute between Oseney and St. Frideswide's was settled by Pope Eugenius.]

S. Mary Mag. 1 1174

Reuerendis patribus ac dominis G. dei gracia Londoniensi & R. Wigorniensi episcopis I. eadem gracia Pictauen[sis] ecclesie humilis sacerdos, apostolice sedis legatus, salutem & plurimum sincere dilectionis affectum. Quoniam pium est & rationi consentaneum ueritati testimonium perhibere, nos id quod in presentia uestra, venerabilis ep[iscop]e Londoniensis, zelo requisiti iusticie attestati sumus, scripti nostri auctoritate attestamur, scilicet quod in curia Romana hiis, que agebantur inter Canonicos de Oseneia & de sancta Fredesida super ecclesia beate Marie Magdalene extra portam Oxoneford' sita, presentialiter interfuimus; fide quoque cognouimus oculata quod, sub examine pie recordationis Eugenii pape, Wigoth' Abbas[1] de Oseneia pro ecclesia sancti Georgii, ecclesie sue data & concessa, predictam ecclesiam sancte Marie Magdalene contra Canonicos de sancta Fredessida [*sic*] per diffinitiuam sententiam optinuit; et quod idem dominus papa ordine iudiciario cause illi finem imposuit & sententiam illam in scriptum redegit.[2]

[1] The next deed is more correct. Oseney was a priory, not an abbey, in 1151.

[2] Seal, pointed oval, $3\frac{1}{4}$ inches by $2\frac{1}{4}$ inches, attached by a cord of yellow silk, grey wax varnished brown, a bishop seated, pastoral staff in his left hand with the head pointing inwards; the mitre is worn so that it gives the appearance of horns. The inscription IOHANNES [DEI GRA. P]ICTAVE[N]SI[S] EPS. The reverse seal is nearly circular, being 1 inch by $1\frac{1}{8}$ inches, apparently a seated figure; the legend is SECRETVMEVM MICHI.

781.

[The Prior of Coventry bears witness that the dispute between Oseney and St. Frideswide's was settled by Pope Eugenius.]

Dilectissimis dominis suis dei gracia Lundoniensi & Wigornensi [*sic*] episcopis, suus L., Couentr[ensis] dictus prior, eternam salutem. In conspectu uestre maiestatis ueritati testimonium dare ipsa ueritas nobis suggerit. Nouerit siquidem uestra excellentia quod tempore beate memorie pape Eugenii cum in curia Romana pro causis nostre ecclesie moram faceremus, controuersia inter Wigodum priorem Oseneie & Robertum priorem sancte Fredeswide super ecclesia sancti Georgii & super ecclesia sancte Marie Magdalene mota est. Que cum diu in presentia domini pape fuisset uentilata, tandem finem fuit sortita, eo modo quo in scripto eiusdem domini pape continetur, quod fratres Oseneie adhuc penes se habent; & cum uiua uoce sub uestra presentia id asserere non possimus, litterarum presentium annotatione hoc uestre discretioni ueraciter attestamur. Ualeat in perpetuum uestra sublimitas.[1] **S. Mary Mag. 1 1174**

781 A.

[The sentence of Pope Eugenius about the church of St. Mary Magdalen.]

Eugenius[2] episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio Wigodo, priori sancte Marie de Oseneia, salutem & apostolicam benedictionem. Sicut officii nostri consideracione astringimur ea, que in controuersiam deducuntur, rationabili fine decidere, ita nimirum ordo rationis expostulat que rationabiliter fuerint decisa firmare, et ne in dubium recidiuo litigio deducantur, sedis apostolice munimine stabilire. Ideoque, dilecte in domino fili, controuersiam que super ecclesiis sancti Georgii et sancte Marie Magdalene inter te et filium nostrum Robertum priorem sancte Frideswide agitabatur, nostro iudicio **Feb. 6, 1152**

[1] The seal is of grey wax varnished brown, a pointed oval, 2¼ inches by 1¾ inches, attached by a parchment label; it represents a clerk sitting in a chair, with a book in his left hand, teaching a pupil at his feet, who also has a book. The inscription is gone.

[2] This document is found in MS. 137, fol. 87, in C.C.C. library; also in Rec. Office, Excheq. K.R., Misc. Books, no. 26, fols. 74 and 85; also in Oseney Charter 493 (Bodl. Lib.) in bad condition; and below in deed 782, but also in bad condition.

terminatam in scripti seriem decreuimus redigendam ; et ne prolatam a nobis super ea sententiam in ambiguitatem posteritas secutura deducat eam auctoritate huius pagine statuimus muniendam. Iamdictus siquidem Prior ideo sibi ius in ecclesia sancti Georgii uendicabat quoniam Walterus, archidiaconus quondam Oxenefordie et ecclesie prefate canonicus, postquam ecclesia sancti Georgii per patronos ipsius & venerabilem fratrem Robertum Lincolniensem episcopum fuit ecclesie tue commissa, in parte prebende sue sub ecclesie nomine edificium quoddam erexit, quod idem Prior ecclesie sue per ipsum archidiaconum dicebat fuisse collatum ; super ecclesia uero sancte Marie Magdalene ideo controuersiam tibi mouebat, quoniam bone memorie Robertum quondam Herefordensem episcopum, qui causam que super eadem ecclesia inter ipsum Priorem & ecclesiam sancti Georgii olim noscitur agitata susceperat terminandam, eam non ex integro diffinisse, sed aliquid questionis in ea reseruasse dicebat. His autem rationibus utriusque partis diligentius auditis et cognitis, quoniam prescriptus archidiaconus, sicut ex scriptis venerabilium fratrum nostrorum Thedbaldi Cantuariensis archiepiscopi et apostolice sedis legati et antefati Lincolniensis episcopi euidenter innotuit, contra prohibitionem eorum ipsum edificium non tam religiose quam invide inuentus est construxisse, et quoniam archidiaconi sine coniuencia suorum episcoporum ecclesiam alicui concedere de canonum censura non possunt, predictum edificium et quicquid perinde iuris prenominatus Prior in ecclesia sancti Georgii requirebat ei abiudicauimus, et te ab illius impetitione de cetero fore censuimus absolutum. Super ecclesia uero sancte Marie Magdalene quoniam prescriptus Herefordensis episcopus, sicut ex litteris eius manifeste apparuit, nichil questionis inuentus est in causa quam ut predictum est decidendam susceperat reseruasse, atque cum Prior litteras in dubium reuocaret, tu eas ueras duobus idoneis testibus iuramentum prestantibus approbasti, te ab illius impetitione absoluimus, & sententiam sepedicti episcopi auctoritate sedis apostolice confirmauimus. Si quis autem [&c.]. Datum Signie VIII Idus Februarii.[1]

[1] From Jaffé's *Regesta Pontificum* the year must be 1152. Oseney Charter 493 is a copy of this sentence, taken from the Register of Pope Eugenius by Pope Alexander on Mar. 15, 1177, and sent to Oseney.

782.

[The sentence of the bishop of London and the bishop of Worcester.]

Gilebertus[1] dei gracia Lundoniensis & Rogerus eadem gracia Wigorniensis episcopi omnibus fidelibus & sancte matris ecclesie filiis salutem quam promisit deus diligentibus se. Cognoscat pro ueritate religionis uestre discretio, ad quos pagina presens peruenerit, nos accepisse mandatum domini pape Alexandri tercii de causa que uertebatur inter canonicos Oseneye & canonicos sancte Frideswide super ecclesia sancte Marie Magdalene in hunc tenorem:—'Alexander episcopus, seruus seruorum dei, uenerabilibus fratribus G. Lundoniensi & R. Wigorniensi episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Ex parte abbatis & fratrum de Oseneia nostris est auribus intimatum quod cum inter ipsos ac priorem & canonicos sancte Frideswide in presentia pie ac recolende memorie patris & antecessoris nostri Eugenii pape super ecclesia sancte Marie Magdalene que est sita extra portam Oxenefordie controuersia uerteretur, tandem fuit ordine iudiciario terminata & sententia scripti apostolici munimine roborata. Postmodum uero cum idem fratres in prefate ecclesie possessionem inducti, consequenter per [Hugonem] de Pluchenei militem, uiolentia eis allata, [de eadem] fuissent ecclesia spoliati, cumque super uiolentia ipsa ad uenerabilem fratrem nostrum B. Exoniensem episcopum & dilectum filium I. tunc decanum Cicestrensem, nunc dictum electum[2] [Cicest' littere] a nobis essent impetrate & causa coram eis agitaretur, superueniens unus de canonicis sancte Frideswide asseruit predictam ecclesiam ad ius ecclesie sancte Frideswide pertinere, & prohibens ne iudices in causa procederent in nostram audientiam appellauit. Iudices [uero iuxta] litteras predicti predecessoris nostri quibus tota lis de sepedicta ecclesia decisa uidebatur, considerantes insuper perfectissimas probationes tam de proprietate q[uam de leg]itima possessione predictorum fratrum [exhibitas esse & iuste eos]d' fratres de milite fuisse conquestos, appellationem predictorum canonicorum quasi super re iam iudicata frustratoriam omnino censentes, fratribus de Oseneia possessionem adiudicauerunt & ipsos per archidiaconum loci illius in corporalem possessionem

S. Mary Mag. 2 B. 14v 1176

Apr. 12, 1174

[1] The original, which is in very bad condition, has been repaired, but large portions are still illegible. The copy in the burnt Cotton Cartulary is also very defective. The words in brackets are guessed.

[2] He was elected in 1173, and consecrated Oct. 6, 1174.

miserunt. [Sed] cum Prior de Oseneia & aliqui de fratribus suis cum ipso ibidem morarentur, superuenientes canonici sancte Frideswide cum multitudine armatorum eos ex eadem [ecclesia] eiecerunt. Sepedict[os ergo fratres compacientes et uolentes omni]a que contra iuris ordinem sunt ad religionis statum reuocare & suam iusticiam conseruare, fraternitati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus conuocatis partibus & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, si noueritis sepedictos fratres de Oseneya a possessione fuisse uiolenter eiectos, ipsis omni occasione & appellatione remota possessionem restitui faciatis, & tunc causam audiatis et eam remoto appellacionis obstaculo mediante iusticia terminetis, ita quidem quod si uobis constiterit prelibatos fratres de Oseneia coram prenominato predecessore nostro prefatam ecclesiam, nulla de proprietate questione reseruata, optinuisse, prelibatis canonicis sancte Frideswide tam de proprietate quam de possessione perpetuum auctoritate nostra silentium imponatis, & ecclesiam ipsam fratribus de Oseneia in pace faciatis & quiete dimitti. Ceterum si uterque uestrum interesse non poterit, alter nichilominus que predicta sunt diligentius exequatur. Dat' Anagn' II Idus[1] Aprilis.' Prefixa quidem partibus die & illis in mea Londoniensi presentia constitutis, cum dilectus frater noster Wigorniensis absentiam suam necessariam excusaret & nobis litteras suas ratihabitionis destinaret, post multa causarum merita hinc inde allegata, uisum fuit michi & de consilio prudentum, tum pro qualitate facti tum ex consentanea canonum apostolicique mandati uoluntate, testes super uiolentia facta canonicis de Oseneia esse admittendos. Quibus igitur admissis & iuratis, deinde diligenter examinatis, motus exe[que] assertione concordi & fama sue opinioni consentanea, predictis canonicis de Oseneia possessionem commemorate ecclesie adiudicaui, de qua iam constabat probatorum uirorum attestacione illos fuisse uiolenter eiectos a canonicis sancte Frideswide. Cumque de proprietate procedere uellem & de aliis articulis cause, prorogatum est negocium fere per annum & demum utraque pars ad audientiam apostolicam appelauit, & post multa temporum interualla canonici Oseneie litteras predicti pape secundo tulerunt nobis in huiusmodi formam :—'Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis fratribus [G. Lundoniensi et R. Wigorniensi episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Cum ex querela abbatis &] canonicorum [de

Apr. 12, 1176

[1] Jaffé's *Regesta* shows that we must choose between the years 1173, 1174, and 1176. The reference to the dean of Chichester as now bishop-elect proves that the year is 1174.

Oseneia accepimus quod] Prior sancte Frideswide eos ab ecclesia sancte Marie Magdalene [contra sententi]am beate recordationis patris & predecessoris nostri Eugenii pape per canonicos suos ui & armata manu eiecisset, & clerici eorundem canonicorum uulnerati fuissent, fraternitati uestre, si bene meminimus, per scripta nostra mandauimus quod si constaret predictos canonicos de Oseneia a prelibata ecclesia uiolenter fuisse eiectos, eam ipsis restitui faceretis. Demum uero de proprietate cognoscentes, si constare posset controuersiam que inter predictos canonicos super eadem ecclesia uertebatur a prefato predecessore nostro fuisse decisam, ita quod nichil questionis esset reseruatum, canonicis sancte Frideswide tam de proprietate quam de possessione, appellatione remota, perpetuum silentium imponeretis, & clericos & laicos quos constaret uiolenciam intulisse uel inferri fecisse denunciaretis excommunicatos. Cumque probata uiolentia canonici de Oseneia restituti fuissent & uos de proprietate uelletis cognoscere, predictus Prior licet appellatio inhibita fuerit ad nostram audientiam appellauit, Kalendas Nouembris [1] nuper preteritas diem sue appellationi prefigens. Canonici autem multis expensis grauati & attendentes quod uos aliis occupati diem uelletis differre, in uocem appellationis proruperunt; & ipsis nuncium suum destinantibus Prior nec uenit nec aliquem pro se responsalem transmisit. Nos ergo uolentes laboribus & dispendiis predictorum canonicorum pro nostri officii debito prouidere, fraternitati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus & mandando precipimus, quatinus si vobis constiterit per litteras prefati predecessoris nostri supramemoratam [appellacio]nem ita fuisse decisam, quod nichil questionis fuisset reseruatum, priori & canonicis sancte Frideswide super memorata ecclesia tam de proprietate quam de possessione, omni occasione & appellatione remota, perpetuum silentium imponatis, non impedientibus [appellaci]onibus factis, non obstantibus litteris ueritate [tacit]a [2] impetratis. Preterea fructus a tempore illate uiolentie perceptos eisdem canonicis restitui faciatis, & clericos & laicos quos tantam vim intu[lisse vobis constiterit] remoto appellacionis obstaculo excommunicatos denuncietis, donec passis iniuriam congrue satisfaciant, & cum litteris vestris [adierint limina] apostolica. [Quod si uterque vestrum] his exequendis interesse non poterit, alter ea nichilominus exequatur, maiori in eorum

[1] Nov. 1, 1175.

[2] This word is suggested by 782 A; in 1175 the canons of St. Frideswide's had obtained letters from the Pope *veritate tacita.*

executione diligentia & cura adhibita, quam primum studueritis adhibere; quia si secus egeritis, graue nobis esset & molestum ac negligentiam & tepiditatem vestram cogeremur dure punire. Dat' Anag' II Idus Aprilis.'[1] Conuocatis ergo partibus & illis in mea iterum Lundoniensi presentia ad diem constitutis apud London', prior sancte Frideswide litteras bone memorie R. dei gracia quondam Herefordensis episcopi ad dominum papam Eugenium super diffinitione huius cause olim destinatas, quarum infra in litteris predicti pape fit mentio, falsas dixit & illas exhiberi postulans appellauit. Postea uero, ut alius dies eis prefigeretur, appellacioni facte ipse & canonici sui renunciauerunt, prefixusque est eis dies peremptorius apud Oxenefordiam. Carta autem felicis memorie pape Eugenii talis est:—'Eugenius episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio Wigodo, priori sancte Marie de Oseneia salutem & apostolicam benedictionem. Sicut officii nostri consideratione [&c. as in no. 781 A]. Dat' Sign' VIII Idus Februarii.' [Cum nos ergo] die prefixo de causa cognituri, partibus ambo presentibus, [in iudicio] sederemus, assidentibus nobis abbate Gloecestrie & abbate de Egenesham aliisque uiris discretis, prior sancte Frideswide & canonici sui iterum postulauerunt litteras commemoratas exhiberi, asserentes quod exhibitas falsas accusarent. Sed [cum hoc Prior] prefate ecclesie sibi fieri postulauit, contra hec canonici Oseneie allegabant litteras illas ad papam Eugenium olim destinatas [esse & ad ex]hibitionem se non teneri nec opus [esse quod exhiber]entur, cum contra eas olim questione fab[ricata in] presentia predicti pape uere sunt probate, [sicut predic]te littere eiusdem pape manifeste testabantur. Restitutionem fieri negabant, quoniam ipsi iuste & iudicio sedis apostolice possidebant [ ] mandatum domini pape ad nos [ ] allegata sibi & rursum in iudicium uocari. Nos igitur his & aliis cause meritis quampluribus ex utraque parte litigantium auditis & appensis, possessionis restitutionem priori & canonicis suis negantes, quam iudicio amiserant, et questionem falsi semel & precipue per summum pontificem sopitam decernentes non admitti, iuxta formam nobis prescriptam & secundum tenorem litterarum pape Eugenii, prenominato priori & canonicis sancte Frideswide tam de proprietate quam de possessione sepedicte ecclesie, scilicet sancte Marie Magdalene, perpetuum silentium auctoritate apostolica qua fungebamur imposuimus, & illos nomine fructuum a tempore uiolentie perceptorum in quatuor marcas, habita taxacione moderata,

[1] The Pope was at Anagni on April 12, 1176, but not on April 12, 1175.

predictis Canonicis Oseneye condempnauimus. Restitutioni autem facte prefatis canonicis interfuerunt uiri magne auctoritatis & opinione preclari, uidelicet Hugo de Marinis, decanus ecclesie beati Pauli, Henricus thesaurarius eiusdem ecclesie, Radulfus de Disci, Robertus Banest', Ricardus Foliot archidiaconi, magister Hugo, magister Ricardus, magister Radulfus, magister Dauid, magister Henricus, Ricardus Belmeis, Willelmus de Storteford, magister Radulfus de Alta Ripa, magister Rogerus, Ricardus de Saleberi [*sic*] & quamplures alii. Sententie uero diffinitiue tam de proprietate quam de possessione apud Oxenefordiam late affuerunt uiri auctoritate graues, abbas uidelicet Gloecestrie & abbas de Hegenesham, magister Ricardus de Storteforde, Ricardus de Salesberi, Radulfus de Alta Ripa, magister Siluester, magister Sanson & alii quamplures.

782 A.

[A letter of Pope Alexander III to the archbishop of Canterbury.]

Cantuariensi archiepiscopo.

Significaverunt[1] nobis dilecti filii nostri, prior et canonici sancte Frideswide, quod cum super causa, que inter eos & canonicos de Oseneia de ecclesia sancte Marie Magdalene vertitur, de mandato nostro coram venerabilibus fratribus nostris Exoniensi & Cicestrensi[2] episcopis tractaretur, [et][3] ad audientiam nostram appellassent, iidem episcopi canonicos de Oseneia in possessionem ecclesie ipsius, causa rei servande, judicaverunt induci, & postmodum iidem episcopi literas commissionis nostre, quas super causa ipsa receperant, diligentius intuentes & videntes appellationem alterutri partium in eisdem literis inhibitam non fuisse, Oxoniensi[4] archidiacono mandaverunt ut omnia in eodem statu servaret, in quo tempore facte appellationis fuisse dinoscuntur. Interim vero Canonici de Oseneia in prescriptam ecclesiam irruerunt & ibi manere volentes a ministris sancte Frideswide rejecti fuerunt. Deinde autem canonici de Oseneia ad Londoniensem[5] & Wigorniensem episcopos literas nostras impetraverunt continentes quod si a possessione ipsius ecclesie fuissent violenter ejecti, eis possessio redderetur; & sic cum pars utraque

end of 1174 or 1175

[1] From Mansi, *Conciliorum Nova Collectio*, vol. xxi, p. 1086.
[2] Cistrensi, Mansi throughout.
[3] Not in Mansi.
[4] Exon', Mansi.
[5] Landon', Mansi throughout.

propter hoc eorum se conspectui presentasset, prefatus prior sancte Frideswide, quoniam litere ante terminum appellationi prefixum, sicut aiebat, per subreptionem fuerunt impetrate, ad nostram iterum audientiam appellavit. Sed Londoniensis episcopus appellationi[1] non deferens canonicos de Oseneia in possessionem eius ecclesie fecit induci. Inde est quod fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, sive ex literis nostre commissionis predictis Exoniensi et Cicestrensi episcopis factis, sive ex assertione ipsorum episcoporum, aut etiam alius, tibi legitime constiterit in predictis literis appellationem inhibitam non fuisse, quicquid post eius appellationem ab eisdem episcopis ad nos interpositam in causa ipsa innovatum est vel mutatum in eum statum facias appellacione cessante reduci, in quo tempore facte appellacionis noscitur extitisse, non obstantibus litteris nostris ad Londoniensem & Wigorniensem episcopos posterius directis, si ante terminum appellacionis prefixum, aut etiam in terminum fuerint tacita impetrate veritate. Non enim[2] a possessione fuerunt ejecti violenter, si volentes possessionem intrare sunt incontinenti rejecti; cum liceat omnibus vim incontinenti vi repellere & ab aliorum violentia jura sua tueri; deinde vero utraque parte ante te convocata, causam diligentius audias & eam sublato appellacionis remedio studeas terminare.[3]

783.

[Gilbert, bishop of London, commands the vice-archdeacon to restore the church of St. Mary Magdalen to the canons of Oseney.]

S. Mary Magd. 1 B. 14r 1174

G. dei gracia Lundoniensis episcopus Philippo[4] uicearchidiacono Oxenefordie salutem. A domino papa mandatum suscepimus ut de

[1] ap., Mansi.

[2] n., Mansi.

[3] We do not know what happened in reply to this mandate; but the archbishop must have discovered that the Prior of St. Frideswide's, in his application to the Pope, had given a false suggestion. The bishop of Exeter and the dean of Chichester, as he then was, had not taken the church of St. Mary Magdalen from the canons of St. Frideswide's and given it to the canons of Oseney; but it was Hugh de Plugeney who held the church against the canons of Oseney. The view given in the last sentence of the Pope's letter was not in accordance with the facts.

[4] Walter de Constantiis, who became archdeacon in 1175, had Nicholas de Lewknor as his vice-archdeacon. During 1174 the archdeaconry, according to Le Neve's *Fasti*, was vacant, and we may assume that Philip had been the vice-archdeacon when Robert Foliot was archdeacon.

causa que inter Abbatem & fratres de Oseneia & Priorem & canonicos sancte Frideswide diu agitata est, super ecclesia sancte Marie Magdalene que extra portam Oxenefordie sita est, ueritatem diligenter inquireremus, & si constaret nobis iamdictos fratres de Oseneia a possessione memorate ecclesie sancte Marie Magdalene fuisse uiolenter eiectos, ipsis omni occasione & appellatione remota eiusdem ecclesie possessionem restitueremus &, causam postmodum audiendo, eam mediante iusticia decideremus. Huius auctoritate mandati, statuto die partes euocauimus, & ipsis coram nobis positis, & eorumdem rationibus hinc inde plenius auditis supradictos fratres de Oseneia a possessione memorate ecclesie per uiolentiam eiectos fuisse idoneorum testium sufficienti probatione cognouimus, & apostolici mandati formam sequentes, ipsis eiusdem ecclesie possessionem adiudicauimus. Quia uero quod in causa a iudice delegato statuitur, id per ordinarium iudicem effectui recte mancipatur, mandamus uobis & apostolica auctoritate iniungimus, quatinus sepedictos fratres de Oseneia in corporalem eiusdem ecclesie possessionem auctoritate apostolica inducatis. Et si quis uobis in hoc resistere aut aliquatenus impedire presumpserit, uos in eum, omni occasione & appellatione postposita, ecclesiasticam exercere iusticiam non differatis, & ecclesiam ipsam a diuinis cessare faciatis. Uale.[1]

784.

[The archbishop of Canterbury commands the vice-archdeacon to obey the letter of the bishop of London.]

S. Mary Mag. 1 1174

Ricardus dei gracia Cantuariensis Archiepiscopus, totius Anglie primas & apostolice sedis legatus, magistro Philippo uicearchidiacono Oxen', salutem. Ex officio nostre legationis, causis que de domini pape precepto uel mandato formam suscipiunt, conuenit nos plurimam diligentiam accommodare, ut finem debitum singule, quantum in nobis est, sortiantur. Proinde tibi mandantes districte precipimus, quatinus sententiam uenerabilis fratris nostri G. Londoniensis episcopi, quam auctoritate apostolica tibi prescriptam litteris suis a sigillo dependentibus, tibi eadem auctoritate rationabiliter precipit

[1] The original has a seal, $3\frac{1}{4}$ inches by $2\frac{1}{4}$ inches, grey wax varnished brown, attached by a label of parchment; a bishop standing, with crosier in left hand, the head pointing outwards and crossing the inscription between L and B. The inscription is [GIL]BE[RTU]S DE[I G]RACIA LVNDONIEN . . . There is no reverse seal.

exsecutioni mandare, iuste & sine dilatione effectui mancipare non differas. Uale.[1]

785.

[The Pope confirms the sentence of the bishop of London.]

C. fol. 80
Mar. 4, 1177

Alexander [&c.]. Causam que inter vos et canonicos sancte Fredeswidis super ecclesia sancte Marie Magdalene vertebatur venerabilibus fratribus nostris G. Londoniensi & R. Wigorniensi episcopis sub tali forma commisimus terminandam, quod si constaret eis per literas sancte memorie patris et predecessoris nostri Eugenii pape prescriptam causam ita fuisse decisam quod in ea nichil questionis fuisset relictum, predictis Canonicis sancte Fredeswidis tam de proprietate quam de possessione prefate ecclesie perpetuum silentium imponerent. Qui siquidem prout transmissis nobis literis intimauerint, partibus in presentia sua constitutis, post multa que hinc inde tam de proprietate quam de possessione allegata sunt, litere predicti predecessoris nostri producte fuerunt, que manifeste et expresse continebant ita fuisse causam prescriptam terminatam, quod nichil questionis fuerat reseruatum. Quapropter de consilio abbatis Glocestrie et abbatis de Ennesham et aliorum plurium prudentium uirorum eis assidentium iuxta formam sibi prescriptam et iuris equitatem, Priori et canonicis sancte Fredeswidis tam de possessione quam de proprietate prelibate ecclesie perpetuum silentium, auctoritate nostra [qua][2] fungebantur, imposuerunt. Ceterum quia officio nostro conuenit ea que de auctoritate sedis apostolice racionabiliter statuuntur pontificali presidio roborare, sententiam predictorum iudicum quemadmodum ab eis secundum tenorem sentencie predicti antecessoris nostri et formam sibi a nobis prefixam lata est, firmam et ratam manere sancimus et auctoritate apostolica confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum [&c. clause of anathema]. Dat' Veste IIII Non. Marc'.

[1] The original deed is $1\frac{1}{2}$ inches by 5 inches. The seal is $3\frac{1}{2}$ inches by $2\frac{1}{4}$ inches, grey wax varnished brown, much broken; a bishop standing against a background of squares. The right hand raised in blessing. The legend is SIGILL . . . . . IA CANTVARIEN[SIS: ARC]HIEPISCOPI. The reverse seal is a pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by 1 inch, a bishop, in the left hand a pastoral staff, with its head pointing outwards, a hand above the head, the legend is RICADVS (*sic*) DEI GRACIA . . . . . RIMAS. The seal is attached to a strip of the deed. As the see of Lincoln was vacant at this time, the archbishop would be the diocesan.

[2] Omitted in MS.

786.

[Gilbert Basset gives notice that on behalf of the King he appeals to the Pope.]

Uenerabilibus uiris W. dei gracia abbati de Tama & priori de Abbendona & magistro T. de Wateleia, Gilebertus Basset salutem. Sciatis me audiuisse quod Prior & canonici de sancta Fridaswitha ponunt in placitum coram uobis canonicos de Oseneia super ecclesia sancte Marie Magdalene extra portam de Oxneford' [*sic*]; sed quia eadem ecclesia spectat ad ecclesiam sancti Georgii, que est capella de castello domini regis, et si canonici de sancta Fridaswitha possent predictam ecclesiam dirationare, uel seisinam eiusdem ecclesie optinere, capella ipsa demembraretur, & sustineret dominus rex & balliui eius magnam iacturam & dampnum de seruicio suo in prefata ecclesia sancti Georgii, cuius luminaria & uicarii sub certo num[er]o assignati prefata ecclesia beate Marie Magdalene & aliis pertinenciis sustentantur; item quia dominus rex utramque ecclesiam prenominatis canonicis de Oseneia propter cartam suam & suorum antecessorum debet warantizare & ad eum pertinet libertates predictarum ecclesiarum & iura integre conseruare, ideo pro libertate & pertinenciis utriusque ecclesie in predicta causa ad dominum papam appelo [*sic*] et etiam presentium latorem R. de Bisel'[1] ad appelandum coram uobis procuratorem facio. Ualete & tantum faciatis ut domino regi debitum honorem deferatis.[2]

S. Mary Mag. 3 1200

787.

[A verdict in a dispute between Oseneye and St. Frideswide's.]

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit tam presentibus quam futuris frater W. dictus abbas de Thama, & R. prior de Abbendona & magister T. de Watelei salutem in auctore salutis. Nouerit uniuersitas uestra quod cum prior & canonici de sancta Frideswida mouissent controuersiam Abbati & canonicis de Oseneia super ecclesia beate Marie Magdalene sita extra portam aquilonarem de Oxeneford; item super decimis de Northam; item super decimis de

S. Mary Mag. 5 1200

[1] This name is doubtful.

[2] With a round seal, broken, $2\frac{1}{4}$ inches in diameter, attached to a tag of the deed, grey wax, a knight galloping. The legend is gone. Gilbert Basset was made sheriff at Michaelmas 1199.

croffta trium Bergarum quam Nigellus decanus tenuit, coram nobis a domino papa Innocencio tercio iudicibus delegatis; tandem partibus in presencia nostra constitutis, mediantibus uiris zelum dei & religionis habentibus, prefati prior & canonici de sancta Frideswida predictas querelas eisdem abbati & canonicis de Oseneia gratis & liberaliter in perpetuum remiserunt, promittentes in uerbo ueritatis se nunquam eisdem super possessione uel proprietate predictarum rerum aliquam controuersiam esse moturos. Omni uero iure quod prefati canonici de Oseneia in iamdictis ecclesia & decimis se habere asserebant in sua firmitate permanente, prefati canonici de sancta Frideswida totum ius quod in sepedictis ecclesia & decimis se habere asserebant, renunciacione coram nobis facta, ipsis concesserunt & in perpetuum remiserunt. Instrumenta etiam omnia que super predictis se habere ueraciter asserebant, eis per manus nostras in iure resignauerunt; usui aliorum instrumentorum, si qua forte in posterum ex parte ipsorum reperta fuerint uel alias in eorum manus deuenerint, penitus renunciantes. Adiecerunt etiam prefati Prior & canonici in uerbo ueritatis, quod nunquam ecclesiam ipsam sancte Marie Magdalene, uel possessionem, uel aduocacionem uel aliquid in eadem ecclesia uel decimis illis, sine spontanea uoluntate eorum, scilicet canonicorum de Oseneia, a quocunque uel per quemcunque recipient; nec aliquid in preiudicium & detrimentum prefate remissionis & concessionis per artem uel ingenium aliquo modo machinabuntur. Huius autem remissionis & concessionis tempore ad plenam pacem & tranquillitatem ecclesiarum suarum partes ipse omnem querelam super predictis ecclesia & decimis & circa easdem res tam super fructibus quam super expensis & aliis que in huiusmodi causis exigi solent, sibi ad inuicem gratis & liberaliter remiserunt. Quia uero prefati Prior & canonici de sancta Frideswida unanimi assensu tocius conuentus sui predictam concessionem & remissionem carta sua & sigillorum suorum apposicione confirmauerunt, nos easdem concessionem & remissionem ratas habentes eas auctoritate domini pape, qua fungebamur, duximus confirmandas & presentis scripti testimonio & sigillorum nostrorum apposicione corroborandas. Insuper etiam prefatos abbatem & canonicos de Osenei ab impeticione dictorum Prioris & canonicorum sancte Frideswide, & quantum ad petitorium & quantum ad possessorium iudicium & alios articulos causarum, plenarie eadem auctoritate sentencialiter absoluimus. Hiis testibus, magistro Waltero de Gant,[1] abbate de Waltham,

[1] He had been a canon of Oseney.

Radulfo priore de Niweham, magistro Nicholao de Westmost', magistro Iohanne de Cernei, magistro Thoma de Hela[m], magistro Nicholao de Hampt', magistro Roberto de Clipstone, magistro Ricardo de Tirintone, magistro Simone de Cestria, magistro Simone de Gloecestria, magistro Stephano Scotto, Waltero de Wisebech, Adam de Clipstone, Reg[inaldo] de Brachelei, Iohanne Bretel, Waltero de Lichesfeld, Warino, Rogero de Wicheford presbiteris, Seerio clerico, Iohanne clerico.[1]

788.

[St. Frideswide's remits all claim on the church of St. Mary Magdalen.]

S. Mary Mag. 3 1200

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint Simon prior sancte Frideswide Oxonie[2] & eiusdem loci totus conuentus salutem in uero salutari. Nouerit uniuersitas uestra nos intuitu fraternitatis & mutue confederacionis de consilio uirorum bonorum & zelum religionis habencium unanimi consensu & spontanea uoluntate gratis & liberaliter in perpetuum remisisse fratribus nostris & concanonicis, abbati & conuentui de Oseneia, querelas omnes quas aliquando coram iudicibus a domino papa Innocencio tercio delegatis, W. uidelicet abbate de Thama, Rogero priore de Abbendona & magistro Thoma de Watelei eis mouimus, super ecclesia beate Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie sita, & decimis de Northam & de crofta trium bergarum quam Nigellus decanus tenuit, promittentes in uerbo ueritatis quod nunquam ipsis super possessione uel proprietate predicte ecclesie uel decimarum predictarum aliquam controuersiam mouebimus. Et ne in posterum nobis uel successoribus nostris detur aliqua occasio contra hanc concessionem & remissionem ueniendi, omni iure eorum, quod in eisdem possessionibus se habere, scilicet in ecclesia & decimis, asserebant, eis saluo & in sua firmitate permanente, nos quicquid iuris in

[1] The three seals are attached by parchment labels; that on the left is a pointed oval, 1½ inches by 1 inch, a half-length figure of an abbot, a crosier in the right hand, its head pointing outwards, the left hand across the breast, head bare; SIGILLVM ABBATIS DE TAMA. The middle seal is of the same shape and dimensions; a nude figure, apparently an oval gem to which has been added the inscription SIGILLVM ROGERI PRIORIS ABBENDON. The third seal is circular, 1½ inches in diameter, an open book with a candlestick on the right of it; the legend is SIGILL' MAGISTRI T[HO]ME. The second seal is of red wax, the other two of green.

[2] This form came into use about the year 1200.

prefata ecclesia & decimis per cartas uel donaciones, uel alio quocumque modo nos habere dicebamus, renunciacione coram predictis iudicibus facta, eis concessimus & in perpetuum remisimus. Omnia uero instrumenta que super prefata ecclesia & decimis habuimus, ipsis in iure per manus predictorum iudicum resignauimus. Usui etiam aliorum instrumentorum si qua forte in posterum ex parte nostra reperta fuerint penitus renunciauimus. Nos autem tempore huius concessionis & remissionis omnem querelam super predicta ecclesia & decimis & circa easdem res tam super fructibus quam super expensis & aliis que in huiusmodi causis exigi solent, ne de cetero moueatur, gratis & amicabiliter adinuicem remisimus. Adiecimus etiam promittentes in uerbo ueritatis quod nunquam sepedictam ecclesiam uel aliquid in eadem ecclesia siue possessionem siue proprietatem siue aliquid aliud, neque in predictis decimis, sine spontanea uoluntate eorum a quocunque uel per quemcunque recipiemus. Nichil etiam in preiudicium & detrimentum prefate concessionis & remissionis per artem uel ingenium aliquo modo machinabimur. Ut autem predicta concessio & remissio perpetuam optineant firmitatem, presenti scripto cum sigillorum nostrorum apposicione eandem concessionem & remissionem confirmauimus. Hiis testibus, Radulfo priore de Niweham, magistro Simone de Gloecestria, magistro Nicholao de Westmonasterio, magistro Iohanne de Ikeford, magistro Thoma de Helam, magistro Nicholao de Hamtone, magistro Roberto de Clipstone, magistro Ricardo de Tirintone, magistro Reg[inaldo] de Bracch[ele], Saerio clerico, Iohanne clerico de sancto Georgio, Iohanne Bretello.[1]

789.

[A list of the ancient deeds handed by St. Frideswide's to Oseney.]

S. Mary Mag. 4

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Simon prior ecclesie sancte Frideswide & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod postquam remisimus canonicis de

[1] With two seals of grey wax, varnished brown, attached by parchment labels. The one is the private seal of the Prior, a pointed oval, about 2 inches by $1\frac{1}{2}$ inches, with the legend, 'Sigillum Simonis prioris de sancta Frideswida': within is an oval inscription, 'Esto utrumque, cave utrumque' round two things which look like a snake and a dove. The other seal is the seal of the Convent, as given in Wigram's *Cartulary of St. Frideswide's*, measuring $3\frac{1}{4}$ inches by $2\frac{1}{4}$ inches, with the prior's seal on the reverse.

Oseneia omnem querelam quam mouimus eis super ecclesia beate Marie Magdalene extra portam Oxeneford' & omnia instrumenta nostra super eadem ecclesia per manus iudicum ipsis resignauimus, nos cartam confirmacionis domini pape Innocencii II, quia in ea plurime possessiones nostre continebantur, in bona fide ab ipsis recepimus [1]; ita quod nos eodem instrumento numquam contra eos sicut nec aliis, si qua forte in manus nostras deuenerint uel in posterum reperta fuerint, quantum ad hunc articulum utemur. Alia uero quedam instrumenta in quibus etiam quedam possessiones preter prefatam ecclesiam continentur, post resignacionem penes eos dimisimus; ita ut ipsi iuxta tenorem carte sue quam inde nobis fecerunt eadem instrumenta, cum eis opus habuerimus in aliis articulis pro aliis possessionibus, per manus canonici sui cum conciencia Capituli sui exhibeant secure & salue perferenda & per eundem canonicum suum sibi fideliter reportanda; & ne aliqua de eisdem instrumentis que exhiberi debent uel in numero uel in qualitate possit esse dubitacio, eadem duximus exprimenda, scilicet confirmacionem Theobaldi Cantuariensis archiepiscopi; item aliam confirmacionem H[enrici] Winton[iensis] episcopi, apostolice sedis legati; item literas eiusdem legati directas ad Alexandrum Lincolniensem episcopum; item duo paria literarum R. Saresb[iriensis] episcopi cum sigillis dependentibus.[2]

790.

[Archbishop Theobald confirms to St. Frideswide's all that had been given by bishop Roger.]

Confirmatio Teobaldi archiepiscopi data Canonicis sancte Frideswide. **B. 16[7]** **1139**

T. dei gracia Cantuariensis archiepiscopus episcopis, abbatibus, & ceteris sanctis ordinibus per Angliam constitutis salutem & benedictionem. Sollicitudo ministerii nostri nos admonet ecclesiarum necessitudinibus prouidere ac aduersariorum incursibus resistere; quatinus in ea pro uoluntate dei pax conformetur, & tranquillitatis ope fideles ad omne opus bonum excitentur. Hoc quidem intuitu

[1] The confirmation of Pope Innocent, dated Jan. 8, 1141, is printed in *Cart. St. Frid.* i. 20. It mentions the church of St. Mary Magdalen.

[2] With two seals, in every point as on the preceding deed, but that they are of green wax, varnished brown.

ne ecclesia sancte Frideswide uirginis nunc uel futuris temporibus possessionum suarum dampna paciatur, quecunque a uenerabili fratre nostro Rogero episcopo Saresberiensi eidem ecclesie donata sunt & iuxta tenorem carte ipsius reddita, in perpetuum confirmamus auctoritate nobis a deo concessa, prohibentes ne quis ea minuere siue in ius aliud abducere presumat. Si quis uero ausu temerario hanc nostre confirmationis formulam sciens uiolare temptauerit, & predictam donationem siue redditionem diminuere & in ius alienum abducere cupiditatis diabolice illectus obstinacia, perpetuo anathematis uinculo constringatur, & a corpore & sanguine Domini nostri Ihesu Cristi separetur, quousque ad condignam satisfactionem uenerit, & prefate ecclesie sua pro posse restituerit.

791.

[Henry, bishop of Winchester, confirms as legate.]

B. 17
1139

Item alia confirmatio Henrici Wintoniensis episcopi tempore illo legati.

Henricus dei gracia Wintoniensis episcopus & apostolice sedis legatus episcopis, abbatibus, comitibus & omnibus sancte dei ecclesie filiis per Angliam constitutis salutem. Propositi nostri nos sollicitudo ueementer astringit, ut ita rerum ecclesiasticarum deo auxiliante debeamus prouidere cautelam, quatinus nulla in eis possit euenire de neglectu iactura. Hoc nimirum intuitu ne ecclesia beate Frideswidis de Oxenefordia futuris temporibus rerum suarum detrimentum paciatur, quicquid ei a uenerabili fratre nostro Rogero Saresberiensi episcopo tam in ecclesiis quam in aliis possessionibus donatum siue redditum est, sibi & Canonicis ibidem deo militantibus auctoritate apostolica inperpetuum confirmamus. Si quis uero ausu temerario donationem predicti fratris nostri Saresberiensis episcopi perturbare & huic nostre confirmationi contraire presumpserit, ultioni districte in futuro examine subiaceat nisi resipuerit & errata condigna satisfactione correxerit. Ualete.

792.

[The legate confirms to St. Frideswide's the chapels of Holy Trinity, St. Clement and St. Mildrid.]

B. 16v
c. 1142

Littere Henrici Wintoniensis episcopi tunc legati ad A. Lincolniensem episcopum.

H. dei gracia Wintoniensis episcopus & apostolice sedis legatus uenerabili fratri & amico A[lexandro] Lincolniensi episcopo salutem. Ex tenore literarum domini pape accepimus eum suscepisse in tutelam & protectionem beati Petri & suam, ecclesiam sancte Frideswide de Oxenefordia & omnia ei pertinentia, ubi inter ceteras possessiones eiusdem ecclesie denominate sunt capelle sancte [Tri]nitatis & sancti Clementis & sancte Mildride[1]; de quibus lis emersit inter Abbatem Egneshamie & Priorem predicte ecclesie. Ad diem uero [per nos prefixum] uenit Prior paratus res[pondere] liti [et cum pars aduersa] nulla contra [eum produxit testimonia adiudicavimus quod predictus Prior] capellas illas super quibus lis predicta emerserit, quiete & in pace teneat & nulla deinceps exactione uexetur.[2]

793.

[A letter of Roger, bishop of Salisbury, on behalf of the canons of St. Frideswide's.]

Littere Rogeri Saresb[er]iensis episcopi pro Canonicis sancte Frideswide. B. 17r 1139

H[enrico] dei gracia sedis apostolice legato & Thebaldo Cantuariensi archiepiscopo totique clero totius Anglie Rogerus episcopus Sar' salutem. Notum uobis facio quoniam pro salute anime mee reddidi ecclesie & Priori & Canonicis de sancta Frideswida feriam & ecclesiam sancte Marie Magdalene quam Wimundus Prior disrationauit subiacere predicte ecclesie [&] preterea ecclesiam sancti Michaelis supra portam aquilonis & ecclesiam Omnium Sanctorum quas Robertus presbiter eidem ecclesie donauit cum [molen]dino quod eis diu reddidi sicut ius eorum, sed ecclesias [suas predic]tas tunc retinui, & omnes alias res & dignitates [suas quas] eidem ecclesie absturam [*sic*]. Quare precor [& fir]miter & fiducialiter requiro quod pro dei amore [ ] illud firmum & stabile esse facia[tis. Testibus A. deca]no & Will[elmo sub]decano Sar' & Ricardo [ ] & Gotso cam[erari]o apud [ ].[3]

[1] The original (*Cart. St. Frid.* i. 21) describe's St. Mildrid's and St. Clement's as *ecclesie*.

[2] The words in brackets are nothing more than a guess. The manuscript is ruined at these places.

[3] Theobald was consecrated in January, Roger died in December. For the witnesses see the next deed.

794.

[Another form of the same letter.]

B. 17
1139

[Alie] littere eiusdem Sar' episcopi direc[te] pro Canonicis Sancte Frideswide.

[Henrico sedis] apostolice legato & T. [ ] omnibus episcopis [tocius Anglie, Rogerus] episcopus Sar' salutem & [benedictionem. Notum uobis facio] quoniam reddidi pro salute anime mee ecclesie & Priori totique Conuentui sancte Frideswidis feriam pertinentem eidem ecclesie & ecclesiam sancte Marie Magdalene quam rex Henricus concessit eidem ecclesie disrationatione Wim[undi] qui fuit Prior predicte ecclesie. Preterea reddo eis ecclesiam sancti Michaelis supra portam aquilonis, & ecclesiam Omnium Sanctorum quas Robertus presbiter eidem ecclesie donauit cum molendino quod eis diu est [*sic*] reddidi, sicut ius suum, sed ecclesias suas predictas tunc retinui, & omnes alias res suas & consuetudines & dignitates suas quas eidem ecclesie iniuste abstuleram eis reddidi similiter. Quare dignitatem uestram humiliter requiro quod pro dei amore & uestro honore & pro salute animarum uestrarum & mee, illud firmum & stabile esse faciatis. T[estibus], A[1]. decano & Willelmo subdecano & Ricardo filio Willelmi, & Osm[undo] dapifero, & Waltero de Maisi & Serlone filio Eudonis apud Sar'.

794 A.

[A note about churches that belonged to St. Frideswide's.]

In fine libri [i. e. B] in quodam fragmento de manu antiquiore:— Hee sunt capelle que consensu canonicorum sancte Frideswide edificate sunt, capella de Hedindon et de Merston cum plenariis decimis, ecclesia sancte Marie Magdalene, capella sancti Egidii, capella sancti Clementis, capella Elsefeld[2]; iste libere sunt ab omni consuetudine

[1] This dean, whose initial occurs also in *Cart. St. Frid.* i. 18, is not found in Le Neve or the *Fasti Ecc. Sarisberiensis.* This is the same deed as the last, but it is more full. Its language implies that Wimund was dead by 1139.

[2] There can be little doubt that Elsefield was part of the manor of Headington at an early date (i. e. before the Conquest). St. Clement's was always within that manor. St. Frideswide's claimed that St. Mary Magdalen's and St. Giles's, as being within the manor of Headington, must belong to them. This deed comes from Twyne xxii. 289. He found it on a page at the end of Cartulary B, but the page is now missing. It is likely that it was written in the Cartulary in 1200, at the time of the last dispute, and represents what was asserted on behalf of St. Frideswide's.

sicut seruitium altaris matris ecclesie, de qua nulla redditur consuetudo episcopis vel ministris eorum, excepto quod si in eadem ecclesia episcopus sinodum tenuerit, ornamentum quodlibet sericum ad dorsum eius pendi debet.

Sunt et alie capelle que ab antiquo ad predictam pertinent ecclesiam, capella de Forsthull &c.; hee sunt ecclesie et capelle infra ciuitatem, capella de sancta Trinitate, ecclesia sancti Michaelis supra portam aquilonarem, ecclesia sancti Petri apud Castrum, ecclesia Omnium Sanctorum, capella sancti Michaelis supra portam australem, capella sancte Mildride, et dimidia pars sancti Aldati.

795.

[The abbot of Oseney agrees to an arbitration about the boundaries of the parish.]

S. Mary Mag. 6 Oct. 6, 1265

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint frater R[icardus] miseracione diuina Abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod cum mota est contentio inter magistrum Thomam de Stanforde perpetuum uicarium ecclesie sancti Egidii & W. uicarium ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borealem Oxonie super iure parochiali cuiusdam fundi, scilicet utrum ecclesie beate Marie supradicte, an etiam ecclesie sancti Egidii supradicte debeat assignari, qui fundus apellatur terra[1] domine Custancie, & iacet inter terram quam Galfridus de Cherlintone tenuit ex parte una & terram Henrici Puncharde ex altera, & dicti uicarii in arbitros compromisissent, uidelicet magistrum Henricum de Staunton', iuris canonici professorem, Ricardum de Staunforde rectorem ecclesie Omnium Sanctorum Oxonie, Walterum de Bylendone, Robertum Maynarde, sub pena decem librarum, ita quod si inter dictos arbitros oriatur dissensio, uenerabilis uir dominus archidiaconus Oxonie tanquam quintus arbiter eisdem adiungatur, nos dictum compromissum tenore presencium ratificamur. Datum Oseneye, die sancte Fidis uirginis, anno domini M CC LX quinto.

[1] There is a difficulty about this deed. In 1279 the messuage of Custancia Crumpe was on the east side of the road, but the messuage of Geoffrey de Cherlinton on the west side, according to the list in the *Hundred Rolls*.

796.

[The abbess of Godstow agrees to the arbitration.]

S. Mary Mag. 6 Oct. 14, 1265

Omnibus [&c. as before] M. miseracione diuina abbatissa de Godestowe [&c. word for word as in the last]. Dat' Godestowie die sancti Kalixti anno domini M CC LX quinto.

797.

[Licence to the house of Balliol to have an oratory.]

S. Mary Mag. 7 July 13, 1293

Oliuerus permissione diuina Lincolniensis episcopus dilectis in Cristo filiis Magistro & Scolaribus domus de Balliolo in Oxonia salutem, graciam & benediccionem. Considerantes fructus multiplices, qui ex uestro laudabili studio hactenus prouenerunt & in futurum sperantur deo auspice prouenturi, quietem quam possumus, uobis cupimus prouidere. Cum igitur lectionum & disputacionum occupacionibus impediti, parochialem ecclesiam infra cuius parochiam domus uestra predicta consistit, pro diuinis audiendis adire ut pretenditis sepius nequeatis, nos uestris supplicacionibus fauorabiliter inclinati, ut in oratorio infra domum uestram prefatam constructo, dum tamen decens fuerit & honestum, diuina uobis & familie uestre per sacerdotem sumptibus uestris propriis exhibendum, faciatis licite celebrari, licenciam uobis concedimus per presentes; ita tamen quod nullimoda sacramenta ecclesiastica in dicto oratorio ministrentur & quod ad oblaciones in eo faciendas, obuenciones, & alia iura consimilia, nullum matrici ecclesie predicte preiudicium generetur; quodque, ut honor debitus eidem ecclesie seruetur, ipsam in maioribus anni solempnitatibus visitetis, prout alii scolares suas ecclesias parochiales uisitare tenentur; & quilibet capellanus in dicto oratorio uobis ministraturus de indempnitate eiusdem ecclesie in presencia Abbatis & conuentus Oseneye, ipsam in usus proprios possidencium, seu ipsius ecclesie uicarii, prestet ad sancta dei euangelia iuramentum. Que omnia & singula sub pena reuocacionis huiusmodi gracie nostre, a uobis uolumus obseruari. In cuius [&c. sealing], datum apud Eynesham, III Idus Iulii, anno Domini M CC nonagesimo tercio.[1]

[1] No seal. Printed in *Balliol Deeds* (O.H.S.), p. 314.

798.

[The Vicar of St. Mary Magdalen's promises that he will collect faithfully the oblations and obventions.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis pateat per presentes quod cum ego Robertus de Carsintone, perpetuus vicarius ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borealem Oxonie, a religiosis viris dominis meis abbate & conuentu Oseneye prefatam ecclesiam beate Marie Magdalene in propriis usibus canonice optinentibus, super quibusdam minutis decimis, oblacionibus & obuencionibus dicte ecclesie tractus essem in ius, volens notam ingratitudinis euitare, dictorum dominorum meorum uoluntati totaliter me submisi sub stipulacione legittima promittendo, quod omnes minutas decimas, oblaciones quascumque tam ad maius altare quam ad cetera altaria, tam debitas quam ex deuocione fidelium quibuscumque diebus & festis ac obseruanciis ceremonialibus oblatas, & obuenciones quascumque ad dictam ecclesiam prouenientes, fideliter colligam seu colligi faciam & in pixide cum duabus serruris & clauibus quarum altera penes ipsos religiosos & altera penes me remanet, fideliter reponam & absque omni diminucione integre conseruabo, quousque per dictorum religiosorum procuratorem ad hoc deputatum porcio michi inde secundum modum a tempore cuius contrarii memoria non existit consuetum debita liberetur; super quibus omnibus fideliter & sine dolo meo perpetuo obseruandis in pleno capitulo Oseneye sacramentum prestiti corporale. Et quia postea michi quedam iniurie erant imposite, quas dominus abbas ad instantem rogatum meum reliquit interim in suspenso, volo & per presentes me obligo ad penam quadraginta solidorum pro commissis iniuriis persoluendam, si super premissis vel eorum aliquo valeam legittime deprehendi. In quorum omnium testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum apud Oseneyam III Nonas Decembris, anno domini M CCC quartodecimo.

S. Mary Mag. 8 Dec. 3, 1314

Endorsed: Factum fuit hoc scriptum die & anno infrascriptis, & quia proprium sigillum tunc ad manum non habuit, sigillum Thome le Mareschal apponi procurauit & ipsemet manum apposuit, presentibus fratribus Roberto de Cornwelle, Willelmo de Brisingham, Waltero de Lecch', et etiam Thoma le Mareschal, domino Willelmo de Hok[enorthone] capellano, & Rogero de Carsingtone dicti uicarii consanguineo.

799.

[The Vicar of St. Mary Magdalen's makes restitution of oblations due to Oseney.]

S. Mary Mag. 9 Nov. 4, 1318

In dei nomine Amen. Anno ab incarnacione Domini secundum cursum ecclesie Anglicane M CCC octauo decimo, indiccione prima, mense Nouembri, die quarta in aula domini Roberti de Carsintone, vicarii ecclesie beate Marie Magdalene Oxonie, in mei notarii publici infrascripti & testium subscriptorum presencia, idem dominus Robertus de Carsintone predictus, perpetuus vicarius ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie antedicte, per procuratorem abbatis & conuentus Oseneye rectorum dicte ecclesie ad racionem positus de surreptis oblacionibus contra formam scripti obligatorii dicti vicarii eisdem abbati & conuentui confecti, ad quod obseruandum corporale prestitit sacramentum, fatebatur se recepisse tres denarios & non ultra, quos & restituit in instanti. Fatebatur etiam sponte & absolute quatuor denarios, relicto sibi quinto, de die beate Marie Magdalene ad dictos abbatem & conuentum debere, sicut & de ceteris oblacionibus per annum prouenientibus, pertinere, qui & eodem tempore tres solidos de anno preterito de oblacionibus dicte diei surreptos dicto restituit procuratori. Acta sunt hec, anno, indiccione, die, loco & mense supradictis, presentibus fratre Willelmo de Tettesworthe canonico Oseneye, domino Willelmo de Hokenorthone capellano beate Marie in dicta ecclesia Magdalene, Roberto clerico dicte ecclesie, Iohanne garcione eiusdem vicarii, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Willelmus dictus le Warde de Rothewelle clericus Lincolniensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, confession & restitucioni supradictis, una cum testibus prenotatis presens interfui, & hec omnia signo consueto signaui rogatus.

800.

[The Vicar of St. Mary Magdalen's promises that he will be satisfied with the vicarage that was ordained of old.]

S. Mary Mag. 10, Nov. 9, 1323

In dei nomine Amen. Anno ab incarnacione eiusdem secundum cursum ecclesie Anglicane millesimo trecentesimo uicesimo tercio, indiccione septima, nono die mensis Nouembris, in mei notarii publici

infrascripti testiumque subscriptorum presentia in domo capitulari monasterii de Oseneye, Lyncolniensis diocesis, coram abbate eiusdem monasterii & aliis de conuentu constitutus personaliter Robertus dictus Fesant, vicarius ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie dicte Lyncolniensis diocesis, de non agendo contra religiosos viros . . . abbatem & conuentum de Oseneye predicta, ecclesiam beate Marie predictam in proprios usus optinentes, ad augmentacionem prefate sue uicarie, pure, sponte & absolute renunciauit ac iuramentum prestitit corporale, sub eo qui sequitur tenore: 'In dei nomine Amen. Ego Robertus dictus Fesant vicarius ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, ob reuerenciam religiosorum virorum dominorum . . . abbatis & conuentus monasterii de Oseneye pure, sponte & absolute ac simpliciter in hiis scriptis renuncio quod ex nunc ad augmentacionem vicarie mee ecclesie predicte nullatenus agam in futurum; sed solum contentus ero hiis que predecessores mei in dicta ecclesia vicarii secundum ordinacionem ipsius vicarie ac consuetudinem in eadem vicaria usitatam & prescriptam, retroactis temporibus percipere consueuerunt, & hec me seruaturum vobis dominis meis antedictis bona fide promitto & tactis sacrasanctis iuro, corporali prestito iuramento.' Acta sunt hec in loco predicto, sub anno, indiccione, mense & die predictis, presentibus dominis Thoma de Kedlingtone tunc capellano memorati . . . abbatis, Andrea de Ristone, canonicis monasterii antedicti, magistro Roberto de Cressale Londoniensis diocesis & multis aliis de conuentu monasterii de Oseneye predicti, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Ego Iacobus Ricardi dicti Coleman de Hauonte Wintoniensis diocesis clericus apostolica auctoritate notarius publicus omnibus premissis una cum dictis testibus presens interfui, sicque ea omnia & singula ut premisi, fieri vidi et audiui, scripsi & in hanc publicam formam redegi, meoque signo consueto signaui, rogatus in testimonium premissorum.

801.

[A mandate to cite the vicar of St. Mary Magdalen's to the Court of Arches.]

Offic[ialis] curie Cantuariensis discreto viro . . . offic[iali] domini archidiaconi Oxonie, salutem in auctore salutis. Ex parte religiosorum uirorum abbatis & conuentus monasterii beate Marie Oseneye **S. Mary Mag. 11 June 1, 1325**

Lincolniensis diocesis, ordinis sancti Augustini, nobis extitit intimatum, quod licet dicti religiosi ecclesiam sancte Marie Magdalene Oxonie in proprios usus optinentes nomine suo & ecclesie sue predicte ab olim fuissent in possessione vel quasi iure percipiendi omnes oblaciones ad dictam ecclesiam prouenientes per uicarium eiusdem ecclesie primo collectas, quinta porcione earundem oblacionum vicario dicte ecclesie qui pro tempore fuerit dumtaxat dimissa, dictasque oblaciones modo quo premittitur per tempora non modica pacifice percepissent & quiete, fuissetque ex parte dictorum religiosorum sicut premittitur in possessione dictarum oblacionum existencium ac metuencium ex quibusdam causis probabilibus & uerisimilibus coniectur[is] graue eis circa premissa posse preiudicium generari in futurum, ne quis in eorum preiudicium in hac parte quicquam attemptaret seu faceret aliqualiter attemptari, ad sedem apostolicam & pro tuicione curi[e] Cantuar[iensi] palam & publice ac legitime prouocatum; quidam tamen dictus Robertus Fesaunt pro vicario dicte ecclesie se gerens, prouocacione predicta, que ipsum verisimiliter non latebat, non obstante, post & contra eam oblaciones omnes & singulas ad dictam ecclesiam prouenientes, iam de nouo integraliter penes se retinuit & contra uoluntatem dictorum religiosorum detinuit, ipsasque oblaciones, seu aliquam partem earundem, predictis religiosis tradere seu restituere non curauit, quin pocius denegauit expresse, per partem dictorum religiosorum super hoc congrue requisitus, dictos religiosos oblacionibus predictis ad eosdem religiosos spectantibus spoliando, spoliareue mandando, aut spoliacionem huiusmodi nomine suo factam ratam habuit pariter & acceptam, in ipsorum religiosorum preiudicium, dampnum non modicum & grauamen; unde ex parte eorundem religiosorum, sent[iencium] se ex hoc per dictum Robertum indebite pregrauari, ad dictas sedem & curiam extitit ut asseritur legitime appellatum. Quocirca uobis committimus & mandamus firmiter iniungentes quatinus dicto Roberto ac ceteris omnibus & singulis, quibus ius exigit inhiberi, auctoritate dicte curie inhibeatis, siue inhiberi faciatis, ne pendente in curia Cantuariensi huiusmodi tuitor[ie] appellacionis negocio, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis preiudicium attemptet vel attemptent, faciat aut faciant aliqualiter attemptari, quominus liberam habeat appellacionis sue prosecucionem, prout iustum fuerit utriusque; citetis etiam seu citari faciatis peremptorie dictum Robertum partem ut premittitur appellatam, quod compareat coram nobis vel nostro commissario in ecclesia beate Marie de Aldermancherche, Lundonie, tercio die iuri-

dico post festum Natiuitatis beati Iohannis Baptiste in dicto tuitor[ie] appellacionis negocio processurus, facturus & recepturus quod iusticia suadebit. De die uero recepcionis presencium & quid in premissis feceritis, nos vel nostrum commissarium dictis die & loco certificetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Datum apud Brawmfeld, Kalendas Iunii anno domini M vicesimo quinto [*sic*].

802.

[An agreement between Oseney and Durham College.]

S. Mary Mag. VII Oct. 5, 1326

In dei nomine, Amen. Hec indentura testatur quod cum lites, contenciones & controuersie dudum suborte fuissent inter religiosos uiros Abbatem & conuentum Oseneye, Lincolniensis diocesis, ecclesiam parochialem beate Marie Magdalene extra portam borealem Oxonie eiusdem diocesis in proprios usus optinentes ex parte una, ac Priorem & conuentum ecclesie Dunolmensis ex parte altera, occasione decimarum proueniencium de clausura & gardino mansionis seu domorum monachorum dicte ecclesie Dunolmensis in Uniuersitate Oxonie studencium, ad predictam ecclesiam beate Marie Magdalene & ad prefatos religiosos, Abbatem & conuentum Oseneye, eiusdem ecclesie nomine, qualitercunque spectancium, predicte lites, contenciones & controuersie per amicabilem composicionem inter easdem partes pro bono pacis initam sub forma subscripta conquieuerunt; ita uidelicet quod Prior & conuentus dicte ecclesie Dunolmensis pro se & successoribus suis bona fide promiserunt prestare & soluere singulis annis prefatis religiosis Abbati & conuentui Oseneye & eorum successoribus, predictam ecclesiam beate Marie Magdalene in proprios usus optinentibus, in festo Omnium Sanctorum Oxonie octodecim denarios argenti bone & legalis monete pro omnimodis decimis, maioribus & minoribus de predictis clausura & gardino qualitercumque prouenientibus, ad ipsam ecclesiam beate Marie Magdalene qualitercumque spectantibus. Et si contingat dictos religiosos Priorem & conuentum ecclesie Dunolmensis aliquam capellam construere infra clausuram prenotatam & infra parochiam ecclesie beate Marie prelibate,[1] ad quam quidem capellam ibidem construendam predicti religiosi Abbas & conuentus Oseneye ipsis licenciam quantum in eis est conferunt specialem, iidem Prior & conuentus pro se

[1] A copy of this agreement, in a later hand, adds at this point, '& in capella sic constructa & consecrata confratres & familiares dicti loci in dicta capella sepelliri'.

& eorum successoribus bona fide promiserunt dare & soluere singulis annis extunc prefatis religiosis Abbati & conuentui Oseneye & successoribus suis, eandem ecclesiam beate Marie Magdalene in proprios usus optinentibus, sex denarios argenti pro omnimodis oblacionibus & obuencionibus ad eandem capellam in duobus festis sancti Cuthberti tam in mense Marcii quam in mense Septembris usque ad octabas & in octabis utriusque festi predicti qualitercumque prouenientibus; saluis tamen prefatis Abbati & conuentui Oseneye & successoribus suis iuribus ecclesie parochialis antedicte, uidelicet quod dicti Prior & conuentus Dunolmensis seu monachi ut premittitur studentes non attrahant ad se parochianos dicte ecclesie sancte Marie clericos vel laicos occasione concessionis predicte. Et etiam si contigerit aliquem clericum vel laicum infra dictam clausuram & parochiam ecclesie beate Marie prenotate in fata decedere, tam in dictis festis quam extra, omnes oblaciones & funeraria quelibet ab huiusmodi funeribus proueniencia, & eciam omnes oblaciones quocumque tempore anni ad dictam capellam, dictis duobus festis sancti Cuthberti ut supra premittitur dumtaxat exceptis, prouenientes, prefate ecclesie beate Marie Magdalene integre remaneant tanquam ecclesie matrici, prout de iure debent. Prefati autem monachi bona fide promiserunt quod in dicta capella nulli omnino sacramenta quelibet seu sacramentalia ministrabunt, nisi sibi ipsis & suis familiaribus sibi continue adherentibus, dum tamen tales racione originis seu domicilii extra dictam clausuram consistentes non sint parochiani ecclesie beate Marie supradicte. Et si contingat sepedictos monachos in dicto loco & infra parochiam dicte ecclesie beate Marie Magdalene terminos suos dilatare, predictis Abbati & conuentui Oseneye de huiusmodi dilatacione, quatenus ad eos pertinet, satisfacient competenter, habito respectu ad magnitudinem & ualorem huius dilatacionis. Si uero contigerit quod dicti monachi dictam aream seu clausuram uendant vel quomodolibet distraant [*sic*] vel inhabitare desierint omnino, predicte aree pars illa que infra sepedictam parochiam ecclesie beate Marie Magdalene sita est predicte ecclesie decimabilis & in iuribus parochialibus sit subiecta, sicut esse antea consueuit, ac presens composicio extunc robore careat firmitatis. Ipsique religiosi Abbas & conuentus Oseneye pro se & successoribus suis bona fide promiserunt parti dictorum religiosorum Prioris & conuentus ecclesie Dunholmensis,[1] quod iidem abbas & conuentus Oseneye vel eorum successores a predictis Priore & con-

[1] Duholm', MS.

uentu Dunolmensi seu a monachis in predicto loco commorantibus ultra predictam summam octodecim denariorum pro decimis supradictis, seu ultra sex denarios annuos supradictos pro oblacionibus & obuencionibus prenotatis, exigere non curabunt nec exigi procurabunt contra formam supradictam. Et si contingat prefatos Priorem & conuentum ecclesie Dunolmensis seu monachos eiusdem ecclesie in predicta Uniuersitate quandocunque studentes occasione decimarum seu oblacionum predictarum aut funerariorum predictorum ad eandem ecclesiam beate Marie pertinencium per uicarium eiusdem ecclesie vel successores suos ipsius ecclesie uicarios, aut per alios quoscunque, in iudicio vel extra inquietari, seu laboribus & expensis quouismodo fatigari, Abbas & conuentus Oseneye & eorum successores ipsos Priorem & conuentum ecclesie Dunolmensis, ac dictos monachos ut premittitur studentes, in hac parte conseruabunt indempnes. Ad que omnia firmiter obseruanda & fideliter adimplenda dicte partes pro se & successoribus suis efficaciter se obligarunt ac pure, simpliciter & absolute se submiserunt iurisdiccioni & cohercioni domini Lincolniensis episcopi & successorum suorum ac Cancellarii Uniuersitatis predicte. In cuius [&c. alternate sealing]. Datum in capitulo ecclesie Dunolmensis sub sigillo communi Prioris & conuentus eiusdem ecclesie quinto die mensis Octobris anno domini MCCC uicesimo sexto.[1]

803.

[An agreement between Oseney and the vicar of St. Mary Magdalen's.]

Memorandum quod cum dudum inter religiosos uiros . . . Abbatem & conuentum Oseneye, ecclesiam beate Marie Magdalene extra portam borealem Oxon' in proprios usus canonice optinentes, ex una parte & dominum Robertum Fesaunt perpetuum uicarium eiusdem ecclesie ex altera, occasione porcionis quam, racione uicarie sue predicte, idem uicarius se percipere debere pretendebat, suborta fuisset materia questionis, tandem mutuo consensu parcium predictarum conuenit sub hac forma, uidelicet quod uicarius predictus pro se & ministris suis quibuslibet, tam ecclesie quam sibi seruientibus, pro omnibus & singulis que racione uicarie predicte percipere consueuit & se percipere debere pretendebat, percipiet de dictis religiosis per

S. Mary Mag. 41 Nov. 30, 1326

[1] Seal is gone.

annum suo perpetuo, termino incipiente in festo Natalis domini datam presencium proximo sequente, decem marcas argenti ad quatuor anni terminos, uidelicet in festo Natalis Domini, Pasche, sancti Iohannis Baptiste & Sancti Michaelis pro equalibus porcionibus, dictusque uicarius omnimodas decimas minores ac oblaciones & obuenciones quascunque, ad dictam ecclesiam qualitercumque prouenientes, fideliter colliget & colligi faciet absque diminucione aliquali, fraude uel dolo, ac in colligendo predicta & ad inducendum & cum instancia informandum parochianos suos omnes & singulos, ut predictas decimas, oblaciones & obuenciones quascunque ad dictam ecclesiam pertinentes, tam eas quas ex deuocione, quam eas quas ex consuetudine facere consueuerunt, clam uel palam prestent & offerent [*sic*] ut solebant, diligenciam adhibebit, quam adhibere consueuit & debuit, & quam adhiberet, si premissa ad opus suum proprium percipere deberet; hoc tamen excepto, quod non litigabit nec sumptus aliquos circa litem de suo apponet, neque ultra aut extra uillam Oxonie laborabit; omnimodasque decimas per ipsum & suos collectas & perceptas dictis religiosis fideliter & sine fraude restituet tam in cera quam in rebus aliis cuiuscunque generis seu speciei; oblacionesque & obuenciones quocunque titulo ad dictam ecclesiam tam ad maius altare quam ad cetera altaria, tam in cancello quam naui ecclesie & locis contiguis prouenientes, que in pecunia consistunt, in pixide per dictos religiosos ibidem reponenda, cuius clauis penes dictos religiosos residebit, in presencia clerici per ipsos religiosos approbati & ad hoc iurati, integre & fideliter reponet. Dictique religiosi omnimodas decimas, oblaciones & obuenciones ad ecclesiam antedictam qualitercunque ut premittitur prouenientes integre percipient absque deduccione [uel] diminucione quibuscunque, dicto uicario percepcione decem marcarum annuarum in forma supradicta solummodo contento. Concedunt etiam dicti religiosi quod dictus uicarius recipiat omnia, quecunque sibi fuerint ex mero legato relicta. Dicti etiam religiosi eidem uicario domos pro sua habitacione & mansione liberarunt competentes, quas ipse uicarius cum necesse fuerit reficiet & suis sumptibus sustentabit & integre conseruabit; ac omnia onera in spiritualibus ad ipsam ecclesiam spectancia supportabit. Si qua uero decima aut alia huiusmodi prestacio forinseca ecclesie imponatur, idem uicarius huiusmodi prestacionem pro rata porcionis sue uicarie agnoscet. Et omnia ornamenta dicte ecclesie suo periculo custodiet. Et ad fidelem obseruacionem omnium & singulorum premissorum sine fraude &

dolo & de non petendo quicquam ultra dictarum decem marcarum prestacionem a dictis religiosis, idem uicarius ad sancta dei euangelia in pleno capitulo Oseneye corporale prestitit iuramentum. Ac partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt, & parti scripture indentate penes dictos religiosos remanenti, quia sigillum dicti uicarii pluribus est incognitum, sigillum decanatus Oxonie est appensum. Acta sunt omnia premissa in monasterio Oseneye in festo sancti Andree apostoli anno domini M CCC uicesimo sexto.[1]

804.

[Oseney leases to the vicar of St. Mary Magdalen's the oblations and obventions of the parish for 12 marks a year.]

S. Mary Mag. 41 Dec. 19, 1341

Nouerint [&c.] quod licet dominus Robertus Fesaunt perpetuus vicarius ecclesie beate Marie Magdalene Oxonie, virtute cuiusdam composicionis inter religiosos viros Abbatem & conuentum Oseneye, ecclesiam beate Marie Magdalene in proprios usus optinentes, ex parte una & dominum Robertum vicarium predictum ex parte altera nuperime inite, que sic incipit 'Memorandum quod cum dudum' &c. & sic terminatur 'Acta fuerunt omnia premissa in monasterio Osen. in festo sancti Andree apostoli anno domini M CCC XXVI', decem marcas argenti annuatim ad certos anni terminos, prout in ipsa composicione est contentum, percipere deberet, oblacionibus & obuencionibus quibuscunque ad dictam ecclesiam qualitercunque prouenientibus per dictum vicarium collectis penes dictos religiosos remanentibus & ipsis religiosis per dictum vicarium plenarie restitutis iuxta tenorem & formam composicionis predicte; uolunt tamen & concedunt tam religiosi Abbas & conuentus quam Robertus vicarius predictus, quod idem vicarius ex nunc a festo sancti Thome apostoli proximo futuro, usque ad terminum V annorum, dictum festum sancti Thome immediate sequencium plenarie completorum, omnes oblaciones & obuenciones ad ecclesiam predictam prouenientes, per ipsum vicarium & suos nomine dictorum religiosorum collectas, sic & prout in ipsa composicione est expressum, pro dictis decem marcis singulis annis nomine firme integraliter habeat & percipiat: reddendo tamen annuatim ultra dictas decem marcas dictis religiosis, termino

[1] Seal, a pointed oval, 1¼ inches by ¾ inch, an ox with wings walking to the right, SIGILL · DECANAT · OXON.

dictorum v annorum durante, duas marcas argenti Oseneye ad duos anni terminos, videlicet ad festum Annunciacionis beate Marie Virginis & sancti Michaelis archangeli per equales porciones absque dilacione quacunque, & quod dictus vicarius omnia onera in suprascripta composicione alias inter dictos religiosos & ipsum inita subeat & agnoscat; quodque per huiusmodi oblacionum vel obuencionum percepcionem, per ipsum vicarium ex nunc in hac parte faciendam, dictis religiosis nec iuri nec possessioni in obuencionibus & oblacionibus predictis aliqualiter preiudicetur; sed quod huiusmodi obuenciones & oblaciones dictus vicarius ut firmarius dictorum religiosorum & nomine eorundem colligat, habeat & percipiat toto termino dictorum quinque annorum durante. Et ad solucionem dictarum duarum marcarum loco & terminis predictis fideliter faciendam dictus vicarius ad sancta dei euangelia in pleno capitulo Oseneye corporale prestitit iuramentum. Et in omnium premissorum testimonium [&c. alternate sealing], & parti scripture indentate penes dictos religiosos remanenti quia sigillum dicti vicarii pluribus est incognitum, sigillum decanatus Oxonie est appensum. Datum in capitulo nostro Osen' XIIII Kalendas Ianuarii, anno Domini M CCC quadragesimo primo.[1]

805.

[An agreement between Oseney and the monks of Gloucester College.]

S. Mary Mag. 41 Apr. 12, 1452

Omnibus [&c.] Ricardus Ryngstede, sacre theologie professor ac prior studencium monachorum sancti Benedicti in Stokwelstrete in suburbio Oxonie, nunc dict' colleg' Gloucestrie, commorancium, salutem in omnium saluatore. Vestre uniuersitatis noticie notum facio per presentes quod quandam composicionem indentatam inter monasterii de Oseneye abbatem & conuentum ex parte una & dicti loci priorem & monachos ex altera, de & super quodam annuo redditu sex solidorum & octo denariorum eisdem abbati & conuentui ad duos anni terminos soluendorum per equales porciones, & rebus aliis prout in tenore eiusdem composicionis constat aperte inspexi & perlegi; cuius tenor sequitur & est talis: —'

July 6, 1291

Anno Domini M CC LXXXX primo, in Octabis apostolorum Petri & Pauli, facta est hec conuencio inter abbatem & conuentum de Oseneye pro se & ecclesiis suis seu capellis suis sancti Georgii in Castro Oxonie, sancti Thome martiris,

[1] Seal gone.

& sancte Marie Magdalene, quas possident suis propriis usibus deputatas, ex parte una & priorem & monachos sancti Benedicti in Stokwelstrete in suburbio Oxonie ex altera de assensu & voluntate uenerabilis patris domini Oliueri dei gracia Lincolniensis episcopi loci diocesani, videlicet quod dictus Abbas & conuentus concesserunt pro se & suis successoribus & ecclesiis seu capellis predictis, quod dictus Prior & monachi & eorum successores libere, quiete & pacifice possint sine aliqua prestacione decime realis vel eciam personalis retinere, possidere & occupare totam placeam cum omnibus suis pertinenciis tam in fronte quam in gardino, virgultis & pratellis, que placea iacet in dicto suburbio Oxonie infra limites parochie dictarum ecclesiarum sancti Georgii in castro Oxonie, sancti Thome martiris, & sancte Marie Magdalene, & extendit se dicta placea in fronte ab inhabitacione fratrum de Monte[1] usque ad tenementum quod Philippus de O. aliquando tenuit; et interius per Tamisiam ab inhabitacione dictorum fratrum de Monte Carmeli usque ad pasturam dicti Abbatis de Oseneye; et quod dicti monachi possint in dicta placea seu area, ubi & quando voluerint, ecclesiam seu monasterium cum claustro & aliis ipsis & eorum ordini necessariis & oportunis erigere,[2] construere & diuina ibidem celebrare sine aliquo impedimento dictorum abbatis & conuentus seu successorum suorum in perpetuum; et si contingat dictum Priorem & monachos de cetero terminos suos dilatare, satisfaciant competenter dictis abbati & conuentui de Oseneye pro rata porcione, habito respectu bonitatis & magnitudinis aree dilatande, si prius dictis ecclesiis aut capellis fuerit decimalis. Dicti vero Prior & monachi concesserunt pro se & successoribus suis & bona fide promiserunt quod parochianos dicti abbatis & conuentus ecclesiarum seu capellarum predictarum in preiudicium ipsarum ad sepulturam, nec ad aliqua alia sacramenta ecclesiastica admittent, videlicet ad baptismum, ad confessionem, eukaristiam, extremam unctionem, matrimonium contrahendum, nec ab eis recipient tricennalia nec requesta, nec aliquid aliud clam vel palam, quod in preiudicium dicti Abbatis & conuentus quoad ius parochiale vertere possit aut grauamen, nisi de licencia eorum petita & optenta. Promiserunt eciam bona fide dicti Prior & monachi pro se & successoribus suis quod dictas ecclesias seu capellas dictorum Abbatis & conuentus vicinas conseruabunt indempnes quantum in ipsis est. Preterea quoniam prefati Abbas & conuentus de dicta placea seu area seu in aliqua eius parte decimas quasdam & obuen-

[1] i. e. de Monte Carmeli. [2] exigere, MS.

ciones seu oblaciones percipere consueuerunt, prenotati Prior & monachi pro se & successoribus suis concesserunt & assignarunt predictis Abbati & conuentui & eorum successoribus redditum annuum in perpetuum sex solidorum & octo denariorum, in festis videlicet sancti Michaelis archangeli & Annunciacionis beate Marie Uirginis, in recompensacionem predictarum decimarum & obuencionum omnium quocumque nomine censeantur pro equalibus porcionibus exsoluendum. Ad hec quia[1] dictus Abbas & conuentus concesserunt quod dicta placea ad instanciam dicti Prioris & monachorum, cum hoc procurare[2] voluerint & sibi expedire viderint, sine aliqua contradiccione dictorum Abbatis & conuentus per episcopum posset benedici, ecclesiaque inibi construenda canonice consecrari & sepultura concedi, exceptis parochianis dictorum Abbatis & conuentus in ecclesiis seu capellis predictis. Conuenit eciam quod si contingat dictos monachos seu eorum successores a dicta placea seu inhabitacione eiusdem totaliter recedere, seu dissipacionem eorundem fieri sine spe reuersionis aliqualis, dicta placea efficiatur dictis Abbati & conuentui & eorum successoribus de iure communi, quatenus prius ante ipsorum aduentum fuerat, decimalis. Et ut omnia & singula premissa inviolabiliter & inconcusse imposterum obseruentur, promiserunt dicti Prior & monachi pro se & successoribus suis predictis Abbati & conuentui & suis successoribus, quod quocienscunque exnunc contigerit in loco dictorum monachorum aliquem prefici in Priorem, infra mensem a tempore sue creacionis veniat apud Oseneye, istam composicionem recogniturus, promittend[o] eam in omni sui parte fideliter obseruaturum; insuper in dicta nouitate sua denunciare faciet in monasterio suo seu cenobio ne aliquis parochianus dictarum ecclesiarum diuina audire, seu aliquid aliud in preiudicium dictarum ecclesiarum facere presumat. Ad securitatem autem super hiis habendam subiecit se dicta pars monachorum pro se & successoribus suis iurisdictioni & cohercioni dominorum Lincolniensis episcopi necnon & archidiaconi Oxonie, qui pro tempore fuerint, quod possint eos compellere per omnem censuram ecclesiasticam sine strepitu iudiciali ad omnia & singula predicta fideliter obseruanda, renunciantes in hac parte omni excepcioni, cauillacioni, appellacioni & omni priuilegio & omnibus impetratis & impetrandis, que huic scripto vel facto possint obuiare, necnon omni iuris remedio tam canonici quam ciuilis, quod eis competere possit ad infirmandum

[1] Supply *convenit* before *quia*—'it is agreed that', or omit *quia*.

[2] procuratore, MS.

seu impediendum ipsam conuencionem. In cuius rei testimonium presenti scripto in modum cirographi confecto, cuius una pars penes dictos Abbatem & Conuentum de Oseneye, & alia penes dictos Priorem & monachos ordinis sancti Benedicti remanet, sigilla dominorum Lincolniensis episcopi in signum auctoritatis & consensus eiusdem & domini archidiaconi Oxonie, una cum sigillis parcium sunt appensa. Datum in Octabis ut supra.' Dictum igitur annuum redditum sex solidorum & octo denariorum eisdem Abbati & conuentui annis singulis ad duos anni terminos predictos per equales porciones imperpetuum fore soluendum & solui debere & cetera omnia & singula in dicta composicione contenta ex mea certa sciencia & animo deliberato fateor & cognosco, eandemque composicionem ac cetera contenta in eadem ratifico & approbo, & quantum in me est, & de iure teneor, seu possim, consencio eidem & contentis in eadem ; et ipsam & contenta in eadem, quantum me Priorem predictum concernunt, seu concernere poterunt, fideliter obseruare promitto per presentes. In cuius rei testimonium, quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum domini Cancellarii Uniuersitatis Oxonie apponi procuraui. Et ego Ricardus prelibatus sigillum meum assuetum voluntarie apposui. Datum XII die mensis Aprilis, anno Domini M CCCC L secundo. Et nos Cancellarius antedictus ad specialem rogatum memorati Prioris sigillum officii nostri presentibus apposuimus.[1]

806.

[The abbot of Oseney sues the vicar of St. Mary Magdalen's for an annual rent of two marks.]

S. Mary Mag. 1 May 24, 1503

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere nostre peruenerint salutem. Sciatis quod Robertus abbas monasterii beate Marie virginis de Oseney in curia nostra coram iusticiariis nostris apud Westmonasterium implacitauit Iohannem Denham clericum, vicarium ecclesie parochialis beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie in comitatu Oxonie, de quatuor libris de arreragiis cuiusdam annui redditus viginti & sex solidorum & octo denariorum per breve

[1] The last sentence is in another hand. The seal of the Prior is of green wax, oval, but not pointed, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a greyhound in front of a bush; the inscription is illegible. The seal of the Chancellor in red wax is a pointed oval, somewhat broken, 2 inches by about 3 inches.

nostrum de annuitate, cuius quidem placiti tenor sequitur in hec verba:—Placita apud Westmonasterium coram Thoma Frowyk milite & sociis suis iusticiariis domini regis de Banco, de terminis Pasche anno regni regis Henrici septimi post conquestum decimo octavo rotulo CCC XXI, Oxon': Iohannes Denham clericus, vicarius ecclesie parochialis beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie in comitatu predicto in misericordia pro pluribus defaltis &c. Idem Iohannes summonitus fuit ad respondendum Roberto abbati monasterii beate Marie virginis de Oseney de placito quod reddat ei quatuor libras que ei aretro sunt de annuo redditu viginti & sex solidorum & octo denariorum, quem ei debet &c.; et unde idem abbas per Iohannem Bustard attornatum suum dicit quod cum ipsemet fuisset seisitus in iure monasterii sui predicti de predicto annuo redditu sive annua pencione viginti & sex solidorum & octo denariorum per manus cuiusdam Ricardi Broke nuper vicarii ecclesie predicte, predecessoris predicti Iohannis Denham nunc vicarii, singulis annis ad festum Pasche apud Oseney predictam soluendorum, idemque nunc abbas & omnes predecessores sui abbates monasterii predicti in iure monasterii illius successive fuerunt seisiti de annuo redditu sive annua pencione predicta per manus predicti Ricardi Broke nuper vicarii ecclesie predicte & omnium predecessorum suorum, vicariorum ecclesie illius, singulis annis ad predictum festum Pasche apud Oseney predictam solvenda a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit, et predictus Ricardus Broke postea obiit, post cuius mortem predictus Iohannes Denham in vicarium ecclesie predicte institutus & inductus fuit, ac idem nunc abbas fuisset seisitus de annuo redditu sive annua pencione predicta usque tres annos proximo ante diem impetracionis brevis originalis ipsius nunc abbatis, scilicet duodecimum diem Septembris anno regni domini regis nunc decimo octavo, quod predictus Iohannes Denham nunc vicarius ecclesie parochialis predicte annuum redditum sive annuam pencionem predictam eidem nunc abbati subtraxit et illum ei reddere contradixit et adhuc contradicit; unde dicit [quod] deterioratus est et dampnum habet ad valenciam centum solidorum, et inde producit sectam &c. Et predictus Iohannes Denham nunc vicarius per Ricardum Copcote attornatum suum venit et defendit vim & iniuriam quando &c., et dicit quod ipse est vicarius ecclesie parochialis predicte institutus & inductus in eadem ad presentacionem predicti nunc abbatis de Oseney vicarie illius patroni & invenit vicariam illam de annuo redditu sive annua pencione predicta ex-

oneratam & dicit quod ipse non potest eandem vicariam absque prefato nunc abbate, vicarie predicte patrono, & Willelmo episcopo Lincolniensi ecclesie illius ordinario de annuo redditu sive annua pencione onerare sive exonerare. Et petit auxilium de ipsis patrono & ordinario et ei conceditur &c. Ideo predictus nunc abbas, ut patronus vicarie predicte, & ordinarius sum[moniti sunt] quod sint hic a die Pasche in quinque septimanas ad respondendum prefato nunc abbati modo querenti simul cum ipso Iohanne Denham nunc vicario de predicto placito &c. Idem dies datus est partibus predictis hic &c. Ad quem diem hic venerunt tam predictus nunc abbas modo querens quam predictus Iohannes Denham nunc vicarius per attornatos suos predictos, et predictus nunc abbas patronus, & ordinarius sum[moniti] &c. per predictum Ricardum Copcote attornatum suum ven[erunt] et gratis se iungunt prefato Iohanni Denham, nunc vicario ecclesie predicte, ad respondendum prefato nunc abbati modo querenti simul cum eodem Iohanne Denham de predicto placito &c. Et super hoc predictus nunc abbas modo querens petit quod predicti Iohannes Denham nunc vicarius ac patronus & ordinarius respondeant sibi de predicto placito &c. Et predictus Iohannes Denham nunc vicarius ac patronus & ordinarius dicunt quod ipsi non possunt dedicere accionem predicti nunc abbatis modo querentis predict', nec quin idem Iohannes Denham nunc vicarius debeat & soluere teneatur eidem nunc abbati modo querenti predictum annuum redditum sive annuam pencionem viginti & sex solidorum & octo denariorum ad predictum festum Pasche annuatim apud Oseney predictam solvendorum, nec quin idem nunc abbas modo querens & omnes predecessores sui abbates monasterii predicti in iure monasterii illius successive fuerunt seisiti de annuo redditu sive annua pencione predicta per manus predicti Ricardi Broke nuper vicarii ecclesie predicte predecessoris ipsius Iohannis Denham nunc vicarii ibidem & omnium predecessorum suorum nuper vicariorum ecclesie illius singulis annis ad festum predictum apud Oseney predictam solvenda a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit, nec quin predicte quatuor libre de annuo redditu sive annua pencione predictis per predictos tres annos prefato nunc abbati modo querenti a retro existunt non solute prout idem nunc abbas modo querens superius versus eos narrat. Ideo consideratum est quod predictus nunc abbas modo querens recuperet versus predictum Iohannem Denham nunc vicarium predictum annuum redditum sive annuam pencionem viginti & sex solidorum & octo denariorum & arreragia

eiusdem tam ante diem impetracionis brevis originalis predicti quam post, necnon dampna sua occasione subtraccionis annui redditus siue annue pencionis illius ad decem solidos eidem nunc abbati modo querenti ex assensu suo per curiam hic adiudicata; que quidem arreragia et dampna in toto se attingunt ad quatuor libras & decem solidos; et idem Iohannes Denham nunc vicarius in misericordia &c. Que omnia & singula ad requisicionem predicti nunc abbatis tenore presencium duximus exemplificanda. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad brevia de Banco predicto sigillanda ordinat[um] presentibus apponi fecimus. Teste, T. Frowyk apud Westmonasterium XXIIII die Maii anno regni nostri decimo octavo. Muscote.[1]

2. Some General Deeds.

807.

[Hugh de Plugeney confirms to Oseney whatever they have received or shall receive of his fee in Northgate Hundred.]

S. Mary Mag. 50 B. 97 and 95 1190–1200

Notum sit cunctis fidelibus quod ego Hugo de Plugenet cum bona uoluntate mea & integro amore concessi & presenti carta confirmaui canonicis Oseneie pro dei amore & anime mee salute quicquid habent uel adquirere poterint de tenura mea extra portam de North de Oxenefordia, siue ex emptione, siue ex donatione hominum meorum, siue ex diuisis morientium, tam in domibus quam in terris & pratis & pascuis & terra arabili, tenendum de me & de heredibus meis libere & quiete per idem seruitium quod inde fieri solebat apud Hedendune tempore Regis Henrici primi. Hiis testibus, Radulfo capellano, Ricardo de Gersendune, Warnero de Lege, Radulfo Armigero, Seman Strut, Liefwin Coch, Willelmo Fabro, Hugone Wepere, Henrico filio Cristine, Siwardo Fabro & toto hundredo & multis aliis.[2]

808.

[A final concord about ten acres in Northgate Hundred.]

B. 105v July 7, 1235

Hec est finalis concordia facta in curia domini Regis apud Oxoniam die Sabbati proxima post Octabas apostolorum Petri & Pauli anno

[1] With the 'Sigillum pro brevibus co[ram iu]sticiariis'.

[2] The seal is $2\frac{1}{4}$ inches in diameter, grey wax varnished a reddish brown, an eagle with expanded wings, head turned to the right, SIGILLV[M HV]GONIS DE [PLVG]ENAI. Hugo de Plugenai held Northgate Hundred from 1142 to after 1200. The names of the witnesses suggest a date of 1190 or later.

regni regis Henrici filii regis Iohannis decimo nono, coram Luc[a] Abbate de Abbendone, Willelmo de Ebor', Radulfo de Norwic, Willelmo de Insula & Roberto de Aumary, iusticiariis itinerantibus & aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Isabellam que fuit uxor Galfridi Sturdy petentem & Iohannem Abbatem de Oseneya tenentem de tercia parte decem acrarum terre cum pertinentiis in suburbio Oxonie, quam terciam partem predicta Isabella clamabat esse racionabilem dotem suam que eam contingit de libero tenemento quod fuit predicti Galfridi quondam uiri sui in eodem suburbio; et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predicta Isabella remisit & quietum clamauit de se eidem Abbati & successoribus suis & ecclesie sue de Oseneya totum ius & clamium quod habuit in tota predicta tercia parte cum pertinenciis nomine dotis in perpetuum. Et pro hac remissione, quieta clamancia, fine & concordia, idem Abbas dedit predicte Isabelle quindecim solidos sterlingorum.[1]

809.

[Houses in the parish of St. Mary Magdalen, held feudally of Oseney, which pay rents to Philippa of Headington, countess.][2]

[Elyas] Cultellarius[3] tenet a domino abbate [ ] de dono Agnetis le Marcher. [ ] Willelmus Barun tenuit est de dono Ernaldi le [ ] Walterus Bast tenet de heredibus Iohannis Kepeharm[4] [ ]. Item contra aulam[5] domini regis est quedam domus [quam] dominus abbas tenet de Willelmo Milward reddendo inde annuatim sibi xv [ ]. Item quedam mansio de dono Walteri Bast reddendo inde annuatim comitisse de Hedindone v denarios, scilicet ad festum sancti Michaelis.[6] Item de dono eiusdem Walteri Bast est quedam alia mansio, unde Willelmus Molendinarius de Stantone tenetur soluere comitisse de Hedindone xii d. pro domino abbate de Oseneya.[7] Item est

O. C. 17 c. 1260

[1] The original foot is also preserved at the Record Office.

[2] The deed is in bad condition. The date must be before November 29, 1266, by which time Philippa of Headington, once Countess of Warwick, was dead (*Excerpt. e rot. fin.*, ii. 431).

[3] The early rentals give a quitrent from the house of Elyas le Quilter. This entry suggests that it was included in the grant of Agnes le Marcher, deed no. 836.

[4] In Irishman's Street: see nos. 826–9.

[5] See no. 817.

[6] No. 817 says the rent was *6d.*

[7] Probably opposite Gloucester College; see nos. 813, 814.

quedam alia mansio in Orsmangerstret de dono Galfridi Carpentarii.[1] Item est quedam mansio que fuit de feodo Galfridi Aurifabri, & Willelmus le Sauser tenet illam mansionem a domino abbate de Oseneya in feodo.[2] Item Godefridus Bovetoun tenet quandam domum de eodem feodo.[3] Item de quadam fabrica in vico extra portam aquilonarem de dono Giliberti Fabri.[4] Item domus Willelmi Molendinarii est de feodo Henrici Symeonis antiqui siue veteris.[5] Item terra Iohannis Wid fuit de dono Roberti Coopertarii. Item domus Rogeri Fidmile fuit de dono Hugonis Carpentarii.[6] Edid le Osteler tenet unam domum a domino abbate de Oseneya de dono Giliberti viri sui.[7] Henricus le Sauser tenet quandam domum de dono Simonis Balehorn.[8] Item idem Henricus le Sauser tenet quandam aliam domum de dono Agnetis le Marker.[9] Item Willelmus de Cocusham tenet domum unam que fuit de dono Iacobi Coruesarii.[10]

Hec tenementa supradicta tenentur de nobis in feodo, & feodati se defendunt.

810.

[Henry VI remits a charge which had been raised against the abbot of Oseney.]

S. Mary Mag. 67 Nov. 6, 1445

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus [&c.] salutem. Sciatis quod cum nos per supplicacionem ex parte abbatis & conuentus domus & ecclesie beate Marie de Oseney nobis exhibitam intelleximus qualiter die Martis proxima post festum sancti Luce Euangeliste, anno regni nostri vicesimo tercio apud Tame in comitatu Oxonie per duodecim homines pro nobis iuratos virtute cuiusdam inquisicionis coram Willelmo Boorde tunc escaetore nostro in eodem comitatu capte presentatum fuit quod idem abbas [&c.] perquirebat sibi & successoribus suis de Thoma Daguyle unum gardinum in Schydelane in suburbiis Oxonie & unum cotagium absque licencia nostra, quod quidem gardinum valebat per annum sex solidos & octo denarios, ac dictum cotagium decem solidos per annum ; & quod idem Abbas perquirebat sibi & successoribus suis de Thoma Couentre duo tenementa super Candyche in suburbiis

[1] The deed does not survive.
[2] See nos. 846 and 850.
[3] See no. 848.
[4] The deed does not exist.
[5] See no. 862.
[6] No. 862 shows that the rents were given by Henry Symeon, not by Hugh Carpenter.
[7] Probably a tenement on the east side of St. Giles'.
[8] On the site of Balliol, see no. 897.
[9] See no. 833.
[10] This cannot be identified.

Oxonie, licencia nostra superinde non obtenta, que quidem tenementa valebant per annum XIII s. & IIII d. ultra reprisas, prout in inquisicione predicta plenius apparet, ubi de facto predictus Abbas gardinum, cotagium & tenementa predicta minime perquirebat, set tempore quo ipse in Abbatem ibidem electus fuit, eedem domus & ecclesia de eisdem seisite fuerunt, ut dicit; Nos igitur premissa considerantes & qualiter presentamentum illud ex graui malicia factum fuit, ut dicitur, de gracia nostra speciali licenciam dedimus eisdem Abbati & conuentui in gardinum, cotagium & tenementa predicta ingredi, ac ea habere, tenere & occupare, ac eis sibi & successoribus suis imperpetuum gaudere, predicta inquisicione vel aliqua indebita recitacione inde vel aliquo alio titulo nobis pertinenti seu aliqua causa vel materia alia non obstante. Et ulterius de uberiori gracia nostra perdonauimus & remittimus eisdem abbati & conuentui omnimodos ingressus & perquisiciones sibi de terris & tenementis in manum mortuam ante vicesimum diem Septembris ultimo preteriti factas ac omnimodos ingressus & perquisiciones per ipsos vel aliquem predecessorum suorum de terris & tenementis ante predictum vicesimum diem Septembris factas, siue perpetratas, necnon omnimodas transgressiones & offensas per ipsos in hac parte factas. Et insuper de habundanti gracia nostra concessimus eisdem Abbati & conuentui & successoribus suis quod ipsi de cetero sint quieti & exonerati in omnibus locis de colleccione & leuacione decimarum, oneracionum & subsidiorum quorumcunque nobis, heredibus vel successoribus nostris per clerum istius regni nostri Anglie pro tempore existentem imposterum concedendorum, dicto comitatu Oxonie excepto, & quod ipsi de cetero ad colligendum vel leuandum aliqua decimas, oneraciones vel subsidia aliqua in forma predicta extra comitatum predictum sic concedenda, nullatenus compellantur vel onerentur; & licet ipsi vel aliquis eorum imposterum deputentur vel assignentur per aliquam personam vel aliquas personas ad colligendum vel leuandum decimas, oneraciones vel subsidia quecumque in aliquo alio loco quam infra dictum comitatum, quod tunc bene licebit eis ad huiusmodi decimas, oneraciones & subsidia colligenda negare & penitus recusare, & quod ipsi occasione non factur[e] seu recusacionis huiusmodi aliquod dampnum vel deperditum minime incurrant. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium sexto die Nouembris, anno regni nostri vicesimo quarto.

Per breue de priuato sigillo & de data predicta auctoritate parliamenti. Monter.

[*Endorsed*] Irrotulatur in memorandis Scaccarii de anno vicesimo quarto regis Henrici sexti, videlicet inter recorda de termino sancti Hillarii rotulo VII, ex parte rememoratoris Thesaurarii.[1]

3. Next to Gloucester College.

The rent collector of the parish of St. Mary Magdalen began in Stockwell Street (Walton Street), and worked southward to Irishman's Street (George Street); then eastward to St. Giles's; then northwards along the west side, and southwards along the east side, and then along Broad Street. The properties in Stockwell Street appear only in the earlier rentals; after 1300 they fell into decay, and the tenements in Irishman's Street after 1350. To avoid the small payments to Northgate Hundred the properties were allowed to escheat to the lord of the Hundred, and in 1592, when the Town purchased the Hundred of Northgate, the land on the north side of George Street was waste.

The following four deeds are about a property on the west side of Stockwell Street, next to Gloucester College on the north side. Although it became the property of Oseney by 1468, there is no mention of it in the rentals. Probably the explanation is that the land on the west side of Stockwell Street, from Gloucester College northwards, formed the property of Oseney called Twentyacre, which was a small manor with its court, and the rents of Twentyacre, as also of Walton, do not appear in the rentals of the town of Oxford. For the reason why Gloucester College is called the land of the Prior of Malmesbury see *Snappe*, &c. (O.H.S.), p. 347. It is probable that a deed has been lost by which Robert Wilkinson conveyed the property to Oseney.

811.

[Richard Suarstone quitclaims to William Colton a garden in Stockwell Street.]

S. Giles 8 Aug. 1, 1407

Nouerint uniuersi me Ricardum Suarstone de Hanebergh' remisisse & relaxasse & quietum clamasse Willelmo Coltone de Oxon' & Margarete uxori eius, heredibus & assignatis suis imperpetuum totum ius meum & clameum que habeo, habui seu quouis modo in futurum

[1] In the list of the deeds of Christ Church made about 1670, deed no. 68, which is now missing, is described as 'a mandate from Pope Eugenius, dated 1446, appointing judges touching the said matter; the abbot of Abingdon first named therein recites the licence of Henry VI and confirms the same and discharges Oseney from being collectors &c. and from all censures; dated Comnore church, May 13, 1446, attested by Robert Darcy public notary'.

habere potero in uno gardino cum suis pert. iacente in suburb[io] Oxon' in Stokwellestrete inter terram Iohannis Spicer[1] ex parte boriali & placeam Prioris de Malmesburye ex parte australi; ita quod nec ego [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Sprunt maiore ville Oxon', Iohanne Spicer & Iohanne Lodelowe balliuis eiusdem ville, Ricardo Garstone, Iohanne Merstone, Edmundo Kynyane, Waltero Daundeseye aldremannis, Thoma Hamptone, Nicholao Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxon' in festo sancti Petri quod dictur ad uincula anno r.r. Henrici IV octauo.

812.

[Thomas atte Were and his wife grant a garden to Mag. John Arundell.]

S. Thomas drawer Jan. 20, 1427

Sciant [&c.] quod nos Thomas atte Were de Oxon' & Margareta uxor mea dedimus [&c.] magistro Iohanni Arundell clerico unum gardinum cum pert. in suburbio Oxonie in Stokwellestrete inter terram Iohannis Spicer ex parte boreali & placeam Prioris de Malmesbury ex parte australi; habendum & tenendum prefato magistro Iohanni, heredibus, & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Offorde maiore ville Oxon', Willelmo Herberfeld & Iohanne Whatele balliuis eiusdem ville, Thoma Gibbys, Thoma Couentre, Willelmo Bramptone, Iohanne Shawe aldremannis, Michaele Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxon' vicesimo die Ianuarii, anno regni regis Henrici sexti post conquestum quinto.

812 A.

[John Arundell grants it to Thomas atte Were and Margaret his wife for the term of her life.]

South Oseney drawer Jan. 29 1427

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Arundell clericus dedi [&c.] Thome atte Were de Oxon' & Margarete uxori eius unum gardinum cum pert. iacens in suburbio Oxon' in Stokewellestrete inter terram

[1] On October 10, 1393, William Bergevenny granted to Mag. Ioh. Monk, Robert Boterwyke, beadle, and William Colton, a garden in Stockwell Street, between a garden of John Spicer N. and 'the plat of the Prior of Malmesbury alias of the monks of Gloucester' S. (Twyne, xxiii. 632).

Iohannis Spic[er] ex parte boreali & placeam Prioris de Malmesburi ex parte australi; habendum & tenendum predictum gardinum cum pert. prefatis Thome & Margarete ad totum terminum vite ipsius Margarete de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta; reddendo inde annuatim durante termino predicto michi & heredibus meis unum denarium in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste. Et ego predictus Iohannes Arundell & heredes mei predictum gardinum cum pert., quociens necesse fuerit, sumptibus nostris sustentabimus & reparabimus per totum terminum predictum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Offord maiore ville Oxon', Willelmo Herberfeld & Iohanne Whatele balliuis eiusdem ville, Hugone Benet, Michaele Norton clerico & aliis. Dat. apud Oxon' xxix die Januarii 5 Hen. VI.

812 B.

[Robert Wylkynson quitclaims a garden to Oseney.]

S. Mary Mag. 65 March 1, 1468

Omnibus [&c.] Robertus Wylkynson de London yremonger & Alicia eius uxor salutem. Noueritis nos remisisse, relaxasse & omnino pro nobis & heredibus nostris quietum clamasse Iohanni Walton, Abbati de Oseney, & eiusdem loci conuentui in sua possessione existen' & eorum successoribus totum ius nostrum & clameum, que umquam habuimus, habemus seu quouismodo habere poterimus in uno gardino cum pert. iacente in suburbio Oxonie in Stocwelstrete inter terram nuper Iohannis Spicer ex parte boreali & placeam Prioris de Malmesbury ex parte australi, quod quidem gardinum cum suis pert. habuimus simul cum aliis ex concessione & feoffamento reuerendi in Cristo patris domini Iohannis Arundell', Cicestrensis episcopi, ita ut [&c.]. In cuius [&c. sealing]. Dat' primo die Marcii, anno regni regis Edwardi quarti septimo.

4. On the East Side of Stockwell Street.

The first property of Oseney in the rentals is described as four cottages, subsequently reduced to two, on the land once of Robert de Celario 'opposite the Hospital', i. e. opposite the land of the Hospitallers of Jerusalem, which was the northern part of Gloucester College. In the following deeds Walter de Goseford seems to be the same as Walter Bast. The northern property, once of John Justice, was given to Walter

Bast by Lucia Justice; he granted it to Robert de Swyneshead, retaining a rent of eight shillings; this rent he gave to Oseney, and in a short time the property must have escheated to Oseney for non-payment of rent, and was subsequently let for 4*s*. a year. On the south was the tenement once of Ernald the carpenter; this was acquired in two portions, and when given to Oseney was described as two houses between John Justice and Adam the Miller, but by the beginning of the rentals it was only a cottage. All this property was granted to the king in 1317 (no. 323), when it was two messuages between a tenement of the chantry of St. Mary in the Church of St. Mary Magdalen N., Robert le Dreyere S., and the wall once of the king's residence E.

813.

[Lucia, daughter of John Justise, grants to Walter Bast a messuage in Stockwell Street.]

S. Mary Mag. 46 c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Lucia filia Iohannis Iustise, uxor Willelmi Molendinarii, dedi & concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Waltero Bast & heredibus suis uel suis assignatis quoddam mesuagium cum pert. suis in Stokwelstrate in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie contra domum Hospitalariorum sancti Iohannis uersus orientem, uidelicet illam terram que iacet inter terram que quondam fuit Ernaldi carpentarii & terram Ricardi Huelm; tenendam & habendam de me & heredibus meis, sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere & quiete, bene & in pace, integre sine ullo retenemento; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ille & heredes sui vel sui assignati duos solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruitio & exaccione & demanda & secta curie & quibuscunque rebus aliis, uidelicet [vi d. on March 25, June 24, Sept. 29, and Dec. 21]. Pro hac autem donacione [&c.] predictus Walterus Bast dedit michi ad maximum negotium meum uiginti octo solidos pre manibus. Et ego Lucia & heredes mei [&c. warranty]: & si contigerit me Luciam dictum Willelmum uirum meum superuixisse & predicte donacioni & concessioni aliquociens uoluerim obuiare & contradicere, ego taliter dicto Waltero Bast & heredibus suis uel suis assignatis me obligo ut ipsi me sentencia excommunicacionis per omnes ecclesias comitatus Oxonie tam infra Oxoniam quam extra faciant alligari, & etiam incarcerari ne ullo modo a carcere liberari possim, donec Waltero Bast & heredibus suis uel suis assignatis plenarie in omnibus satisfecero. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Saucer tunc bailliuo Hundrede [*sic*],

Alano Dudeling, Iohanne Ruffo, Henrico Weper, Henrico Saucer, Rogero Hendiman, Radulfo Stiuur, Helia Harloc, Thoma Talebot, Ricardo carpentario & multis aliis.[1]

814.

[Walter de Goseford grants to Robert de Swyneshead a messuage at a rent of eight shillings.]

S. Mary Mag. 107 c. 1242

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus de Goseford dedi, concessi, dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Roberto de Suynesheued quoddam mesuagium in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene in uico de Stocwelle, illud scilicet quod est inter mesuagium Ade Payn ex parte aquilonari & mesuagium quondam Arnaldi carpentarii ex parte australi cum omnibus pertinentiis suis, habendum & tenendum predicto Roberto & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis libere, quiete, bene & in pace cum omnibus libertatibus predicto mesuagio pertinentibus, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ipse & heredes sui uel sui assignati octo solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruicio & exaccione, uidelicet ad festum sancti Micaelis duos solidos [and Dec. 21, Mar. 25, and June 24]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Robertus de Suynesheued duas marcas in gersummam pre manibus. Et ego [&c. warranty], & ad maiorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui; hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc balliuo, Radulfo Plumbario, Galfrido Trutun, Henrico le Sauser, [,], Willelmo de Wodestoke & multis aliis.

815.

[Milisent, daughter of Ernald, grants to Walter de Goseford her land in Stockwell Street.]

S. Mary Mag. 44 c. 1235

Sciant [&c.] quod ego Milissent filia Ernaldi Carpentarii concessi & dimisi & liberaui [&c.] Waltero de Goseford & heredibus suis totam terram meam cum omnibus pert. suis in Stocwellestrete in parochia Sancte Marie Magdalene, illam uidelicet terram que iacet

[1] Seal, green, a pointed oval, about $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, the central spike being an ear of corn, with two extra tongues of flame; S. WILLELMI LE MOVNER.

inter terram Iohannis Iustise ex una parte & terram Willelmi Molendinarii ex altera parte; habendam & tenendam de me & heredibus meis sibi & heredibus suis uel cuicunque dare uel assignare uel legare uoluerit in perpetuum, libere & quiete [&c.] reddendo inde annuatim capitali domino feodi sex denarios ad festum sancti Michaelis & predicte Miliseint & heredibus suis unum denarium ad eundem terminum pro omni seruicio [&c.]. Ego uero predicta Miliseint [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi predictus Walterus de Goseford septem solidos & sex denarios sterlingorum in gersuma. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Simone Balehorne, Andreo [*sic*] de Wolgericote, Radulfo Plumbario, Willelmo Salsario, Iohanne Marescallo, Henrico Weper, Widone Boltere, Ricardo Neldere, Roberto Costard, Simone de Hethrop clerico & multis aliis.[1]

816.

[Martin Palmer and Hugh de Hekintone grant land in Stockwell Street to Walter de Goseford.]

S. Mary Mag. 44 c. 1235

Sciant [&c.] quod ego Martinus Palmerius & ego Hugo de Hekintone concessimus & dimisimus & liberauimus [&c.] Waltero de Goseford totam terram nostram cum omnibus pert. suis in Stocwellestrete in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, illam uidelicet terram que iacet inter terram que fuit Iohannis Iustise ex una parte & terram Willelmi Molendinarii ex altera parte, excepto uno bordello propinquiore terre dicti Iohannis, quam scilicet emimus de Miliseint & Felicia, que fuerunt filie Ernaldi carpentarii; habendam & tenendam de nobis & heredibus nostris sibi & heredibus suis uel cuicunque assignare uoluerit inperpetuum, libere & quiete, integre & pacifice & honorifice; reddendo inde annuatim capitali domino feodi sex denarios ad festum sancti Michaelis & predictis Miliseint & Felicie unum denarium ad eundem terminum pro omni seruicio, exaccione & demanda, nobis uel heredibus nostris pertinente. Ego uero predictus Martinus Palmerius & ego Hugo de Hekintone [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] predictus Walterus de Goseford dedit nobis octo solidos esterlingorum in gersume. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Simone Bale-

[1] Seal, a pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a misshapen fleur-de-lis, or five ears of corn; SIGILLV MILESENT; green, varnished brown.

horne, Andrea de Wolgericote, Radulfo Plumbario, Willelmo Salsario, Iohanne Marescallo, Henrico Wepere, Wydone Boltere, Ricardo Nedlere [*sic*], Roberto Costard, Simone de Hethrop clerico & multis aliis.[1]

817.

[Walter Bast grants to Oseney three houses and a rent.]

S. Mary Mag. 47 B. 109v Mich. 1247–Mich. 1249

Sciant [&c.] quod ego Walterus Bast de Oxonia pro salute mea & meorum dedi, concessi, liberaui [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya [&c.] terras, redditum in Oxonia & tenementa subscripta & quicquid in eisdem habui uel habere potui sine ullo retinemento michi uel heredibus meis in perpetuum ; tenenda & habenda dictis ecclesie & canonicis in liberam & perpetuam elemosinam libere & quiete in perpetuum ; uidelicet domum meam cum pert. in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, que est inter terram Willelmi Utrake ex parte orientali & terram Wydonis de Norwiz ex parte occidentali, reddendo inde annuatim Cristiane que fuit uxor Laurencii Kepeharme & heredibus eius nouem denarios, scilicet ad festum sancti Michaelis quatuor denarios et obulum et ad festum sancte Marie in Marcio quatuor denarios et obulum, et Cristiane sorori Iohannis Sewy & heredibus eius nouem denarios, scilicet ad terminos predictos modo predicto pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda ; item duas domos in parochia sancte Marie Magdalene que sunt inter terram que fuit Iohannis Iustise & terram que fuit Ade le Musner, reddendo inde annuatim sex denarios balliuo domini de Hedendun extra portam aquilonarem Oxonie ad festum sancti Michaelis & unum denarium heredibus Milisent filie Arnaldi Carpentarii pro omni seruicio seculari & exaccione ; item redditum octo solidorum annuatim de domo Roberti de Celario in parochia Marie Magdalene contra hospitale de Stocwelle, que est inter terram Ernaldi Carpentarii & terram que fuit Ade Pain, percipiendorum in quatuor anni terminis, singulis terminis duos solidos, scilicet ad Natale domini, ad festum sancte Marie in Marcio, ad festum sancti Iohannis Baptiste & ad festum sancti Michaelis, reddendo inde annuatim Willelmo molendinario de [Stan]tune[2] &

[1] A circular seal, green, varnished brown, about 1¼ inches in diameter, a fleur-de-lis with two extra tongues ; inscription apparently S. [HUG]ONIS D' H'KINT'.

[2] We are able to restore this word by means of deed no. 809.

heredibus eius uel assignatis II s. in duobus anni terminis, viz. ad festum sancti Michaelis & ad festum sancte Marie in Marcio pro omni seruicio. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Stocwelle, tunc Oxonie maiore, Willelmo le Sauser balliuo extra portam aquilonarem, Willelmo le Cuteller, Henrico le Sauser, Radulfo le Plummer, Iohanne fratre eius, Alano Dudeling, Galfrido Trutun, Iohanne Mareschal & multis aliis.

818.

[A corrody to Walter Bast.]

B. 203r before June 4, 1249

Omnibus [&c.] frater I. miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse speciali amico nostro Waltero Bast de Oxon' ad sustentacionem sua[m &] Rikoise uxori sue quoaduixerint singulis septi[manis] septem albas michas canonicorum & totidem bisas michas & de ceruisia decem galones & unum potellum ceruisie conuentus & de coquina singulis diebus unum ferculum duplex de generali; & inueniemus eis hospicium competens; & si dicta uxor eius superuixerit eum, habebit medietatem omnium predictorum, & inueniemus ei hospitium competens. Hec omnia concessimus eis, quamdiu domos & redditum, quem dedit nobis predictus Walterus in Oxonia, nobis waran[tizare poterit]; et si dotem petere uoluerit [Rikoisa uxor eius] de tenementis que de dic[to Waltero . . . *the rest is wanting.*]

5. Land of Alice Godwin.

The following document from the Cotton Cartulary is also to be found in *Cart. St. Frid.* i. 361. Yet it does not appear from the records of Oseney or of St. Frideswide's that the property passed into the possession of St. Frideswide's. The solution of the difficulty is probably supplied by a deed in *Cart. St. Frid.* i. 362, which suggests that the Walter of this deed is the same as the Walter Steel who left to his brother William a property in the parish of St. Mary Magdalen, between Walter Martin and Henry Godwin, paying a quitrent of 3*s.* a year to Oseney. As he also held a property of St. Frideswide's, the deed of the Oseney property passed by mistake into the hands of the canons of St. Frideswide's. The properties of William Steel were acquired by Pentecost about 1230. In the earliest Oseney rentals it seems to be the land of Alice Godwin, which paid a feudal rent of three shillings. In another rental the payment is

from Alice Hendeman, probably the same person. By the rental of 1317 the tenement was no longer occupied, and had escheated to Oseney, and was let for sixpence a year. The sequence of entries in the rentals suggests that it was on the east side of Stockwell Street, near its junction with Irishman's Street. It is unknown how the abbey obtained the property.

819.

[Oseney grants land to Walter, son-in-law of William Grente.]

B. 180v 1190–1200

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo Abbas Oseneye & eiusdem loci Conuentus concessimus [&c.] Waltero genero Willelmi Grente & Cristiane uxori eius & heredibus eorum terram que fuit Iohannis filii Siward in parochia sancte Marie Magdalene, tenendam de nobis libere & [quiete pro tribus solidis][1] annuatim inde apud Oseneyam reddendis, scilicet ad festum sancti Michaelis XVIII d., & ad Annuntiationem sancte Marie alios XVIII d. Inde fecerunt fidelitatem, & in recognitionem dederunt unum bizancium: hiis testibus, Willelmo presbitero [de sancta Maria Magdalena], Willelmo filio Radulfi, Willelmo Grente, Go[celino filio Safari], Radulfo filio Burewold', Roberto filio Su[negod,]leman, Philippo Fabro, Roberto Co[co].

6. The House of Robert Hurre.

We learn from *Cart. St. Frid.* i. 368 that the house of Robert Hurre was in Irishman's Street, and by the help of the *Hundred Rolls* we know that it was the third tenement from the corner of Stockwell Street and Irishman's Street. Oseney failed to obtain this property.

820.

[Eva, widow of Alexander of Wootton, promises to support the abbot of Oseney in his lawsuit about Woodcock Hall in St. Mary's and a tenement outside North Gate.]

S. Mary Mag. 49 July 25, 1223

Omnibus [&c.], Eua relicta Alexandri salutem. Notum sit uobis quod ego anno M CC XXIII feria secunda proxima ante festum beati Petri ad Vincula apud Oseneyam constituta Ricardo, abbati eiusdem loci, sacramento interposito & fide media promisi & concessi quod

[1] May be supplied from *Cart. St. Frid.* i. 361.

per omnia consilium & uoluntatem eiusdem R. abbatis plene & absque reclamacione sequar & quoad possum adimplebo super placito prosequendo quod motum est inter Ysabelam filiam meam & Robertum filium Laurencii super porcione que eandem contingit in tenemento quod fuit quondam Willelmi Wodecoc in Oxonia. Insuper predictis obligationibus astricta fideliter concessi & firmaui eiusdem Abbatis sequi uoluntatem super iure & placito illorum tenementorum que Robertus Hurre ei deforciat de feudo Comitis de Warewic'[1] extra portam aquilonarem Oxonie. Rursum predictis modis confirmaui conuencionem & concessionem quam fecit predicta filia mea Abbati & domui de Oseneya super portione que eam contingit in tenemento supradicto, quod fuit Willelmi Wodecoc. Hiis testibus, Henrico Portario, Gileberto de Appellhanger, Gileberto de Stanes, Henrico de Camera. Pro hac autem concessione mea dederunt michi predicti abbas & conuentus singulis annis unum quarterium bladi, medietas cuius erit frumenti, & alia ordei, & unam tunicam & unum par sotularium.

821.

[Isabella, daughter of Alexander of Wootton, confirms to Oseney her portion in a tenement without North Gate.]

Notum sit presentibus & futuris quod ego Isabel filia Alexandri de Wotune concessi & hac presenti carta confirmaui deo & ecclesie beate Marie de Osen' [&c.] totam illam portionem que [me conti]ngit & totum clamium & ius quod habui uel habere potui in tenementis que Robertus Urre michi de[forciat] de feudo Comitis de Warewic extra portam aquilonarem Oxon'; habendum & tenendum in perpetuum, libere & pure. Et ego sacramento interposito fideliter promisi quod huic concessioni nec per me nec per alium contradicam. Pro hac autem concessione & confirmatione & quieta clamatione dederunt michi Abbas & canonici Osen' unam marcam argenti in ingressu [pre manibus] & singulis annis uite mee unum quarterium bladi dabunt, cuius medietas erit frumenti, & alia ordei, & unum pallium & unum par sotularium. Hiis testibus, Philippo molendinario, [ ] Gileberto de Appelhanger, Gileberto de Stanes, Henrico de Camera & aliis. **B. 101v July 25, 1223**

[1] In 1220, Henry, earl of Warwick, married Philippa, whose father, Thomas Basset of Headington, died in 1220 (Dugdale, *Bar.*, pp. 72, 383).

7. A House given by Emma, Widow of Walter Bast.

The sequence of the entries in the *Hundred Rolls* shows that this tenement was on the north side of Irishman's Street, the sixth tenement from the west end. In the *Hundred Rolls* it is described as two cottages given by Walter Bast, but in the survey of 1291 (as yet unprinted) it is described as a tenement of Oseney, once of Henry Gwydonis. In the rentals it is called *domus Bast* or *domus que fuit Walteri Bast.*

822.

[Henry fitz-With and his wife grant a messuage to Thomas, priest.]

S. Mary Mag. 102 c. 1220

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus filius Wiz & Scolastica uxor mea & heredes mei concessimus & liberauimus Thome capellano mesuagium & terram illam cum omnibus pertinentiis suis, scilicet illam que fuit Henrici filii Cristiane, quam idem Henricus filius Cristiane dedit michi cum Scolastica filia sua in libero coniugio quando eam duxi in uxorem, scilicet illam que iacet extra portam aquilonalem inter mesuagium Ade Ruffi que [*sic*] fuit Roberto Burewald & Henrici filii Cristiane, libere & quiete ab omni seruicio & exactione seculari michi pertinente & heredibus meis, habendam & tenendam de me & de heredibus meis in feudo & hereditate sibi uel cui dare uel legare uel resignare illam terram uoluerit & heredibus suis pro duobus solidis michi & heredibus meis annuatim persoluendis ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis XII denarios et ad festum sancte Marie in Marcio XII denarios. Propter autem hanc liberationem & concessionem predictus Thomas capellanus dedit nobis XX solidos in gersumia, scilicet unam marcam argenti michi, & dimidiam marcam predicte Scolastice uxori mee. Et sciendum quod ego Henricus & uxor mea & heredes mei [&c warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Roberto capellano de Wesburi, Ade [*sic*] Ruffo, Thome filio Edwini, Roberto Marsch'[1] Oxonie, Rogero Lutheswein, Waltero de Muro, Thome Canon, Galfrido Sturdi, Willelmo Caisero, Rogero bon dreit, Willelmo carpentario et multis aliis.[2]

[1] The word is blurred: it may be 'Marsch[er]' or 'Marsc[al]lo'.

[2] Endorsed in a hand of about 1280, 'Carta Emme uxoris Walteri Bast de quadam domo'.

823.

[Scolastica, widow of Henry fitz-With, confirms and quit-claims a messuage to William le Brut, the assign of Thomas of Herdintune.]

Sciant presentes & futuri quod ego Scolastica que fui uxor Henrici filii Wydonis in propria uiduitate mea concessi, quietum clamaui & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo le Brut de Wlgericote, assignato Thome capellani de Herdintune, & heredibus suis illud messuagium cum pertinenciis quod predictus Henricus quondam maritus meus & ego prefato T. capellano uendidimus de maritagio meo sicut carta nostra inde confecta testatur. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi predictus Willelmus octo solidos argenti. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Simone Balehorn, Andrea le Beriere, Ricardo Walense, Ricardo fratre Scolastice, Pentecost' de Oxonia & aliis.[1] **S. Mary Mag. 101 c. 1230**

824.

[Joan, daughter of William le Brit, grants a house to Emma le Tournur.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohanna filia Willelmi le Brit dedi [&c.] Emme le Tournur totam illam terram cum pertinenciis suis iacentem inter terram que fuit Radulfi le Stiuur & terram Ricardi de Berkinge in parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie; tenendam & habendam de me & heredibus meis sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere & quiete, bene & in pace & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum denarium ad Pascha pro omni seruicio, consuetudine & demanda, saluo seruicio dominorum capitalium illius feodi. Et ego [&c. warranty]. Et propter istam donacionem [&c.] dedit michi dicta Emma tres marcas sterlingorum in gersummam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Rogero le Teylur, Helya Culcitrario, Ricardo de Berkinge, Rogero le Bolter, Henricho [*sic*] Sturdi, Iohanne de Lincolnia, Willelmo Ybernico tunc balliuo & multis aliis. **S. Mary Mag. 42 c. 1256**

[1] Seal, a small pointed oval, white, a bird with expanded wings, SIGIL' SCOLASTICE. The deed is endorsed in a hand of about 1280, 'Carta Emme uxoris Walteri Bast de quadam domo'.

825.

[Emma le Tourner, widow of Walter Bast, quitclaims a house to Oseney.]

S. Mary Mag. 43 Mich. 1257–Mich. 1258

Omnibus [&c.] Emma le Tourner, relicta Walteri Bast de Oxon', salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me in uiduitate & ligia potestate mea concessisse, remisisse & quietum clamasse pro me & heredibus meis uel meis assignatis in perpetuum domino Ricardo abbati Oseneye [&c.] totum ius & clamium quod habui uel habere potui in tota terra illa cum mesuagio & pert. suis que iacet inter terram que fuit Radulfi le Stiuuer ex una parte & terram Ricardi de Berkynge ex altera in parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxon'; pro hac autem concessione [&c.] dederunt michi dicti Abbas & Conuentus unam marcam argenti. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Iohanne Pady tunc prepositis, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Willelmo de Lecche, Roberto de Etona & aliis.[1]

8. The House of Walter Bast in Irishman's Street.

This house was given to Oseney by deed no. 817. A comparison of the second and third of these deeds implies that Walter de Goseford and Walter Bast were the same. In the early rentals it is two cottages called *Bongoie*; they were afterwards held by Robert de Brackele.

826.

[Laurence Kepeharme grants land to William de Kantebrigge.]

O. C. 505 c. 1210

Sciant presentes & futuri quod ego Laurentius [Kepeharme concessi], dimisi & liberaui Willelmo de Kantebrigge quandam terram meam extra portam aquilonarem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene, scilicet [ ] que iacet inter terram Radulfi Kenne & terram que fuit Hugonis de Bladene; tenendam & habendam sibi & heredibus suis de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete, plene & integre; reddendo inde annuatim

[1] A neat seal; a pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{5}{8}$ inch, a woman's head facing the left, S. EMME LE TVRNVR. She must have married Walter Bast after the death of Rikoisa, his first wife.

michi & heredibus meis XVIII d. pro omni seruicio ad duos anni terminos, scilicet IX d. ad Pascha & IX d. ad festum sancti Michaelis; et ego Laurentius & heredes mei warantizabimus predictam terram predicto Willelmo & heredibus suis contra omnes homines, mares & feminas. Et pro hac concessione, dimisione, liberatione & warantizatione predictus Willelmus dedit michi in gersuma III bisancios auri. Et quia uolui ut omnia suprascripta sicut prediuisa sunt, firma & stabilia permaneant, presens scriptum sigilli mei impressione corroboraui, hiis testibus, Benedicto Kepharm, Ricardo filio Henrici, Pentecost', Roberto Treigod, Galfrido Sturdi, Andrea de Wlgarecote, Simone Baleorne, Stephano clerico & multis aliis.[1]

827.

[Nicholas Balehorn grants to Walter de Oseney a rent of two shillings.]

S. Mary Mag. 95 1235-43

Sciant [&c.] quod ego Nicholaus Balehorn heres Symonis Balehorn assensu & uoluntate Willelmi filii mei & heredis mei dedi & concessi Waltero de Osene duos solidos redditus de terra Walteri Bast pro seruicio suo, quam terram dictus Walterus tenuit quondam de Symone Balehorn, que iacet inter terram Willelmi Outerake & terram Wyt le Bolther in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, cum toto iure ad predictum redditum pertinente, scilicet ad Natale Domini sex denarios [and March 25, June 24, and Sept. 29], tenendos & habendos de me & heredibus meis uel meis assignatis, sibi & heredibus suis uel suis assignatis, bene & in pace, libere & quiete; reddendo inde annuatim ipse & heredes sui uel sui assignati michi & heredibus meis uel meis assignatis unum obolum argenti ad Pascha pro omni seruicio & consuetudine, seculari actione [*sic*] & demanda. Ego uero [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Capellano tunc uicar[io],[2] Willelmo Sauser tunc bailiuo, Philippo Molendinario, Henrico Symian, Radulfo Plomer, Radulfo Aurifabro, Willelmo Cotiller, Alano Duddeling, Willelmo clerico scriptore presentis scripti & multis aliis.[3]

[1] Endorsed *Carta L. Kepeharme de messuagio Walteri Bast.*

[2] William Capellanus was vicar 1235–43.

[3] The seal on the right is circular, $1\frac{1}{8}$ inches in diameter, a bird with long legs and beak, S. WILLI · BA[LEHO]RN : that on the left a pointed oval, $\frac{7}{8}$ inch by $1\frac{3}{8}$ inches, a plain fleur-de-lis, S. NICHOLAI BALEHORN. Both of brown wax.

828.

[Walter de Oseney grants and quitclaims to Walter de Goseford a rent of two shillings.]

S. Mary Mag. 105 c. 1240

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus de Oseney dedi, concessi & quietum clamaui & hac presenti carta confirmaui Waltero de Goseford duos solidos annualis redditus quos habui de dono Nicholai Balehorn & Willelmi filii eiusdem de terra illa cum pertinentiis quam predictus Walterus de Goseford inhabitat, que iacet inter terram que fuit Wydonis le Bolter & terram que fuit Willelmi Hutrake in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie cum toto iure & clamio quod inde habui uel habere potui; habendos & tenendos sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, pacifice & integre in perpetuum. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Walterus de Gosseford uiginti solidos sterlingorum pre manibus in gersumam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc balliuo, Willelmo Cultellano, Alano Dudeling, Henrico le Sauser, Radulfo le Plumer, Iohanne le Plumer, Wydone le Bolter, Roberto Costard, Willelmo filio Nicholai Balehorn, Willelmo Hutrake & aliis.[1]

829.

[William Balehorn grants and quitclaims a tenement to Walter Bast.]

S. Mary Mag. 45 c. 1245

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Balehorn filius Nicholai Balehorn dedi & concessi & quietum clamaui [&c.] Waltero Bast totum ius meum quod habui uel quod habere potui de terra illa cum pert. suis que iacet inter terram quam Radulfus Kenne aliquando tenuit et terram quam Wydo le Boltere aliquando tenuit in parochia sancte Marie Magdalene; habendam et tenendam sibi & heredibus suis uel suis assignatis quibuscumque uoluerit dare, uendere, legare, assignare, libere, quiete, pacifice & integre. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Walterus unam dimidiam marcam argenti pre manibus in garsumam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc balliuo, Henrico le Sauser, Willelmo le Cuteler, Willelmo Molendinario, Radulfo Plumer, Iohanne fratre suo, Radulfo Aurifabro, Thoma Gamel & aliis.

[1] Seal, circular, 1¼ inches, a fleur-de-lis, S' WALTERI DE OSENEI.

9. The Land of John Rufus.

The next three deeds are about a corner house, apparently at the junction of Gloucester Street and George Street, on the west side. The tenement is mentioned in *Cart. Hosp. St. John*, ii. 330. Whether John de Bradewell is the same as John Ruffus is uncertain. The *terra que fuit Iohannis le Rus* is mentioned in the three first rentals, but as early as 1276 it was *vacua terra*, worth only 12*d.* a year. After 1280 it disappears.

830.

[William Fatin grants a corner tenement to John de Bradewelle.]

S. Mary Mag. 41 c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Fatin concessi, dimisi, liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni de Bradewelle clerico totam terram meam angularem cum pertinenciis suis, que terra aliquando fuit Rogeri Petit, iuxta terram predicti Iohannis in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie; habendam & tenendam sibi & heredibus suis de me & heredibus meis uel cuicumque eam assignare uoluerit libere & quiete, pacifice & integre; reddendo inde annuatim capitali domino quatuor solidos ad quatuor terminos anni, scilicet ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste XII d., & ad festum sancti Michaelis XII d., & ad festum sancti Thome apostoli XII d., & ad festum sancte Marie in Martio XII d.; & ad festum sancti Michaelis unum denarium michi & heredibus meis pro omni seculari seruicio & demanda nobis pertinente. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi predictus Iohannes decem marcas argenti in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Simone Balehorne, Andrea de Wolgericote, Willelmo Salsario, Roberto Palm[er]o, Radulfo Plumbario, Alano Dodelinge, Iohanne Marescallo, Wydone Arcenatore, Henrico le Wepere, Waltero Baste, Henrico le Sauser, Rogero Hendiman, Willelmo Bacun, Radulfo Sclaue et aliis.[1]

[1] Circular green seal, 1¼ inches in diameter; a fleur-de-lis; a star of eight points on the left, a crescent on the right, SIGIL' WILELMI D' GRATS'.

831.

[John Rufus grants a tenement to Philippa his daughter.]

S. Mary Mag. xxxix c. 1255

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Ruffus de Oxonia dedi [&c.] Philippe filie mee totam illam terram cum pertinenciis que quondam fuit Willelmi Fatin, quod iacet proximum terre eiusdem Iohannis[1] [*sic*], et extendit se in longitudinem a cornerio, usque ad terram que fuit Mace, uersus aulam domini regis in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem in suburbio Oxonie, saluo unum [*sic*] cotagium ad missam beate Marie in ecclesia sancte Marie Magdalene, quod iacet proximum terre que fuit Mace; habendam & tenendam de me & heredibus meis sibi & heredibus suis uel suis assignatis, libere & quiete, integre, bene & in pace; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum denarium ad Pascha pro omni seruicio, consuetudine & demanda, saluo redditu capitalis domini illius feodi. Et ego Iohannes [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Salsario, Galfrido Tritun, W llelmo Hibernico tunc balliuo, Willelmo Cultell', Rogero le Taylur, Iohanne Marescallo, Eustacio le coruis[er], Henrico de Croxford & multis aliis.[2]

832.

[Philippa, daughter of John le Rus, quitclaims to Oseney a corner tenement.]

S. Mary Mag. 40 c. 1260

Sciant [&c.] quod ego Philippa filia Iohannis Rufi[3] de Oxonia remisi & quietum clamaui deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] omne ius & clamium quod habui uel habere potui in tota terra angulari uersus aulam domini regis, que terra fuit aliquando Rogeri Pethit, sicut carta dicti Iohannis patris mei quam habent inde plenius testatur. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo clerico & Ricardo le Messer tunc bailliuis,[4] Willelmo le Sauser, Galfrido Trutun, Willelmo le Cutiler, Iohanne le Plumer, Waltero de Oseneia, Thoma de Ciltre, Henrico Purcelle, Petro Wace & aliis.[5]

[1] This must mean John Ruffus, the donor.

[2] A round seal, grey, varnished brown, $1\frac{1}{8}$ inches in diameter; a star above a crescent, S. IOHANIS RVF'.

[3] Endorsed *Philippe filie Iohannis le Rus.*

[4] Not bailiffs of Oxford.

[5] The seal is a narrow pointed oval, $\frac{3}{4}$ inch wide by $1\frac{3}{8}$ inches, a stag facing the right, with a tree behind, S. MARTINI FILI IOH'NIS.

10. Sauser's Tenement.

This tenement seems to have been at the corner of George Street and Gloucester Street. We must assume that in the twelfth century the tenement of le Marcher extended from Magdalen Street to Gloucester Street, and that the western part, reaching to Gloucester Street, had been alienated for a quitrent of 3*s.* a year before the year 1200, and that when William the Mason and his wife (no. 837) gave their property to Oseney the grant included this quitrent. About 1265 Henry le Sauser quitclaimed the property to Oseney. In the later rentals the corner tenement, known as *le George*, was let together with *tenementum le Sauser*, no doubt the tenement once of Henry le Sauser, which perhaps was a detached garden, leased with the inn.

833.

[Henry le Sauser quitclaims to Oseney a tenement which he held of the Abbey.]

S. Mary Mag. 59 c. 1265

Sciant [&c.] quod ego Henricus le Saucer filius Henrici le Saucer de Oxonia remisi & quietum clamaui de me & heredibus meis & omnibus aliis me contingentibus consanguinitate uel affinitate, siue alia quacunque condicione, abbati & conuentui de Oseneia illud quandoque meum tenementum quod de eis tenui per liberum seruicium trium solidorum annuorum, quod quandoque fuit Willelmi le Marker, quod est in parochia beate Marie Magdalene & iacet prope domum Willelmi le Cutiler in angulo uersus aulam regiam,[1] cum omnibus suis pertinenciis. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Yreis & Iohanne seruiente tunc balliuis, Galfrido Aurifabro, Waltero Aurifabro fratre eius, Galfrido le Mercer, Galfrido le Saucer, Rogero fratre eius, Iohanne Plumbario, Rogero le Taylur, Willelmo le Cutiler & aliis.[2]

11. The Slaughter-house in Brokenhays.

There is no certainty that this property passed to Oseney. We know, mainly from records of the chantry of St. Mary, that the tenement was next but one to The George Inn, the property of Oseney, at the corner of Irishman's Street and St. Giles', and it may be the case that it was acquired by Oseney and united with The George about 1500.

[1] Apparently at the corner of George Street and Gloucester Street.

[2] Seal, green, a pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a fleur-de-lis: S. HENRICI LE SAVSER.

834.

[The executors of John Noble sell to John Steyntone a messuage.]

S. Mary Mag. 97 Oct. 9, 1419

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Quarame & Willelmus Swanburne, executores testamenti Iohannis Noble, iuxta potestatem nobis in dicto testamento traditam & concessam pro quadam summa pecunie nobis soluta que ad uerum ualorem rei empte se extendit concessimus, uendidimus, liberauimus & hac presenti carta nostra confirmauimus Iohanni Steyntone de Oxonia unum mesuagium cum pertinentiis situatum in parochia sancte Marie Magdalene in hundredo siue suburbio extra portam borialem Oxonie inter tenementum quondam Nicholai Norton ex parte orientali & tenementum capelle beate Marie uirginis in ecclesia sancte Marie Magdalene predicte ex parte occidentali; habendum & tenendum prefato Iohanni Steyntone, heredibus & assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Couentre maiore uille Oxonie, Iohanne Brademer uno balliuorum eiusdem ville, Thoma Gibbys, Willelmo Bromptone, Waltero Daundesey & Willelmo Offord aldermannis, Michaele Norton clerico et aliis. Dat' apud Oxoniam nono die Octobris anno regni regis Henrici quinti post conquestum septimo.[1]

835.

[John Manfeld grants to trustees a messuage.]

S. Mary Mag. 66 Aug. 22, 1480

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Manfelde de villa Calisie aldermannus, filius & heres Agnetis Steynton filie & heredis Iohannis Steyntone dedi [&c.] Iohanni Sybothom, Simoni Erle, Ricardo Hewse & Iohanni Hewse totum illud mesuagium meum cum suis pertinentiis in parochia sancte Marie Magdalene in hundredo siue suburbio extra portam borealem ville Oxonie, et quod mesuagium situatum est inter tenementum Michaelis Clyff clerici ex parte orientali & tenementum capelle beate Marie virginis in ecclesia sancte Marie Magdalene predicte ex parte occidentali; habendum & tenendum prefatis I. S., S., R. & I. H., heredibus & assignatis suis in

[1] Endorsed *Le Sclawter howse in Brokynhays.*

perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde prius debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Clerke maiore ville Oxonie, Ricardo Kent, Iohanne Hauelle carnifice, balliuis eiusdem ville, Thoma Tanfeld clerico dicte ville, Cristofero Alenson, balliuo hundredi predicti, Roberto Hethe & aliis. Dat' apud Oxoniam vicesimo secundo die mensis Augusti anno regni regis Edwardi IV vicesimo.

12. The George Inn.

This property was given to Oseney by Agnes, daughter of Reginald, who seems to have had for her first husband one named Le Marcher or Marcarius, and for her second Master William the Builder. It was an inn known as 'The George' in the Middle Ages, and was such in 1773, when it was sold by Christ Church.

836.

[Agnes, daughter of Reginald, grants to Oseney her land without North Gate.]

S. Mary Mag. 38 B. 103v c. 1195

Sciant[1] presentes & futuri quod ego Agnes filia Reginaldi assensu & uoluntate Thome filii & heredis mei & aliorum filiorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Oseneia [&c.] totam terram meam extra portam aquilonarem de Oxeneford; illam uidelicet terram que iacet inter uiam qua itur de predicta porta ad aulam regis & terram que fuit Ernaldi filii Radulfi, cum omnibus pert. suis; tenendam de me & de heredibus meis in perpetuum per sex solidos annuatim michi & heredibus meis reddendos ad duos terminos, scilicet ad festum sancte Marie in Marcio tres solidos & ad festum sancti Michaelis tres solidos. Prefati uero canonici adquietabunt predictam terram de seruicio quod pertinet ad capitalem dominum. Hanc terram [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi prefati canonici in recognicione uiginti solidos sterlingorum. Hiis testibus, Willelmo sacerdote ecclesie beate Marie Magdalene, Gocelino filio Safar, Willelmo filio Rogeri, Simone de Elsefeld, Roberto Sunegod, Henrico filio Cristine, Andrea Rufo, Roberto Tregod, Aluredo Mascecren, Rogero Liteswin, Galfrido Sturdi, Roberto le Uielur.[2]

[1] It is endorsed *De terra Marcher'*; a hand of 1280 or later adds *de domo in qua Robertus de Brakeleya inhabitauit.*

[2] With the seal of Agnes as on the next deed, green wax.

837.

[Magister William, the mason, and his wife grant a tenement to Oseney.]

S. Mary Mag. 37 B. 97v c. 1195

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego Willelmus Cementarius & ego Agnes uxor eiusdem Willelmi, filia Reginaldi, concessimus & dimisimus & liberauimus deo & ecclesie sancte Marie de Osen. [&c.] totam illam terram nostram que iacet inter cheminum quo itur ad salam domini regis & terram que fuit Ernaldi filii Matillidis extra portam aquilonarem Oxonefordie; illis habendam & tenendam in perpetuum de nobis & de heredibus mei Agnetis, libere & quiete, plenarie & integre, cum omnibus eidem terre pertinentibus; reddendo nobis annuatim pro tota predicta terra & suis pertinenciis sex solidos ad duos terminos anni pro omni seruitio quod ad nos pertinet, uidelicet III solidos ad festum beate Marie in Marcio, & III solidos ad festum sancti Michaelis; & predicti canonici respondebunt capitali domino de consueto seruitio predicte terre, soluendo ei scilicet VI d. ad festum sancti Martini pro omni seruitio. Et ego Willelmus Cementarius & ego Agnes uxor eius & heredes mei [&c. warranty]. Et propter hanc concessionem [&c.] canonici predicti dederunt michi Willelmo unam marcam argenti, & michi Agneti XX solidos in gersumam, & preterea michi Agneti inuenient uictum & uestitum quamdiu uiuam. Ut autem prefata terra cum pertinentiis suis ecclesie de Osen. & canonicis eiusdem loci firmiter & stabiliter perpetuo permaneat, hac nostra presenti carta & sigillis nostris ego Willelmus & ego Agnes uxor eius insimul confirmauimus. Hiis testibus, Willelmo sacerdote sancte Marie Magdalene, Iocelino filio Safar, Roberto Sunegod', Hugone de Gersind[on], Iohanne Kepeherm, Thoma filio Ailriz, Adam Rufo, Willelmo filio Rogeri, Simone de Elsefeld, Henrico filio Cristine, Andrea Rufo, Rogero Luteswein, Iohanne Bretel, Luca de Wurda, Huberto, Iohanne.[1]

[1] With two seals attached by parchment labels; on the right, SIGILL' AGNETIS FILIE REGINALD'; circular, 1¼ inches in diameter, a fleur-de-lis with two spikes shooting up. The other a pointed oval, 1⅝ inches by 1⅛ inches, SIGILL' MAGISTRI WILL'I, three ears of corn. Both are of grey wax, varnished light brown. The deed is endorsed *De terra Merchariii.*

838.

[Thomas de Stafford confirms the gift of his mother.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas de Staford filius Marcheri concessi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Osen. [&c.] donacionem illam quam mater mea Agnes illis fecerat de terra sua extra portam aquilonalem de Oxen', que iacet iuxta uiam qua itur de predicta porta ad aulam regis & terram que fuit Ernaldi, tenenda (*sic*) de me & de heredibus meis cum omnibus que ad predictam terram pertinent per sex solidos annuatim michi & heredibus meis inde reddendos ad duos terminos, scilicet [III s. Sept. 29, and Mar. 25] pro omni seruicio quod ad me & ad heredes meos pertinet. Ipsi vero canonici prefatam terram uersus capitalem dominum adquietabunt, prout carta matris mee testatur. Ego autem [&c. warranty]. Pro hac concessione [&c.] dederunt michi prenominati canonici quinque marcas [argenti], hiis testibus, Willelmo sacerdote, Gocelino [filio Safar], Hugone de Gersindone, Iohanne Kepeherm, Roberto Su[negod], Gaufrido Aurifabro, Simone de Elsefeld, Henrico filio Cristine, Andrea Rufo, Willelmo filio Rogeri, Roberto Tresgod, Iohanne Bretel, Huberto, Luca de Wurthe. **B. 98r c. 1195**

839.

[Thomas de Stafford grants and quitclaims to Oseney a rent of six shillings.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas de Stafford filius Marcarii & Agnetis uxoris eius dedi [&c.] & quietum clamaui deo & ecclesie sancte Marie de Osen. [&c.] totum redditum sex solidorum, quem michi solebant idem canonici reddere annuatim pro terra que fuit Marcarii & Agnetis patris & matris mee extra portam aquilonarem; ita quod nec ego nec aliquis heredum uel successorum meorum racione illius terre siue redditus aliquid poterimus in posterum de eisdem canonicis exigere. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi predicti canonici de karitate domus sue quatuor marcas argenti & dimidiam. Et in huius [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Simone Balehorne, Roberto filio Elmari, Gileberto Fabro, Beniamin, Willelmo le Noreis, Henrico Porcelle, Petro de Tackele & multis aliis.[1] **S. Mary Mag. 48 B. 100r c. 1220**

[1] A circular seal, 1 inch in diameter, green wax varnished brown, a fleur-de-lis with two extra spikes: SIGIL · THOME FILII MARCHER.

840.

[Oseney grants to Richard Heyward a lease of a shop.]

S. Mary Mag. 70 1396

Hec indentura facta inter religiosos uiros abbatem & conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Ricardum Heyward de Oxonia ex parte altera testatur quod prefati abbas & conuentus concesserunt, [tradiderunt] & ad firmam dimiserunt prefato Ricardo unam shopam cum solario desuper & cellarium subtus eandem shopam cum omnibus pertinenciis in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie contiguam tenemento Agnetis filie Reginaldi in eadem parochia, que quidem shopa situata est iuxta uiam que ducit a porta predicta usque Brokenheyes iuxta fratres Carmelitanos, habendam & tenendam predicto Ricardo predictam shopam cum solario & cellario predictis ad terminum viginti annorum post datam presencium, reddendo inde annuatim prefatis abbati & conuentui & eorum successoribus viginti solidos bone & legalis monete Anglicane ad quatuor anni terminos [viz. Dec. 21, Mar. 25, June 24, and Sept. 29] per equales porciones. Et predictus Ricardus infra supradictam shopam bene & competenter de nouo edificabit unum solarium supra solarium antedictum [1] cum meremio de quercu & ulmo cum omnibus aliis necessariis eidem solario pertinentibus sumptibus suis propriis & expensis citra festum sancti Iohannis Baptiste proximum futurum. [The tenant is to repair and maintain the premises] una cum pauiagio adiacente sumptibus suis. [The abbey may distrain for the rent, or even re-enter on the premises. If the tenant dies within 20 years the lease terminates] . . . anno regni regis Ricardi secundi post conquestum vicesimo.[2]

841.

[A lease of a small tenement to Hugh Blyth.]

O. C. 507 April 5, 1444

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii Oseneye ex una parte & Hugonem Blythe de Oxonia [ ] ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt prefato Hugoni unum tenementum in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxon' situatum in cornerio versus portam borialem ; haben-

[1] An early instance of a house of three floors. [2] The deed is decayed.

dum & tenendum predictum tenementum cum omnibus suis pert. prefato Hugoni a die confeccionis presencium usque ad terminum viginti annorum proximo sequencium & plenarie complendorum; reddendo inde annuatim prefatis abbati [&c.] tresdecim solidos [&c. The owners may distrain for rent]. Datum in domo nostra capitulari Oseneye quinto die mensis Aprilis anno r.r. Hen. VI vicesimo secundo.

Leases.

Mar. 2, 5 Eliz.; a lease to Richard Parker for 33 years. **II. 46**

Oct. 1, 36 Eliz.; a lease to Peter Pory.

Nov. 16, 40 Eliz.; a lease to 'Peeter Pory of the Univ. of Oxford gent.' of a tenement called the Sign of the George and of two tenements without Southgate, now in the occupation of John Hodgkins, together with the garden ground called Trillmillbow, and the tenement situated upon the same, and of all their tenement without Southgate in the occupation of the said John Hodgins; 40 years; rent £4 4*s*. **III. 16**

Dec. 22, 8 Jac. I; a lease to Elizabeth Pory widow of Peter Pory of the George Inn, being bounded by the street E. and S., by a tenement wherein Eliz. Case widow and John Warner doctor of physicke doe inhabit N., and a malthouse of the said Elizabeth and John W.; also of the two adjoining tenements without south gate between Cutler's Gate and the way leading to the stables of the Dean and Canons S., and the south wall of the lodging and garden of Dr. Weston, one of the prebendaries N., a little garden ground of Dr. Weston's lodging E., which tenements are in the occupation of William Poyner, cook, of Merton Coll., and of John Dunte, undertenants of John Hodgins; also of a little shop now in the occupation of John Hodgins, built against the S.W. tower of the lodging of John Weston on the N. side of the entry to William Poyner's tenement; also of a garden called Trillmillbowe and the tenements now builded upon the same, having the river S., Cutler's Gate and the passage N., a garden of the Dean and Canons in the tenure of George Crewe late cook of Ch. Ch. E.; 40 years; rent £4 4*s*. and a couple of capons or 2*s*. 6*d*.; the tenant agrees not to dig pits or do anything whereby the course of the stream may be diverted from passing under the howses of office of the Dean and Canons. **III. 185**

Dec. 20, 17 Car. I, 1641; a lease to Anne Francklin of the parish **IV. 124**

of Holywell, widow, of the Sign of the George, bounded N. by a tenement wherein John Neale gent. lately dwelt, and W. by a malthouse of the said John Neale; 40 years; rent £2 13*s.* 4*d.* and 2 capons.

V. 202 Feb. 18, 17 Car. II, 166$\frac{4}{5}$; a lease to Sir Sampson White alderman of the city of Oxford; the rest as before; fine £30.

V. 531 July 28, 1674; a lease to Henry Streete of Kidlington gent.; on N. is 'now or late' Edmund Glover, on W. a malthouse now or late in the tenure of John Neale; 40 years; rent £2 13*s.* 4*d.* and 2 capons; fine £15.

VIII. 235 June 21, 1695; Margaret Streete, widow, of Woodhall Street, for £230 assigns the residue of the lease to John Conant.

Aug. 19, 1695; a lease to John Conant of Kidlington, doctor of Laws, and Mary his wife, executrix of the will of the late Henry Streete; the rest as in 1674; fine £50.

X. 137 Nov. 11, 1709; the lease is renewed to them; the rest as in 1674; fine £15.

XII. 217 Nov. 2, 1723; a lease to Robert Conant gent., executor of John Conant; on N. is John Glover, barber, or his assigns; on W. a tenement, heretofore a malthouse, in the occupation of Thomas Robinson and John Robinson; 40 years; rent £2 13*s.* 4*d.* and 2 capons; fine £50.

XIV. 115 Oct. 12, 1737; a lease to Robert Conant of Northampton gent.; on N. is James Knight, cook; on W. a tenement of John Robinson and Ralph Ayres; 40 years; rent £2 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £50.

XVI. 64 Nov. 13, 1751; his lease is renewed in the same words; fine £50.

XVIII. 162 June 24, 1755; Robert Conant for £410 assigns the residue of the lease to Ralph Kirby.

Mar. 30, 1766; a lease to Ralph Kirby, grocer; the wording as in 1723; fine £50.

XX. 1 June 23, 1773; the Dean and Chapter under the provisions of the Oxford Mileways Act sell the tenement to Ralph Kirby for £175; the rent of £2 13*s.* 4*d.* and two capons is reserved.

13. No. 3 Magdalen Street.

It is clear from *Cart. Hosp. St. John*, ii. 279–82 that this tenement belonged to Oseney about 1210, but by the middle of the century and subsequently it was not the property of the abbey.

842.

[Ernald, son of Ralf, confirms his land to Oseney.]

S. Mary Mag. 39 B. 98v c. 1200

Sciant [&c.] quod ego Ernaldus filius Radulfi[1] assensu Matildis uxoris mee & Cristine heredis mee concessi [&c.] ecclesie dei & sancte Marie de Oseneia [&c.] terram meam extra portam de North de Oxeneford; que terra iacet inter terram Iohannis Kepeherm & uenellam qua itur a magno uico uersus aulam regis; tenendam de me & de heredibus meis per VI denarios annuatim in festo sancti Michaelis persoluendos. Idem uero canonici predictam terram uersus capitalem dominum de seruicio quod ad eum pertinet adquietabunt. In recognicione autem huius concessionis dederunt predicti canonici michi & uxori mee & prefate filie mee decem solidos argenti. Hiis testibus, Roberto de Sewercurt, Gocelino filio Saphar, Willelmo Wacheman, Toma filio Ailrici, Galfrido Aurifabro, Toraldo Cordew[anario], Lamberto Cordew[anario], Andrea Rufo & multis aliis.[2]

843.

[A corrody to Ernald, his wife, and daughter.]

Contra Ernaldum de Horsporte.

B. 180r[3] c. 1200

Sciant [&c.] quod ego Hu[go abbas Osen'] & conuentus eiusdem loci concessimus & hac ca[rta confir]mauimus Ernaldo filio Radulfi [& Matillidi ux]ori sue & Cristiane heredi eorum u[ictum & uesti]tum in uita eorum percipiendum hoc modo, [scilicet qualibet] ebdomada septem michas & qua[tuordecim pa]nes hospitum & septem galones [de meliori cer]uisia & septem de secunda ceruisia & [quolibet anno] bussellos de fabis & quatuor bu[ssellos de]ello & tres

[1] It is endorsed *carta Ernaldi de Horsporte*, and in another hand *Turuesder*, which is hard to explain.

[2] With a circular green seal, 1½ inches in diameter; a fleur-de-lis composed of three ears of wheat, with two fleur-de-lis shooting up on either side; SIGILL' ERNOLDI FILLII RADVLFI.

[3] As this folio has been reversed, the conclusion of the deed occurs on 181r.

quadrigatas de buscha ad [ard]endum & in denariis quinque solidos per an[num & de] pannis nostris & de calciamentis nostris [dabimus] quantum eis sufficere poterit. Quando uero aliquis [eorum obierit] totum illud beneficium duobus superstitibus [remane]bit. Quando autem duo eorum obierint, dimidi[a pars eius] beneficii tercio superstiti remanebit [& re]liqua pars quieta remanebit. Quando u[ero omnes eorum] mortui fuerint, to[tum quietum no]bis remanebit. [Habebunt autem mesuagium] illud in Osen' quod duabus filiabus [Mil]seint & Fulcwere fecimus, habendum in uita sua solutum & quietum; hiis testibus, Willelmo capellano, Gocelino filio Saphar, Willelmo Wacheman, Thoma filio Ailrici, Galfrido Aurifabro, Andrea Rufo, Henrico filio Cristine, Symone clerico nostro.

14. Tenement of Eilric Pallus (5 and 6 Magdalen Street).

This tenement, as the next deed shows, was given to Oseney by Eilric Pallus on his death-bed; and that it was possessed by the abbey before the year 1200 is proved by *Cart. Hosp. St. John*, ii. 279. The whole property (5–8 Magdalen Street) was granted to Robert Sunegod and his heirs at a rent of a mark a year; but before long it was divided into two portions, and the southern half paid only 3*s.* 4*d.*, the northern half 10*s.* The earliest rentals show that Godfrey Boveton paid 3*s.* 4*d.* a year to Oseney. About 1277 the holding escheated to Walter Aurifaber, by a *judicium Schortford* (for which see *Munim. Civitatis Oxon.* p. xlvi), and he quitclaimed it to Oseney. It is still the property of Christ Church.

844.

[Hugo de Plugeney confirms to Oseney the house of Eilric Pallus.]

B. 95 and B. 97 1160–1190

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Hugo de Pluchenet concessu uxoris mee & heredis mei concessi & presenti carta confirmaui canonicis Oseneie domum que fuit Eillrici Palli cum pertinentiis, sicut ipse moriens eis racionabiliter diuisit; tenendam de me & de heredibus meis per idem seruicium quod prenominatus Eilricus de eadem tenura facere solebat tempore Henrici regis primi. Hiis testibus, Hilario capellano, Ricardo de Gersendune, Gaufrido Rufo, Willelmo Luuel, Willelmo Armigero & multis aliis.

845.

[Oseney grants to Robert Sunegod houses outside the gate.]

Carta Roberti filii [Sunegoti] de terra de Horsporte.

Omnibus [&c.] quod ego Hugo dei gracia [abbas Osen' & conuentus] eiusdem domus concessimus & di[misimus Roberto filio Suneg]oti & heredibus eius domos [quas tenuit] extra portam de Nort ciuitatis Oxon'; tenendas de nobis in feodo & hereditate, libere & quiete, unde [reddet] annuatim pro omni seruicio quod ad nos pertinet unam marcam argenti ad d[uos terminos] pro omnibus seruiciis, uidelicet dimidiam [marcam ad An]nuntiationem sancte Marie & dimidiam [marcam ad festum] sancti Michaelis. Et proinde dedit nobis [pre manibus] unam libram piperis de recognitione. [Et si idem] Robertus uel heredes eius combustione [siue] aliquo alio casu predictam terram tenere desierint, edificia sicut illa a nobis receperunt re[staura]bunt, & interim dum terra predicta inedificata [sit], prefatum redditum singulis annis nobis persol[uent]. Prenominatus Robertus pro se & heredibus suis fecit n[obis fide]litatem in capitulo nostro super textum iurando [se] nobis fidem seruaturum de predicto tenemento, & de redditu ad prescriptos terminos reddendo & de edificiis, & inde fideiussores sunt Willelmus filius Radulfi & Laurentius Kepeharm. Hec sunt edificia que recepit, uidelicet unam domum [mag]nam de petra, & unum cellarium cum solario desuper de petra, & necessariam tegulatam, & preterea unum thalamum de petra, & domum unam de petra & de terra, & duo stabula unum de petra & aliud de terra. Et in alia parte curie unum thalamum de petra & domum unam de petra & de terra, & re[tro] in curia unam necessariam & unam magnam domum de terra; & omnia edificia sunt cooperta de stramine. Predictus uero Robertus de proprio suo augmentauit cellarium cum solario desuper in nouem pedibus, & alias amendationes [*sic*] plurimas fecit; hiis testibus, Willelmo filio Radulfi, Laurentio Kepeharm, Willelmo Pilet, Nicholao filio Sweinchild, Iohanne fratre Willelmi, Willelmo Pa[u]lin. B. 184v c. 1195

846.

[Geoffrey Aurifaber grants to Hugh de Herdintone half the land of Robert Sunegod.]

S. Mary Mag. 100 c. 1220

Sciant presentes & futuri quod ego Galfridus Aurifaber concessi,

dimisi & liberaui Hugoni de Herdintone medietatem illius terre quam Robertus Sunegod tenuit cum toto desuper edificato, que medietas est proxima terre Simonis Balehorne uersus austrum in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie. Et sciendum quod medietas illa tenet in capite in latitudine scilicet nouem ulnas ferreas domini regis sine pollice & dimidiam ulnam,[1] excepto muro communi inter partem meam predicte terre & partem prefati Hugonis & in longitudine XXXVI ulnas usque ad cloacam & medietatem cloace, illi & heredibus suis habendam & tenendam de me & de heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre, reddendo pro predicta terra annuatim michi & heredibus meis quindecim solidos argenti ad quatuor anni terminos pro omni seruicio & omni exaccione ad me pertinente, uidelicet ad Natale domini XLV denarios [Mar. 25, June 24, and Sept. 29]. Et ego & heredes mei warantizabimus predictam terram integre cum tota domo que est iuxta cloacam prefato Hugoni & heredibus suis uel cuicunque illam dare, uendere uel assignare uoluerit, excepta domo religiosa & saluo redditu meo, contra omnes homines mares & feminas. Et pro hac mea concessione [&c.] prefatus Hugo dedit michi quinque solidos argenti in gersumma. Et quia [&c. sealing], hiis testibus, Radulfo Palmer & Ricardo Curteis tunc prepositis, Galfrido Sturdi, Simone Balehorne, Roberto Ailmer, Radulfo Uiel, Andrea de Wlgoricote, Willelmo de Keninton, Willelmo Noreis, Henrico Salsario, Helia Harlog, Galfrido filio Leuid & multis aliis.[2]

847.

[Walter Aurifaber quitclaims a plot to Oseney.]

S. Mary Mag. 18 Mich. 1277–Mich. 1278

Sciant [&c.] quod ego Walterus Aurifaber de Oxonia concessi & quietum clamaui deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya & Willelmo abbati & canonicis ibidem deo seruientibus illam placiam seu mansum cum omnibus suis pertinenciis quod de eis tenui & quod Godefridus Bouetun quondam de me tenuit in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, quod recuperaui per iudicium Schortford in curia domini Hugonis de Plesset[is] per breue domini regis, & continet in latitudine nouem ulnas & dimidiam & in

[1] The frontage of 5 and 6 Magdalen Street is 9 yards exactly. Apparently *ulna* means a yard.

[2] A green seal, oval, about 1 inch by $\frac{7}{8}$ inch, a gem, S. GALFRIDI AVRIFABRI.

longitudine triginta sex ulnas, & iacet inter mesuagium Simonis Balehorn ex una parte & mesuagium Galfridi le Sauser ex altera; tenendum & habendum dictis ecclesie & canonicis imperpetuum. Et ut mea concessio [&c. sealing], & ad maiorem securitatem cartas feofacionis mee quas de eis habui eisdem liberaui. Hiis testibus, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxonie, Andrea de Durham, Iohanne de O. tunc balliuis, Galfrido Aurifabro, Galfrido de Henxeie, Nicholao Aurifabro, Iohanne Sewy & aliis.[1]

848.

[Mazelina, daughter of Godfrey Bovetun, quitclaims a messuage to Oseney.]

S. Mary Mag. 19 Oct. 16, 1295

Omnibus [&c.] Mazelyna filia quondam Godefridi Bouetun Oxonie, salutem in domino. Noueritis me pro me & heredibus meis & meis assignatis seu pro quibuscunque ex parte mea concessisse, remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse viris religiosis abbati & conuentui Oseneye & eorum successoribus totum ius & clamium quod unquam habui seu quocunque modo habere potui in uno mesuagio & in eiusdem pertinenciis, situato in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie inter mesuagium Iohannis le Sauser ex una parte & mesuagium magistri & fratrum Hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie ex altera in perpetuum; ita uidelicet quod nec ego [&c.], sed ab omnibus iur[ibus], peticionibus & accionibus per hoc scriptum in perpetuum simus exclusi. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Philippo de Ew tunc maiore Oxonie, Thoma de Hencyseye, Radulfo de Stokes tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Wodestone tunc balliuo extra portam borealem Oxonie, Henrico Owayn, Waltero Bost, Henrico Gamage, Andrea Culuerd, Ricardo Ouerhe, Iohanne de Dodeford, Ricardo de Dadyntone, Nicholao de Garsindone, Willelmo de Erneby & aliis. Datum extra portam borealem Oxonie die dominica proxima post festum sancti Dyonisii, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo tercio.[2]

[1] With a small round seal, of green wax, $\frac{7}{8}$ inch in diameter; a swan with apparently the inscription, S. WALTERI FIL' GALFRIDI.

[2] A seal of green wax, a pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch; a star of eight points, S. MAZELINE BOVETON.

849.

[A similar quitclaim by John Maynard and Agnes his wife.]

S. Mary Mag. 20 Oct. 16, 1295

Omnibus [&c.] Iohannes Maynard de Erdyntone & Agnes uxor eius salutem in domino. Noueritis nos [&c. as in the last charter, with the same date and witnesses].[1]

850.

[An agreement between Oseney and John le Saucer.]

S. Mary Mag. 60 May 29, 1322

Pax & concordia super quibusdam discordiis, controuersiis & calumpniis inter nos abbatem & conuentum Oseneye ex una parte et Iohannem le Saucer de Oxon' ex altera pro quodam muro in suburbio Oxonie in parochia beate Marie Magdalene tenemento dicti abbatis ex parte australi & tenemento dicti Iohannis ex parte boreali medio & contiguo, communi consensu nostro utrobique interueniente, agitate sunt & conformate in hunc modum, finaliter durature, videlicet quod murus predictus a uico versus ecclesiam beate Marie Magdalene ad hostium dicti Iohannis incipiens & tendens in latitudinem gabularum camere & aule eiusdem Iohannis versus occidentem communis sit eisdem abbati & conuentui & successoribus suis & dicto Iohanni, heredibus & assignatis suis, ita quod unusquisque eorum super eodem edificare & in eodem aysiamenta habere possit absque aliqua calumpnia vel impedimento in futurum habend'; et murus predictus a fine gabuli predicti usque ad bracinam predicti Iohannis sit integre predicti abbatis, salua tamen eidem Iohanni & heredibus suis libertate habendi corbell[os] in muro predicto, si ad eum aliquam alam facere voluerit; nec tamen liceat predicto abbati vel successoribus suis aliquas gutturam, cloacam uel aliud nocumentum super eodem muro vel extra construere per quod puteus fontis aque predicti Iohannis nec bracina iuxta murum predictum existens dirimantur vel ullo modo peiorentur. Acciones etiam & calumpnie quas habuit dictus Iohannes per oppressionem solarii sui uersus uiam regiam uel aliarum domorum suarum de domo predicti abbatis extinguuntur totaliter & excluduntur. Ad que quidem predicta firmiter

[1] With two small green seals, the one round, S. IOHIS MAINARD; the other a pointed oval, S. AGNET' BOVETON. Each represents a fleur-de-lis. This deed is endorsed in a hand of about 1550, 'Tenementum dimissum Abell' Smyth'; and in Wood's hand, 'The writings concerne the Cardinall's Cap'. The former is correct, not the latter.

tenenda & fideliter obseruanda utreque partes se et suos utrobique obligant per presentes. Pro quibus quidem firmiter tenendis, agendis & calumpniis sedandis remisit predictus abbas eidem Iohanni arreragia redditus decem solidorum usque ad festum sancti Michaelis proximo preteritum incursorum de mesuagio, predicto muro contiguo, quod sepedictus Iohannes de eodem abbate tenet per seruicium predictorum decem solidorum annuatim soluendorum. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelingtone tunc maiore uille Oxonie, Andrea de Wrmenhale, Iohanne de Gunwardebi, balliuis eiusdem, Thoma le Mareschal, Thoma de Sauntford & aliis. Datum apud Oseneyam, quarto Kalendas Iunii, anno domini MCCCXX secundo, et anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi XV.[1]

851.

[An agreement between Oseney and Thomas de Sandford.]

S. Mary Mag. 62, June 4, 1323

Anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi sexto decimo die Sabbati proxima ante festum sancti Barnabe apostoli inter abbatem Oseneye & eiusdem loci conuentum ex parte una & Thomam de Saunteford & Agnetem uxorem suam ex alia conuentum est in hunc modum, videlicet quod cum hii iidem Thomas & Agnes tenuerint hucusque de predictis abbate & conuentu ad uoluntatem eorundem unum mesuagium cum pertinenciis excepta una selda ex parte boriali eiusdem tenementi quam Iohannes Buffard inhabitare consueuit, quod situm est in suburbio Oxonie in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum Willelmi de Welles ex parte australi & tenementum Iohannis le Saucer ex parte boriali & pro eodem mesuagio excepta selda predicta reddidissent annuatim viginti quatuor solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos usuales per equales porciones & dictum mesuagium sumptibus propriis bene reparassent & sustentassent, ac hii iidem terminos solucionis bene obseruassent & in eodem tenemento bene se gessissent & predictum mesuagium absque incendio aut alio dampno irracionabili hucusque custodissent, pro quibus quidem domorum reparacione & dicti redditus fideli solucione & aliis predictis condicionibus decetero fideliter faciendis & obseruandis concedunt predicti abbas & conuentus eisdem Thome & Agneti uxori sue quod eosdem a predicto mesuagio non amouebunt

[1] Seal, circular, ¾ inch in diameter, a web-footed monster with two legs; S. IOHIS LE SAVSER.

nec eicient quamdiu dictum mesuagium in omni sui parte quando & quociens necesse fuerit reparauerint, sustentauerint & indempne conseruauerint & redditum antedictum ut predictum est bene persoluerint. Nec licebit eidem Thome & Agneti uxori sue nec eorum alteri aliquod edificatum uel edificandum, plantatum uel plantandum uel aliquam eius partem distrahere, eradicare, asportare, minorare uel quouis modo alienare; nec eciam aliquem uel aliquam ad inhabitandum introducere in dictum mesuagium nisi tantum in seldam ex parte australi eiusdem tenementi, nisi sit talis persona quam dictus abbas & conuentus uel saltim [*sic*] eorum procurator duxerint acceptandam. Et si forsan predictum mesuagium in parte vel in toto per maliciam, necligenciam, aut odium dictorum Thome & Agnetis uel eorum alicuius igne vel impetu, quod absit, consumatur uel deterioretur, ad satisfactionem plenariam extunc teneantur & eorum quilibet teneatur. Et si prescriptas conuenciones & condiciones non obseruent, protinus ipsi & eorum quilibet de dicto mesuagio penitus eiciantur. Dictus vero abbas & conuentus eisdem Thome & Agneti conuenciones predictas in omnibus obseruantibus dictum tenementum warentizabunt, acquietabunt & defendent contra omnes gentes in forma prenotata. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Iohanne de Hamptone tunc maiore Oxonie, Iohanne Culwerd & Stephano de Adyngtone tunc balliuis eiusdem, Iohanne Doclyngtone, Willelmo de Burencestria, Iohanne de Gunwardeby, Iohanne de Coleshulle & aliis.

Leases.

II. 36 Aug. 20, 3 Ed. VI; a lease to Abel Smith for 50 years.

II. 117 Oct. 10, 13 Eliz.; a lease to William White for 40 years.

III. 243 Jan. 14, 9 Jac. I; a lease to Ryce Jones, cordwainer, of a tenement and garden between a tenement of John Wildgoose, glover, in the right of Anne his wife, a daughter and co-heir of Robert Smith, N., and a tenement of Magd. Coll. in the occupation of Bartholomew Warner, docter of physicke S., the said Wildgoose W.; which tenement was once demised to Abell Smith, of Oxford, brewer, now deceased, afterwards to William White, M.A., and is now in the occupation of Ryce Jones; 40 years; rent 6*s*.

III. 686 Dec. 11, 2 Car. I, 1626; a lease to Ursula Jones, widow of Ryce Jones; it is bounded N. by Nicholas Daniel, whitebaker, S. by Charles Halloway, tenant of Magd. Coll.; the rest as before.

Dec. 6, 1651; her lease is renewed; 40 years; rent 6*s.* and one capon. **IV. 282**

July 22, 1670; a lease to Thomas Jones, of West Lavington, Wilts, clerk; Nicholas Daniel, whitebaker, is N.; Phillips, a baker, is S.; the tenement is occupied by John Jones, father of the said Thomas; for 40 years; rent 6*s.* and one capon; fine £5. **V. 406**

July 2, 1684; a lease to John Brooman, of Oxford, cordwayner; Edith Daniel, widow, is N., Edward Spencer, chandler, S.; 40 years; rent 6*s.* and one capon; fine £5. **VII. 135**

July 23, 1698; a lease to Anne Brooman, widow of John Brooman, 'cordwinder'; the rest as in 1684; fine £3. **VIII. 410**

Sept. 19, 1712; a lease to William Browman and Thomas Browman, cordwainers, sons of the late John Browman, cordwainer; the rest as in 1684; fine £3. **X. 151**

Sept. 2, 1726; a lease to William Browman, cordwainer; on N. is Edith Hody, widow, on S. James Prickett, cooper; 40 years; rent 6*s.* and one capon; fine £3. **XIII. 54**

Nov. 27, 1740; a lease to William Browman, cordwainer; the wording as in 1726; fine £3 3*s.* **XIV. 223**

Nov. 14, 1754; the will of William Browman, made Aug. 7, 1754, was proved by Anne Bliss and Mary Breach, his sisters. **XVII. 69**

April 3, 1758; a lease to John Breach, taylor, of St. Mary Magdalen's; on N. and W. is Thomas Stanton, coachmaker, on S. late John Prickett, cooper; the occupant is Thomas Chandless, currier; 40 years; rent 6*s.* and one capon; fine £3 10*s.*

Apr. 9, 1765; John Breach and Mary his wife for £100 assign the residue of the lease to Thomas Chandless. **XIX. 147**

Jan. 11, 1772; a lease to Thomas Chandless of Oxford, currier; the wording as in 1758; fine £3.

Sept. 29, 1784; Roger Chandless, executor of his sister Anne Chandless, who was executrix of her brother Thomas, for £80 assigns the residue of the lease to William Mathews. **XXII. 185**

Feb. 14, 1786; a lease to William Mathews of Oxford, currier; John Barlase, baker, is N. and W., Joseph Wickens, salesman, is S.; 40 years; rent 6*s.* and one capon: fine £3.

May 22, 1790; William Mathews for £250 sells the residue of the lease to John Coleman, currier. **XXV. 122**

Nov. 26, 1799, a lease to John Coleman; bounds as in 1786; rent 6*s.* and one capon; fine £8.

Mar. 30, 1810; John Coleman for £525 sells the residue of the lease to John Cross. **XXVIII. 75**

Jan. 3, 1814; a lease to John Cross, cordwainer; bounds as in 1786; fine £20.

XXXI. 670 May 14, 1828; a lease to James Macormick and William Crozier, trustees for the children of John Cross; fine £30.

XXXIV. 80 Jan. 12, 1842; a lease to William Crozier; fine £125.

15. Tenement of Betricius Moneyer (7 and 8 Magdalen Street).

The name of this tenement is incorrect. The canons of Oseney in the fifteenth century identified it with the house of Betricius which was given to them at their foundation, but it is clearly the northern half of the tenement of Eilric Pallus. The whole tenement, covering 5–8 Magdalen Street, was let to Robert Sunegod at a rent of a mark; nos. 5 and 6 paid to Oseney a quitrent of 3*s.* 4*d.* in the earlier rentals, and then passed into the possession of Oseney again, while nos. 7 and 8 paid 10*s.* as a quitrent throughout. In the earlier rentals it is more correctly known as *domus le Sauser.*

852.

[John le Saucer is in arrears for his rent of a messuage and three shops.]

S. Mary Mag. 61, Aug. 20, 1333 Hec indentura testatur quod cum Iohannes le Saucer teneat unum mesuagium & tres schopas cum pertinentiis in suburbio extra portam borialem Oxonie in alto vico ex opposito ecclesie beate Marie Magdalene ex parte occidentali de abbate de Oseneye per seruicium decem solidorum annuatim persoluendorum ad quatuor terminos usuales per equales porciones, de quo quidem redditu pro decem annis elapsis exstitit in arreragiis quinque librarum die confeccionis presencium, pro quibus quidem arreragiis idem Iohannes le Saucer recognouit se teneri Iohanni de Bibury in quinque libris sterlingorum per statutum mercatorum apud Oxoniam persoluendis eidem Iohanni de Bibury die & loco in eadem recognicione contentis, super qua recognicione uult & concedit predictus Iohannes de Bibury pro se, heredibus & executoribus suis quod execucio recognicionis predicte retardetur & cesset sub hac forma, uidelicet si predictus Iohannes le Saucer uel heredes sui predictum redditum decem solidorum predicto abbati uel successoribus suis bene & fideliter persoluerint ita quod redditus ille a retro non fuerit ultra quantitatem unius anni, quod tunc execucio dicte recognicionis indiscussa totaliter interim remane-

bit & cessabit. Quod si idem Iohannes le Saucer uel heredes sui predictum modum & solucionem non obseruauerint, tunc predicte cognicionis execucio procedat & ulterius in aliquo non tardetur. Et nos predicti Iohannes le Saucer & Iohannes de Bibury hiis indenturis consencientes sigilla nostra utrobique apposuimus. Hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxonie, Henrico de Stodleye, Iohanne Bloundel balliuis eiusdem uille, Thoma le Mareschal, Thoma de Saunforde, Henrico de Bamptone; et ad maiorem securitatem faciendam omnium premissorum sigillum maioratus Oxonie apponi procurauimus. Dat' Oxonie die Ueneris proxima post Assumptionem beate Marie Uirginis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum septimo.

16. Swaleclyf's.

Although this property was given to Oseney in 1260, it does not appear in the three earliest rentals, of which the last is of the year 1280. But the *Hundred Rolls* of 1279 say that it was occupied by Henry de Eynsham, paying a rent of 5*s*. to Oseney; perhaps the rent was taken by the pittancer and therefore does not appear in the rentals. In the rentals of 1317 and 1324 it appears as two holdings let at the quitrents of 16*s*. and 2*s*. respectively; subsequently it passed into the demesne of Oseney, probably because these rents were not paid. It is now 72 and 73 St. Giles'.

853.

[John Ingeram grants a messuage to John Plumbar.]

S. Mary Mag. 13 c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Ingeram textor Oxon' concessi & dimisi, liberaui & hac mea presenti carta confirmaui Iohanni Plumbario de Oxonia totum illud mesuagium cum pertinentiis suis quod est inter terram que fuit aliquando Matilde de Magno Ponte ex una parte & terram que fuit aliquando Ade Le Mare pistoris, in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie; habendum & tenendum predicto Iohanni Plumbario & heredibus suis & suis assignatis imperpetuum, libere & quiete & integre & pacifice; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos solidos esterlingorum & tres obolos ad hos terminos subdiuisos pro omni seruicio & exaccione & demanda, uidelicet ad festum sancti Thome apostoli sex denarios, ad festum sancte Marie in Marcio sex denarios, ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste vi d., & ad festum sancti

Michaelis septem denarios, & ad festum sancti Martini unum obolum. Ego [&c. warranty], & defendemus uersus capitales dominos illius feodi. Et pro hac concessione [&c.] predictus Iohannes Plumbarius dedit michi & Linote uxori mee pro concessione sua ad magnum negocium nostrum tres marcas argenti in garsummam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc bailliuo, Simone Balehorn, Radulfo Plumbario, Lamberto Cordewanerio, Ricardo de sancta Frideswitha, Henrico Crampe, Alano Uiel, Gileberto de Campedene, Henrico le Sauser, Galfrido Trutun, Iohanne Marescallo, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1]

854.

[John Plumbar grants a messuage to Ralf de Swaleclive.]

S. Mary Mag. 14 c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Plubarius [*sic*] Oxonie concessi & dimisi & liberaui [&c.] Radulfo de Swalueclyue totum illud mesuagium [&c. as in the last charter to *pacifice*]; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ipse & heredes sui uel sui assignati quicunque fuerint quatuor solidos esterlingorum ad hos terminos subdiuisos, uidelicet ad Natale Domini XII d., ad Pascha XII d., ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste XII d., ad festum sancti Michaelis XII d. pro omni seruicio & exacsione & demanda. Et pro hac concessione [&c.] predictus Radulfus de Swalueclyue dedit michi & uxori mee pro concessione sua ad magnum negocium nostrum quatuor marcas & duodecim denarios argenti in gersummam. Ut hec [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turaldi, Willelmo le Saucer, Simone Balehorn, Willelmo Le Cuteleyr, Radulfo Aurifabro, Gileberto de Campedene, Nicholao Ernebwr, Iohanne Wyht, Alano Dodeling & multis aliis.[2]

855.

[John le Plumbar grants to mag. Ralf de Swaleclive the rent he paid, viz. 4s.]

S. Mary Mag. 15 c. 1250

Sciant [&c.] quod ego Iohannes le Plomer' Oxonie dedi [&c.] magistro Radulfo de Sualwecliue quatuor solidos annui redditus quos solebam percipere de predicto Radulfo de illa terra cum pertinentiis

[1] Seal gone. This is in the hand of William de Mildecumbe.

[2] With a circular green seal, $1\frac{1}{8}$ inches in diameter, a fleur-de-lis with something like two ears of corn shooting up, one on each side of the central spike: S. IOHIS LE PLVMVR.

suis que quondam fuit Ingeramni textoris que iacet inter terram predicti Radulfi & terram Iohannis de Gamage in parochia sancte Marie Magdalene in subburbio Oxonie; habendos & tenendos de me & de heredibus meis illi & heredibus suis uel suis assignatis, ubi & quando uoluerit assignare, libere & quiete, bene & in pace; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ipse & heredes sui uel sui assignati unum denarium ad festum beati Martini pro omnibus seruiciis [&c.]. Ego uero [&c. warranty] & specialiter contra procuratores ecelesie beate Marie Magdalene Oxonie de duodecim denariis annui redditus. Pro hac autem donatione [&c.] predictus Radulfus dedit michi pre manibus tres marcas argenti in gersummam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Ibernia tunc balliuo extra portam aquilonarem Oxonie, Willelmo le Sauser, Alano Dodeling, Radulfo Aurifabro, Nicholao Erneburg, Rogero le Taillur, Iohanne de Brocton, Iohanne de Gamages & aliis.[1]

856.

[John Halegod grants and quitclaims a rent to Ralf de Swaleclive.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Halegod Oxonie dedi & concessi & quietum clamaui & hac presenti carta mea confirmaui pro me & heredibus meis magistro Radulfo de Sualewecleue duos solidos annui redditus quos solebam percipere annuatim de dicto Radulfo de terra illa cum pertinenciis suis que quondam fuit Ingeramni textoris, quam idem Radulfus tenet extra portam aquilonarem in parrochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie; habendos & tenendos illi & heredibus suis uel suis assignatis, libere & quiete, bene & in pace, cum toto iure meo & clamio, quod michi possit aliquo modo descendere. Pro hac autem donatione, concessione, quieta clamatione, & carte confirmatione predictus Radulfus dedit michi pre manibus uiginti solidos argenti in gersummam. Ut igitur hec omnia prescripta firma & stabilia sine dolo imperpetuum permaneant, hoc presens scriptum sigilli mei impressione confirmaui, hiis testibus, Willelmo de Ib[er]nia tunc balliuo extra portam aquilonarem, Nicholao [Er]neburge, Iohanne With, Alano Dodeling, Iohanne le Plumer, Iohanne de Brocton, Henrico Fidemile, Iohanne de Gamages, Iohanne de Dodeford & aliis. **O. C. 506 c. 1250**

[1] The same seal as the last.

857.

[Ralf de Swaleclive grants land to Oseney.]

S. Mary Mag. 16 Mich. 1259–Mich. 1260

Sciant [&c.] quod ego Radulfus de Swalecliue medicus pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] illam terram meam cum pertinenciis que est inter terram Iohannis Gamage & mansionem illam que fuit Rogeri le Sauser in parochia sancte Marie Magdalene, ubi aliquando molendinum meum situm fuit, & extendit se a regio uico usque ad murum regium,[1] qui diuidit terram illam & curiam domini regis, & quicquid in eadem terra habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum; tenendam & habendam dictis ecclesie & canonicis bene & in pace, libere & quiete in liberam, puram & perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim Iohanni Plumbario de Oxonia & heredibus eius duos solidos annuatim, uidelicet ad festum sancti Thome apostoli VI d., & ad festum sancte Marie in Marcio VI d., & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste VI d., & ad festum sancti Michaelis VI d. pro omni seruicio, consuetudine, sectis & demandis que de terra uel pro terra exigi possunt uel poterunt. Et ego [&c. warranty]. Et in [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Hengsteseye & Iohanne Pady tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Iohanne Halegod, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Willelmo le Sauser, Willelmo le Cutiler, & multis aliis.[2]

858.

[Henry of Eynsham, sclatter, quitclaims a messuage to Oseney.]

S. Mary Mag. 52 June 22, 1291

Omnibus [&c.] Henricus de Eynesham salutem in domino sempiternam. Noueritis me remisisse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse domino Rogero abbati Oseneye & eiusdem loci conuentui totum ius & clamium quod habeo uel habui uel aliquo iure habere potero in uno mesuagio cum pert. in

[1] The property does not now reach to this wall. There must have been a rearrangement of properties, and all the land behind belonged to others; the property of Christ Church consists of no more than the two houses.

[2] With a green seal, pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, an eagle with expanded wings: S. MAGR. RAD. DE SWALECLIV.

suburbio Oxonie, quod quidem mesuagium situm est inter tenementum magistri Milicie Templi in Anglia ex una parte & tenementum Henrici Gamage ex altera ; unde placitum motum fuit inter nos per breue de ingressu in curia domini regis apud Westmonasterium, ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum uel aliquis alius nomine meo aliquid iuris uel clamii in dicto mesuagio cum omnibus suis ubique pertinenciis exigere uel uendicare poterimus in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Ew tunc maiore Oxonie, Willelmo de Wodestone, Roberto de Wormenhale tunc balliuis, Henrico Oweyn, Waltero Bost, Roberto le Mouner, Roberto de Brakele, Iohanne de Dodeford & aliis. Dat' apud Oxoniam, die Veneris proxima ante festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste, anno regni regis Edwardi XIX.[1]

859.

[John de Mixbury grants a messuage to William and John de Bibury.]

S. Mary Mag. 58 Jan. 14, 1328

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Mixebury capellanus dedi [&c.] Willelmo de Bibury & Iohanni de Bibury unum mesuagium cum pertinentiis in suburbio Oxonie in hondredo [*sic*] extra portam borialem ville predicte situatum inter tenementum Iohannis Iarme ex parte boriali & tenementum Magistri Hospitalis sancti Iohannis Ierusalem in Anglia ex parte australi ; habendum & tenendum cum omnibus suis pertinenciis predictis W. & I. de Bibury, heredibus & eorum assignatis de capitali domino feodi illius per seruicia inde debita & consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Andrea de Wormenhale tunc maiore Oxonie, Thoma de Bibury & Willelmo With tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Burcestre, Symone de Gloucestre, Henrico de Stowdle, Henrico de Bramptone, Nicholao de Aylesdone, Iohanne le Saucer, Rogero le Bedel & aliis. Dat' Oxonie die Iouis proxima post festum sancti Hillarii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum primo.[2]

[1] A circular seal, 1 inch in diameter, S. HENRICI D'HEYNISHAM ; a square conventional pattern. It is endorsed *Quieta clamacio Henrici Sclatoris.*

[2] It is not certain that this refers to any Oseney property; but it might refer to no. 73 St. Giles'. Although the property of the Hospital of Jerusalem was nos. 69, 70, 71 St. Giles', yet there was an entrance between 73 and 74, as there still is; hence no. 73 could be said to have land of the Hospitallers on the south. Otherwise the deed must be about no. 68 St. Giles', which was not an Oseney property.

Leases.

Oct. 1, 36 Eliz.; a lease to William Simons.

III. 598 Dec. 18, 21 Jac. I, 1623; a lease to Thomas Weeks, malster, of a tenement with a little backside, now in his occupation, between the tenement where he dwells N., and a wood house, yard, and backgate of the said Thomas S. and W.; it measures 24 feet by 63 feet, and was late demised to William Symons, yeoman; 40 years; rent 6*s.* and a capon.

IV. 27 July 13, 13 Car. I, 1637; his lease is renewed; the rest as before.

IV. 259 Mar. 19, 1649; a lease to Thomas Weekes, gent.; a tenement wherein George Meriall dwells N., a wood house, backgate, and backside of the said Thomas S.; the rest as before.

V. 246 Apr. 28, 1666; a lease to Elizabeth Weekes, spinster, daughter of the late Thomas Weekes; the rest as before; fine £8.

VII. 53 Oct. 27, 1682; a lease to William Waldren of London, cheesemonger; it is in the occupation of Nicholas Wilett; 'now or late' Mr. Thomas Neale N., S., and W.; 40 years; rent 6*s.* and one capon; fine £13 6*s.* 8*d.*

IX. 47 Jan. 20, 11 Will. III, $1\frac{699}{700}$; William Waldren, gent., of Hagley, Worcestershire, legatee of the late William Waldren, citizen and salter of London, surrenders his lease to William Tomson, manciple.

VIII. 412 Feb. 3, 11 Will. III, $1\frac{699}{700}$; a lease to William Thomson of the Univ. of Oxford, maniciple; the rest as in 1682; fine £15.

X. 192 Dec. 17, 1713; a lease to William Thomson, manciple; the rest as in 1682; fine £10.

XIII. 101 Dec. 13, 1727; a lease to Dorothy Tomson, widow; on N., W., & S. is John Broadstock; fine £10.

XV. 5 Aug. 19, 1740; Dorothy Thompson by her will assigns her estate to her son James; her executors were her sons James and Alexander.

XV. 5 Dec. 18, 1742; James Thompson assigns the residue of the lease to William Hore.

XV. 5 Mar. 19, 16 Geo. II, $174\frac{2}{3}$; a lease to William Hore of the Univ. of Oxf., manciple; the wording as in 1727; fine £10 10*s.*

XVI. 188 June 19, 1756; a lease to William Hore, manciple; the wording as in 1727; fine £10 10*s.*

XIX. 49 Aug. 13, 1770; a lease to William Hore, manciple, of Lincoln college; the wording as in 1727; fine £10.

XXIII. 103 Jan. 1, 1774; administration of the goods of William Hore was

granted to Elizabeth his daughter, wife of Rev James Reading of Woodstock.

June 2, 1789; a lease to James Reading and Elizabeth his wife; Charles Moore is N., S., and W.; 40 years from 1784; rent 6*s.* and a capon; fine £10.

Nov. 3, 1790; Elizabeth, widow of Rev. James Reading, for £250 assigns the residue of her lease to Rev. Alexander Litchfield, vicar of Wadhurst, Sussex. **XXV. 38**

Sept. 29, 1794; Alexander Litchfield for £250 assigns the residue of the lease to John Litchfield of Oxford, carpenter.

Dec. 6, 1798; a lease to John Litchfield; Charles Moore N. and W., backgate of Charles Moore S.; rent 6*s.* and one capon; fine £17 11*s.* 6*d.*, 14 years expired.

May 29, 1811; Prior Banting, executor of the will of John Litchfield, sells the residue of the lease to Thomas Dodd, servant of Wadham College, for £400. **XXVIII. 60**

July 10, 1813; a lease to Thomas Dodd; the wording as in 1798; 40 years from April 5, 1812; fine £38.

Feb. 8, 1827; a lease to Elizabeth Dodd the elder, Eliz. Dodd the younger, and Mary Ann Dodd; fine £65. **XXX. 253**

June 29, 1842; a lease to Elizabeth Dodd; fine £82 10*s.* **XXXIV 127**

17. Quitrents from Five Adjacent Houses.

The rentals show that Oseney had quitrents from five adjoining houses on the west side of St. Giles'. Of these the southernmost paid 2*s.* to Oseney and was originally the tenement of William the Miller. In the rental of 1479 the money is paid by Balliol College, whence we know that the tenement was 65 St. Giles'. The next tenement (64 St. Giles') paid one penny to Oseney; and no. 63 paid twenty pence. All these quitrents were given to Oseney by Henry Simeon. Nos. 62 and 61 St. Giles' were the property of Oseney before 1200, and were granted by the abbey to the family of With in perpetuity at a rent of 8*s.* 8*d.* There was an outgoing of 2*s.* to John Kepeharm; Henry Simeon obtained one half of this rent by the grant of William le Keiser, and perhaps possessed the other half through his wife, who was the widow of John Kepeharm, and when he granted the three quitrents to Oseney, he remitted to the canons this rent due from them to him. The rental of 1453 shows that the rents had been rearranged; the third and fourth houses (probably 63 and 62 St. Giles') were united and the rent was 6*s.* 8*d.*, while the last house paid 3*s.* 8*d.* After the Dissolution we hear of only one of these rents, viz. 'a quitrent

of 6*s.* 8*d.* issuing out of two tenements heretofore called the tenements of Eliz. Snow, afterwards paid by Hierome Kites, afterwards by Mr. Say. The said two houses are over against St. John's College, one lately an inn called the White Horse, now a private house, the other a brewhouse. The inn was lately bought by Richard Day; the brewhouse by Robert Southby.' This is the account in the Ledger in the Treasury, made about 1670.

860.

[Oseney grants land to With, son of Edwin.]

Carta data Guidoni filio Edwini carpentarii.

B. 179v[1] c. 1195

Sciant [&c.] quod ego Hugo abbas Osen' & conuentus eiusdem loci [concessimus & presenti car]ta confirma[uimus Guidoni filio] Edwini & heredibus eius [totam terram] que fuit Roberti Textoris[2] in parochia sancte Marie Magdalene de Oxen', tenendam de nobis in feodo & hereditate libere & quiete per VIII solidos & VIII denarios annuatim apud Osen' reddendos pro omni seruicio ad nos pertinente, uidelicet [II s. & II d. Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24]. Idem uero Guido super predictum feodum tantum edificabit, quod predictus redditus noster nobis sit saluus. Nos autem acquietabimus istud feodum erga Iohannem Kepeherm & heredes eius de duobus solidis annuis. Guido uero & heredes eius de omnibus aliis rebus illud acquietabunt. Inde iurauit nobis fidelitatem & in recognitione dedit nobis dimidiam marcam: hiis testibus [*sic*].

861.

[William le Keiser sells to Henry Simeon and Alice his wife a rent of 12d. which was paid him by Oseney.]

S. Mary Mag. 69 c. 1215

Sciant [&c.] quod ego Willelmus le Keiser concessi & dedi [&c.] Henrico filio Simeonis & Alicie uxori sue duodecim denarios, quos abbas & conuentus de Oseney michi debent per annum pro medietate terre que fuit Roberti copertoris [*sic*] extra portam aquilonarem Oxenefordie, ad incrementum terre quam prius tenuerunt de me per duos denarios per annum; tenendos & habendos sibi & heredibus suis uel cui uel quibus, simul cum aliis tenementis que de me tenent,

[1] As fol. 180 has been reversed, the conclusion of this deed is not on 180r, but 180v.

[2] *Textor* seems to be equivalent to *coopertarius* and *coopertor* of the next two deeds; it must therefore mean *thatcher*, not *weaver*.

dare uel assignare uoluerint de me & heredibus meis in perpetuum. Et ego Willelmus & heredes mei predictos duodecim denarios cum aliis tenementis meis [&c. warranty]. Et pro hac concessione & donacione [&c.] dederunt michi prefati Henricus & Alicia sex solidos & octo denarios in gersumma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Roberto Oen, Aluredo Her, Galfrido Sturdi, Simone Balehorn, Radulfo Uiel, Andrea de Wlgaricote, Iohanne Pilet, Galfrido clerico & multis aliis.

862.

[Henry Simeon grants quitrents to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Henricus filius Simeonis dedi in elemosinam deo & beate Marie & ecclesie de Osen. [&c.] totum tenementum quod Willelmus Molendinarius tenuit de me pro duobus solidis, & tenementum quod Henricus Carpentarius tenuit de me pro xx denariis, & tenementum in quo Robertus Coopertarius mansit, quod predicti canonici de me tenuerunt, & tenementum quod heredes Radulfi Pinchehaste de me tenuerunt pro III obolis, de quibus tribus obolis heredes predicti Radulfi acquietabunt predictum tenementum uersus capitales dominos de uno obolo die sancti Martini & canonicis Oseneie unum denarium. Et sciendum quod prenominati tenementi [*sic*] sunt de feodo de Hedendone extra portam aquilonarem Oxonie. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Roberto filio Oeni, Iohanne Padi, Henrico filio Henrici, Simone Balehorn, Laurencio Halegod, Philippo Burgens[i], Hugone Fauue, Toma Wiard' & aliis.

S. Mary Mag. 51 B. 101v c. 1220

18. A Rent from the Forge.

The rentals show that Oseney received a quitrent of 6*d.* a year from *fabrica in medio vie regie*. The position of the houses in the middle of the street is shown in the map of 1771 which is given in *Surveys and Tokens*, p. 72. The later Oseney rentals show that the payment was made by the proctors of the chantry of St. Mary in the church of St. Mary Magdalen. In the return of 37 Henry VIII we find among the possessions of the chantry a 'smithy-forge' (*Chantry Certificates*, p. 2, Oxf. Rec. Soc.); this was sold to George Owen and given by him with other possessions to the church of St. Mary Magdalen, and in the map of 1771 it figures as 'the church house'. Deed no. 809 says that the rent

was given to Oseney by Gilbertus Faber; his grant is missing; he lived about 1210–20 (*Cart. St. Frid.* i. 422).

19. Domus le Keyser.

On the east side of the road Oseney had a rent of 16*d.* from a house which in the earlier rentals is called the house of Brampton, in the later rentals the house of Keyser. It stood where now is the back entrance to Trinity College, but there is no deed to show how Oseney obtained the rent, and we cannot say whether it had any connexion with the family of Keyser.

20. Domus Plumbarii.

Oseney had a rent of 16*d.* from the house of John the Plumber; but we do not know how it was obtained. The tenement was absorbed in the inn called The Cardinal's Hat, which is described next.

21. The Cardinal's Hat.

Deed no. 886 informs us that in 1389 the New Inn had been formed out of five messuages. Of these the southernmost is traced into the hands of John de Oxonia in the first six deeds; and the tenement next on the north came to him by deed no. 869 and a plot of land by the next deed. These properties, made by him into an inn, were granted by him to Henry de Malmesbury in 1349, who acquired two more tenements and added them to the inn. On his death in 1361 the property came to John Hardy, and as early as 1384 (*Cart. Hosp. St. John*, iii. 204) it had the name of The Cardinal's Hat. It was acquired by Oseney in 1390 by royal licence. For its situation and subsequent history see *Balliol Deeds*, pp. 73–81. The University received a rent of 6*s.* 8*d.* from this property until 1555; see *Mediaeval Archives of the University*, i. 315–17.

863.

[Walter, son of Walter Bost, sells a tenement to William de Knaresborow.]

S. Mary Mag. 21 Jan. 8, 1317

Sciant [&c.] quod nos Walterus filius Walteri Bost de Oxonia & Iohanna uxor mea unanimi assensu & uoluntate nostra dedimus [&c.] Willelmo iuxta aquam de Knaresborw & Agneti uxori eius & eorum heredibus ac assignatis viginti solidos annui redditus provenientes annuatim ex toto illo tenemento cum pertinenciis quod Alicia que fuit uxor Willelmi de Clanefelde tenet ad terminum uite sue in

suburbio extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene eiusdem suburbii, scilicet inter tenementum magistri & fratrum Hospitalis sancti Iohannis Oxonie ex parte australi & tenementum Thome Baret ex parte boriali una cum reuersione eiusdem tenementi cum pertinenciis post mortem ipsius Alicie; habendos & percipiendos annuatim terminis suis debitis & consuetis de toto tenemento predicto cum pertinenciis, una eciam cum reuersione eiusdem tenementi post mortem predicte Alicie prefatis Willelmo & Agneti & eorum heredibus & assignatis libere, quiete, integre, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta in perpetuum. Et nos predicti Walterus filius Walteri & Iohanna & heredes nostri predictum annuum redditum viginti solidorum [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt nobis predicti Willelmus & Agnes decem libras sterlingorum pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Hakeburne tunc balliuo hundredi extra portam predictam, Thoma Bost, Iohanne le Quilter, Henrico de Bramptone, Iohanne de Schirburne, Ricardo Oueree, Iohanne de Couele, Rogero Bost, Thoma le Hore, Roberto de Purye, Thoma Baret & aliis. Data in suburbio predicto die Sabbati proxima post festum Epiphanie domini anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.

864.

[John de Croxford quitclaims to William de Knaresburghe.]

S. Mary Mag. 23 Oct. 19, 1317

Omnibus [&c.] Iohannes de Croxforde senior salutem in domino. Noueritis me remisisse & omnino quietum clamasse Willelmo de Knaresburghe, heredibus & assignatis suis imperpetuum totum ius meum [&c. as in the next] in perpetuum. Pro hac autem remissione & quieta clamancia dedit michi predictus Willelmus quinque marcas sterlingorum pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burncestre tunc maiore Oxonie, Ricardo Cary & Gilberto de Grensted tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne Culuerd, Thoma Bost, Henrico de Bramptone, Iohanne le Sauser, Iohanne filio Willelmi Bost, Rogero Bost, Roberto de Pyrie, Ada de Iarme, Thoma de Pyrie clerico & aliis. Data in suburbio predicto die Mercurii in festo sancte Frideswyde virginis anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi undecimo.

865.

[Walter, son of Walter Bost, quitclaims to William de Knaresburghe.]

S. Mary Mag. 22 April 1, 1318

Omnibus [&c.] Walterus filius & heres Walteri Bost de Oxonia salutem in domino. Noueritis me remisisse & omnino quietum clamasse pro me & heredibus meis Willelmo de Knaresburghe, heredibus & assignatis suis in perpetuum totum ius meum & clamium quod habui vel aliquo modo habere potui seu potero in futurum in toto illo mesuagio cum pertinenciis in suburbio Oxonie, quod Alicia de Clanefelde quondam tenuit & nunc dictus Willelmus tenet, & quod situm est in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum magistri & fratrum Hospitalis sancti Iohannis Oxonie ex parte australi & tenementum Thome Baret ex parte boriali, ita videlicet quod nec ego predictus Walterus filius Walteri neque heredes mei nec aliquis alius nomine meo quicquam iuris vel clamii dominii redditus vel seruicii in predicto mesuagio cum pertinenciis vel in aliqua parte eiusdem exigere seu vendicare poterimus quovismodo in futurum, set ab omnimodis accionibus, demandis & quibuscunque iuribus vel seruiciis dictum mesuagium qualitercunque tangentibus penitus exnunc excludamur per presentes in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burncestre tunc maiore Oxonie, Ricardo Kary & Gilberto de Grenestede tunc balliuis eiusdem ville, Thoma Bost, Henrico de Bramptone, Iohanne le Saucer, Iohanne filio Willelmi Bost, Rogero Bost, Roberto de Pyrye, Adam de Iarum, Willelmo de Bladene & aliis. Data in suburbio predicto die Sabbati proxima post festum Annunciacionis dominice anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi undecimo.

866.

[Alice de Clanfelde quitclaims to William de Knaresborough.]

S. Mary Mag. 24 Oct. 24, 1318

Omnibus [&c.] Alicia de Clanefeld salutem. Noueritis me concessisse, remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Willelmo Knarisburge, heredibus suis vel suis assignatis totum ius meum & clameum quod habui vel in [*sic*] aliquo modo habere potui in uno mesuagio cum pertinenciis in

suburbio Oxonie una cum fornace & cum omnibus aliis vasis dicto mesuagio spectantibus aut inuentis, quod quidem mesuagium situm est in parochia sancte Marie Magdalene [&c. as in the last deed] in perpetuum. Pro hac autem remissione [&c.] dedit michi predictus Willelmus sertam [*sic*] summam pecunie pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre, Ricardo Cary & Gilberto de Grenested, Iohanne Culuerd, Thoma Bost, Iohanne le Sauser, Henrico de Bromptone, Roberto de Perie, Rogero Bost, Adam Iarum, Willelmo de Stanforde & aliis. Data in suburbio Oxonie die Martis proxima post festum sancte Frideswide virginis, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi duodecimo.

867.

[A concord about two properties in the parish of St. Mary Magdalen.]

Hec est finalis concordia facta in hustengo Oxonie, ibidem die Lune primo die Maii, anno regis Edwardi tercii post conquestum, regni Anglie quarto decimo, regni uero sui Francie primo, coram Willelmo de Burcestre tunc maiore ville Oxonie, Ricardo de Selewode & Iohanne de Aleston tunc balliuis eiusdem ville, Ricardo Cary, Henrico de Stodle, Simone de Gloucestre & Andrea de Wormenhale tunc aldermannis dicte ville Oxonie, & aliis domini regis fidelibus tunc ibidem presentibus, inter Iohannem de Oxonia de London' peleter querentem & Willelmum de Knaresburgh' seniorem & Agnetem uxorem eius deforciantes de uno mesuagio cum pertinentiis in suburbio Oxonie; unde placitum terre summonitum fuit inter eos per breue domini regis de recto patens in eodem hustengo, scilicet quod predicti Willelmus de Knaresburgh' & Agnes recognouerunt predictum mesuagium cum pert. in suburbio predicto situatum in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum Iohannis Baret ex una parte & tenementum magistri & fratrum Hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie ex altera parte, esse ius ipsius Iohannis de Oxonia & illud ei reddiderunt in eodem hustengo; habendum & tenendum eidem Iohanni de Oxonia & heredibus suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia que ad mesuagium predictum pertinent imperpetuum. Et predicti Willelmus & Agnes & heredes ipsius Agnetis [&c. warranty]. Et inter predictum Iohannem de Oxonia querentem & predictum Willelmum de Knaresburghe

S. Mary Mag. 25 May 1, 1340

seniorem & Willelmum de Knaresburghe iuniorem, deforciantes, de uno mesuagio cum pert. in suburbio predicto; unde placitum terre summonitum fuit inter eos per breue domini Regis predictum, scilicet quod predicti Willelmus de Knaresburgh senior & Willelmus de Knaresburgh iunior recognouerunt quoddam mesuagium cum pert. in suburbio predicto situatum in parochia predicta inter tenementum Prioris & Conuentus ordinis beate Marie virginis de Monte Carmeli ex parte una & tenementum magistri & fratrum hospitalis predicti ex parte altera, esse ius ipsius Iohannis de Oxonia [&c. in the same words as before]. Et predicti W. de K. senior, & W. de K. iunior & heredes ipsius W. de K. iunioris [&c. warranty].[1]

868.

[John Bost quitclaims to John de Oxonia.]

S. Mary Mag. 26 May 7, 1344

Uniuersis [&c.] Iohannes Bost filius & heres Walteri Bost de Oxonia salutem. Noueritis me concessisse, remisisse & omnino de me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Iohanni de Oxeneford, ciui & pellipario London', totum ius meum & clamium quod unquam habui, habeo seu aliquo modo, iure vel titulo habere potero in futurum in toto illo mesuagio cum pertinenciis quod quondam fuit predicti Walteri patris mei in parochia beate Marie Magdalene in suburbio extra portam borialem Oxonie, ita videlicet [&c. as in no. 658]. Et ego & heredes mei [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Laurencio Sely, Thoma de Farnham, Willelmo de Caue, Iohanne de Bedeforde, Adam de Buri, Waltero Page, Simone de Pulham & aliis. Data London' septimo die mensis Maii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie decimo octauo, regni vero sui Francie quinto.

869.

[John Baret grants a messuage to John de Oxonia.]

S. Mary Mag. (no number) Oct. 28, 1345

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Baret cissor de Oxonia dedi [&c.] Iohanni de Oxonia ciui & pellipario Londonie & Agneti uxori eius unum mesuagium cum pert. in suburbio extra

[1] The deed is in the form usual with final concords, the indented edge running not merely along the top but also on the left-hand side. The latter property must have been on the east side of Stockwell Street.

portam borialem Oxonie situatum in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum predicti Iohannis de Oxonia ex parte australi & tenementum quod quondam fuit Rogeri Bost ex parte boriali; habendum & tenendum predictis Iohanni & Agneti & heredibus & assignatis ipsius Iohannis libere, bene, [integre] & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne filio Willelmi Bost, Ricardo de Iarpunuille, Andrea de Haillesdone, Iohanne Saucer, Stephano de Meritone, Willelmo de Bramptone, & aliis. Dat' in suburbio predicto die Ueneris in festo apostolorum Symonis & Iude, anno regni Anglie regis Edwardi tercii post conquestum decimo nono, regni uero sui Francie sexto.[1]

870.

[William de Bosbury grants a plot to John de Oxonia.]

S. Mary Mag. (no number) Feb. 27, 1347

Sciant [&c.] quod nos Willelmus de Bosbury & Agnes uxor mea dedimus [&c.] Iohanni de Oxonia, ciui[2] Londonie, quandam placeam in suburbio extra portam borialem Oxonie iacentem in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum Walteri le Coupere ex parte una & tenementum predicti Iohannis de Oxonia ex parte altera, que quidem placea continet in longitudine quinquaginta & octo ulnas regias a fine tenementi nostri & in latitudine tres ulnas regias tres quarterias & quatuor pollices unius ulne; habendam & tenendam dictam placeam cum omnibus suis pertinenciis predicto Iohanni, heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne le Peyntour, Iohanne Saucer, Willelmo de Bramptone, Stephano de Meritone, Adam de Chisilhamptone, Willelmo Bylot, Waltero le Coupere & aliis. Dat' in suburbio predicto die Martis proxima post

[1] There is also a release and quitclaim in similar terms, dated 'die Lune in vigilia Omnium Sanctorum'. The grant is endorsed as follows: 'Oxon': hustengum tentum apud Oxoniam die Lune in crastino sancti Leonardi abbatis anno infrascripto coram Ricardo Cary, maiore uille Oxonie, Adam de Tershawe, Adam atte Knaphalle balliuis eiusdem uille, & aliis domini regis fidelibus tunc ibidem presentibus, Iohannes Baret cissor de Oxonia uenit & recognouit istam cartam esse factum suum, factum die in ista carta content[a], & seisinam mesuagii in dicta carta contenti Iohanni de Oxonia ciui & pellipario Londonie & Agneti uxori eius iuxta tenorem dicte carte fore liberatam. Et peciit quod sic irrotularetur. Et irrotulatum est, &c.'

[2] ciue, MS.

festum sancti Matthie apostoli anno regni Anglie regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo primo, regni uero sui Francie octauo.

871.

[John de Oxenford grants three messuages to Henry de Malmesbury.]

S. Mary Mag. 27 Dec. 3, 1349

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Oxenforde, ciuis & pelliparius London', dedi [&c.] Henrico de Malmesbury, burgensi de Oxonia, & Alicie uxori sue cognate mee & heredibus & assignatis suis totum illud mesuagium vocatum le Newe In,[1] cum omnibus pertinenciis suis, quod habeo in parochia beate Marie Magdalene in suburbio extra portam borialem Oxonie, quod quidem mesuagium cum pertinenciis suis situatur inter tenementum prioris & fratrum domus hospitalis sancti Iohannis uersus austrum et tenementum Willelmi de Boseworthe[2] uersus aquilonem, et abuttat super regiam viam eiusdem suburbie [*sic*] versus occidentem, usque tenementum prioris & conuentus de Duresm' versus orientem. Dedi eciam & concessi prefatis Henrico & Alicie & heredibus & assignatis suis quoddam mesuagium meum cum pertinenciis in villa Oxonie in vico vocato Cattestrete in parochia beate Marie situatum inter tenementum prioris & conventus sancte Frideswyde ex parte una & tenementum quondam Walteri de Faryndone ex parte altera. Dedi eciam & concessi prefatis Henrico & Alicie & heredibus & assignatis suis quoddam mesuagium meum cum pertinenciis in eodem vico situatum in parochia beati Petri in oriente inter tenementum abbatis & conuentus de Eynesham ex parte boriali & tenementum magistri Iohannis de Cornubia ex parte australi: habenda & tenenda cum omnibus iuribus & pertinenciis suis quibuscumque prout mete & bunde proportant prefatis Henrico & Alicie uxori sue & heredibus & assignatis suis libere, quiete, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], Iohanne de Bereford tunc temporis maiore Oxonie, Iohanne de Falleghe & Iohanne de Bedeford tunc temporis aldermannis, Iohanne de Stodle & Nicholao Gerlaund tunc temporis balliuis, hiis testibus, Iohanne Sauser, Iohanne Plumer, Adam de Chiselhampton, Iohanne Crooke, Thoma

[1] The previous deeds show that it was composed of two holdings.

[2] Bosbury in the previous deed.

Latoner, Rogero de Northwode, Ricardo Coko, Nicholao atte More, Simone Dyere & aliis. Data Oxonie die Iouis proxima post festum sancti Andree apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio.

872.

[John de Oxonia appoints Nicholas Gerlaund to be his attorney to grant seisin to Henry de Malmesbury.]

Nouerint uniuersi me Iohannem de Oxonia, ciuem & pelliparium London', fecisse & constituisse dilectum michi in Cristo Nicholaum Gerlaund certum attornatum meum ad ponendum nomine meo Henricum de Malmesbury & Aliciam uxorem eius in plenam, pacificam & perpetuam seisinam in omnibus tenementis que predicti Henricus & Alicia uxor eius habent infra libertatem Oxonie secundum tenorem carte feoffamenti quam prefatis Henrico & Alicie inde fieri feci, ratum & gratum in perpetuum habiturus quicquid prefatus Nicholaus attornatus meus in predicta seisina nomine meo prefatis Henrico & Alicie liberanda duxerit faciendum. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui; et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum maioris ciuitatis London' ad rogatum meum presentibus est appensum. Data Londoniis die Iouis proxima post festum sancti Andree apostoli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio.[1]

S. Mary Mag. XXVII Dec. 3, 1349

873.

[Emma Bost quitclaims a moiety of a messuage to Richard de Salusbury.]

Nouerint uniuersi me Emmam Bost filiam & heredem Henrici Bost de Oxon' remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamasse Ricardo de Salusbury totum ius meum & clamium quod habui, habeo seu quouis modo habere potero in tota medietate unius mesuagii cum curtilagio adiacente & suis pertinenciis situati in suburbio extra portam borealem Oxon' in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum Willelmi de Bramptone ex parte boreali & tenementum Henrici Malmesbury ex parte australi. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Saucer,

S. Mary Mag. no. LV Apr. 20, 1350

[1] Seals wanting.

Iohanne de Grettone Iohanne de Aynho, Henrico de Malmesbury, Willelmo Sturthup, Adam de Chisilhamptone & aliis. Dat' in suburbio predicto die Martis proxima ante festum sancti Georgii anno regni Anglie regis Edwardi III vicesimo quarto & Francie undecimo.

874.

[Richard de Salusbury grants a moiety of a messuage to Henry de Malmesbury.]

S. Mary Mag. 56 Aug. 10, 1351

Sciant presentes & futuri quod ego Ricardus de Salusbury de Oxonia dedi [&c.] Henrico de Malmesbury de Oxonia & Alicie uxori sue medietatem unius mesuagii contigui mesuagio predicti Henrici ex parte australi situat[o] in suburbio & hundredo extra portam borealem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene, & [juxta][1] tenement[um] quod quondam fuit Willelmi de Brampton ex parte boriali; habendam & tenendam predictis H. & A. & heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Saucer, Iohanne filio suo, Iohanne de Grettone, Reginaldo de Westouere, Willelmo de Bramptone, Adam de Chisilhamptone & aliis. Dat' in suburbio predicto die Mercurii in festo sancti Laurencii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo quinto.

875.

[John de Dodford and his wife grant a tenement to Henry, son of William de Brampton.]

S. Mary Mag. 53 Jan. 13, 1296

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Dodeford assensu & consensu Sarre uxoris mee dedimus, concessimus [&c.] Henrico filio Willelmi de Bramptone cum Isolda filia nostra in liberum maritagium totum illud tenementum cum omnibus suis pertinenciis, quod quidem tenementum situm est in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio extra portam borialem Oxonie inter tenementum Galfridi Baret ex parte boriali & tenementum predicti Iohannis de Dodeforde

[1] Not in MS. Probably the scribe meant to say, 'between the tenement of Henry of Malmesbury and the tenement which was once of William of Brampton'.

ex parte australi, habendum & tenendum predicto Henrico & Isolde & eorum heredibus de corpore eorundem legitime procreatis libere, quiete, bene & in pace & cuicunque uel quibuscunque dare, uendere, legare uoluerint; reddendo inde & faciendo capitalibus dominis feodi seruicia inde debita & consueta pro omnibus seruiciis secularibus & demandis. Ego uero [&c. warranty]. Et si heres inter predictos Henricum & Isoldam legitime non fuerit procreatus predictum tenementum cum pertinenciis nobis seu heredibus nostris post amborum decessum sine contradiccione alicuius plenarie reuertetur. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Wodestone tunc balliuo Hundredi extra portam borialem Oxonie, Waltero Bost, Ricardo Ouerhe, Roberto de Welles, Ricardo de Dadingtone, Petro de Haneberge, Willelmo Meke, Roberto de Heyforde, Galfrido Baret, Philippo de Mixebyry & aliis. Dat' apud Oxon' die Veneris in festo sancti Yllarii anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo quarto.

876.

[Sarah, widow of John de Dodford, quitclaims the tenement.]

S. Mary Mag. 54 Jan. 20, 1312

Nouerint [&c.] quod ego Sarra que fui uxor Iohannis de Dodeforde in mea pura uiduitate ac ligia potestate concessi, relaxaui & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamaui Henrico de Bramptone & Isolde uxori sue & eorum heredibus & assignatis totum ius meum & clamium quod habui uel habere potero in toto illo tenemento cum suis pertinenciis quod situm est in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene inter tenementum Iohannis Baret ex parte aquilonari & tenementum Rogeri Bost ex parte australi; ita quod nec ego predicta Sarra nec heredes mei nec aliquis alius per nos aliquod ius uel clamium in predicto tenemento cum pertinenciis de cetero exigere, uendicare uel clamare quoquomodo [poterimus], set ab omnimodis exactionibus seu demandis in perpetuum tenore presencium simus exclusi. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Haye tunc balliuo hundredi extra portam borialem Oxonie, Willelmo de Ernesbi, Willelmo Meek, Thoma Bost, Iohanne de Couele, Rogero Bost, Roberto de Langeton & multis aliis. Dat' Oxonie die Iouis proxima post festum sancti Hillarii anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quinto.

877.

[Henry de Brampton and Isolda his wife grant the tenement to John de Loughteburghe.]

S. Mary Mag. 55 Oct. 30, 1316

Sciant [&c.] quod nos Henricus de Bramptone de Oxonia & Isolda uxor mea unanimi assensu & uoluntate nostra dedimus [&c.] Iohanni de Loughteburghe cissori de Oxonia in liberum maritagium cum Matilde filia nostra unum mesuagium cum pertinenciis situatum in suburbio extra portam borealem Oxon' in parochia sancte Marie Magdalene eiusdem suburbii inter tenementum Rogeri Bost ex parte australi & tenementum Iohannis Baret ex parte boreali ; habendum & tenendum prefatis I. & M. & heredibus de corporibus eorundem legitime procreatis libere, quiete, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta in perpetuum. Et nos [&c. warranty]. Et si contingat predictos I. & M. sine herede inter ipsos legitime genito obire, quod absit, tunc predictum mesuagium cum omnibus suis pertinenciis post eorum decessum nobis & heredibus nostris statim reuertatur absque contradictione aliqua uel impedimento. In huius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Willelmo de Hakeburne tunc balliuo hundredi extra portam predictam, Ricardo Oueree, Thoma Bost, Iohanne le Quilter, Willelmo de Bigenhulle, Iohanne de Schireburne, Roberto de Heyforde, Waltero de Erneby, Iohanne de Couele, Roberto de Pyr[ia], Rogero Bost & aliis. Dat' in suburbio predicto die Sabbati proxima post festum apostolorum Simonis & Iude anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.[1]

878.

[Thomas de Brehulle grants a messuage to Henry de Malmesbury.

S. Mary Mag. 57 Apr. 6, 1361

Sciant [&c.] quod nos Thomas de Brehulle de London' cordewaner & Isabella uxor eius dedimus [&c.] Henrico de Malmesbury de Oxonia & Alicie uxori eius unum mesuagium cum pertinenciis in suburbio Oxonie extra portam borialem in parochia sancte Marie Magdalene situatum inter tenementum predicti Henrici ex parte australi & tenementum Margerie Peyntour ex parte boriali, quod

[1] This deed is also to be found at New College, among the deeds of the parish of St. Mary Magdalen, no. 8; it is unknown why it should be there, or why the deed was issued in duplicate.

quidem mesuagium quondam fuit Willelmi de Bramptone, habendum & tenendum prefatis H. & A. & heredibus ac assignatis ipsius Henrici de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et preterea nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Stodle tunc maiore uille Oxonie, Iohanne Benham & Iohanne de Dadyntone tunc balliuis, Iohanne de Bereforde, Roberto Mauncel, Iohanne Grettone, Iohanne le Plomer, Galfrido de Bourghe, Iohanne le Saucer, Iohanne de Norhamptone clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam sexto die Aprilis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo quinto.

879.

[The will of Henry of Malmesbury.]

S. Mary Mag. 75 July, 1361

In dei nomine, amen.[1] Ego Henricus de Malmesbury, burgensis Oxon', die Sabbati proxima [ ][2] festum sancti Thome martiris anno domini M CCC LXI condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti & beate Marie uirgini & omnibus sanctis, & corpus meum ad sepeliendum in capella sancte Marie uirginis in ecclesia sancte Marie Magdalene Oxon'; item lego summo altari eiusdem ecclesie pro decimis meis oblitis XL s.; item lego capelle beate Marie in eadem ecclesia XX s.; item fabrice ecclesie predicte XL s.; item lumin[ari] alte crucis in eadem ecclesia XV d.; item luminari sancte Katerine XV d.; item luminari sancti Nicholai eiusdem XL d.; item fratribus de monte Carmel' Oxon' XL s.; item fratribus Minoribus eiusdem uille XX s.; item fratribus Predicatoribus XX s.; item fratribus August[inensibus] eiusdem uille XX s.; item ratribus hospit[alis] sancti Iohannis Oxon' X s.; item fratribus sancte Trinitatis Oxon' XIII s. IIII d.; item monasterio sancte Frideswide XX s.; item monasterio monialium de Lutlemore XL s.; item conuentui de Godestowe pro pietancia X s.; item Alicie filie mee moniali de Lutlemore LX s. & unum lectum; item Marg[arete] filie mee lego, si contigat ipsam viuere per unum annum post dat[am] presencium viginti marcas argenti, unam coupe de argento cum le couerkele arg[enteo], unam peciam arg[enti], VI cocliaria arg[entea], unum mazoriu[m] album arg[ento] ligat[um], unum Note[3] cum pede

[1] This is a copy, not an original will. The date of the clause of probate proves that the day is the Translation of St. Thomas (July 7), not his death (Dec. 29).

[2] A word evidently omitted here: *post* or *ante*.

[3] A coco-nut.

arg[enteo] & cum couerkele arg[enteo] deaurat[o], quatuor lect[os], duas mappas, duo manutergia, duas pelues cum lauator[ibus], duas ollas eneas, duo posnetes, duas patellas cum uno tripode, VI discos de peudr' gernesiat'[1], & si obierit infra annum, quod disponantur illa legata pro anima mea; item lego pro III sacerdotibus diuina celebraturis pro anima mea [in][2] ecclesia predicta in proximo anno futuro viginti marcas argenti; item ponti de Grauntpont XIII s. IIII d.; item ponti de Petipount XIII s. IIII d.; item lego ad distribuendum pauperibus die sepulture mee C s.; item in cera expend[enda] circa corpus meum IIII libras argenti; item lego ad distribuendum pauperibus nudis decem marcas panni contra iemem; item ad distribuendum pauperibus pro calig[is] & sotularibus contra dictum tempus decem marcas argenti; item lego Alicie filie Gerlond' XX s., si contingat ipsam uiuere, unum lectum, unam ollam eneam, unam patellam; item peluim cum lauator[io], unam peciam argenteam, III coclearia argentea; item filie eiusdem Nicholai[3] moniali de Godestowe X s.: item Alicie filie Iohannis Blake X s.; item Isabelle uxori Eadmundi de Lodelowe XX s.; item Cristine seruienti mee XX s.; item Isabelle seruienti mee X s.; item Iohanni de Meritone V s.; item Thome seruienti meo XL d.; item Iohanni Cartere II s.; item uxori sue II s., item Thome Folke II s.; item Roberto clerico meo II s. & unum librum de septem sacramentis; item Iohanni Heynes XX s. & unam robam; item clerico ecclesie XL d.; item do & lego Alicie uxori mee quandam aulam que vocatur Peyntourhalle, situatam in Hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene Oxonie, iuxta quandam vacuam placeam que vocatur Gosecourt ex parte australi, habendam & tenendam predictam aulam predicte Alicie & heredibus siue assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Solutis post[ea] debitis meis, deductisque expensis funerariis, residuum bonorum meorum non legatorum lego Alicie uxori mee; et ad istud testamentum fideliter exequendum & adimplendum, Aliciam uxorem & executricem principalem & Iohannem de Bekenisfelde executorem meum ordino, facio & constituo per presentes. In cuius [&c. sealing]. Datum in hundredo extra portam borealem Oxon', die, loco & anno supradictis: item magistrum Willelmum Holm' meum superuisorem, regnique[4] regis Anglie regis Edwardi tercii post conquestum XXXV^to^.

[1] Probably means 'of pewter garnished'.

[2] Omitted in MS.

[3] i.e. Nicholas Garlond.

[4] The clause appointing the 'supervisor' breaks the sentence.

Pridie Idus Iulii, anno Domini M CCC LXI, in capella sancti Thome Oxon', coram nobis domini archidiaconi officiali, probatum [fuit] presens testamentum & pro eodem legitime pronunciatum, ac administracio omnium bonorum dictum testamentum concernencium executoribus infrascriptis in forma iuris iuratis per nos est commissa. Datum die loco & anno domini supradictis.

880.

[Alice, widow of Henry de Malmesbury, grants to the Vicar of St. Mary Magdalen's and others her chattels and tenements in Northgate Hundred.]

S. Mary Mag. 28 Sept. 12, 1361

Nouerint uniuersi me Aliciam que fui uxor Henrici de Malmesbury dedisse & concessisse domino Ricardo perpetuo vicario ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, domino Iohanni Thorp capellano & Iohanni de Bekenysfeld omnia bona mea & catalla tam uiua quam mortua existencia aut inuenta cum omnibus tenementis meis in Hundredo extra portam borialem Oxonie sine exnunc uendicacione quacunque de eisdem. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Data in Hundredo predicto die dominica post festum Natiuitatis beate Marie virginis anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo quinto.

881.

[The tenements of Henry de Malmesbury are granted to John Hardy and Alice his wife, late the wife of Henry de Malmesbury.]

S. Mary Mag. 29 Sept. 29, 1361

Sciant presentes & futuri quod nos Ricardus perpetuus vicarius ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, Iohannes Thorp capellanus, & Iohannes de Bekenesfeld dedimus, concessimus & hac presenti carta nostra indentata confirmauimus Iohanni Hardy & Alicie uxori eius omnia terras & tenementa, redditus & prata cum omnibus suis pertinenciis in Oxonia & suburbio eiusdem ville & in Hundredo extra portam borialem Oxonie que quondam fuerunt Henrici de Malmesburi de Oxonia & dicte Alicie uxoris eiusdem Henrici, et que nuper habuimus ex dono & feoffamento eiusdem Alicie ; habenda & tenenda omnia predicta terras, tenementa,

redditus & prata cum suis pertinenciis prefatis Iohanni Hardy & Alicie & heredibus de corporibus eorundem Iohannis & Alicie legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et si contingat quod iidem Iohannes Hardy & Alicia sine herede de corporibus eorum procreato obierint, tunc omnia predicta terre, tenementa, redditus & prata cum eorum pertinenciis executoribus dicti Henrici de Malmesbury uel eorum executoribus & perpetuo vicario ecclesie beate Marie Magdalene, qui pro tempore fuerit, remaneant ad vendendum seu ad disponendum ad quandam perpetuam cantariam in ecclesia predicta pro animabus dicti Henrici, Iohannis Hardy & Alicie, prout sibi melius uiderint expedire. In cuius rei testimonium tam nos predicti Ricardus, Iohannes Thorp & Iohannes de Bekenesfeld, quam predicti Iohannes Hardy & Alicia huic carte indentate sigilla nostra alternatim apposuimus: hiis testibus, Iohanne de Stodlee tunc maiore ville Oxonie, Iohanne Benham & Iohanne de Dadyngtone tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Bedeford, Iohanne de Hertwelle, Iohanne de Langrysshe, Iohanne Norhamptone, Iohanne de Gruttone, Ada de Chiselhamptone et aliis. Data in Hundredo predicto die Mercurii in festo sancti Michaelis archangeli anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo quinto.

882.

[A release of the New Inn by Ralf Bekenesfeld.]

S. Mary Mag. 34. 2 Mar. 13, 1389

Omnibus [&c.] Radulphus Bekenesfeld frater & heres Iohannis Bekenesfeld salutem in domino. Cum Alicia que fuit uxor Henrici de Malmesbury in pura viduitate sua nuper dedisset & concessisset Ricardo vicario ecclesie beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, Iohanni Thorp capellano & prefato Iohanni Bekenesfeld unum mesuagium vocatum le Neweyn & cetera mesuagia, terras & tenementa cum pertinenciis in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie ad terminum vite ipsorum Ricardi, Iohannis & Iohannis, ut in carta inde facta plenius apparet; ac postmodum predicti R., I., et I. omnia predicta mesuagia, terras & tenementa cum pertinenciis Iohanni Hardy & prefate Alicie tunc uxori ipsius Iohannis Hardy dedissent & concessissent, ac eciam predictus Iohannes Bekenesfeld prefatos Ricardum & Iohannem Thorp diu superuixerit & postea obiisset sine herede de

corpore suo exeunte; ac postmodum predicti Iohannes Hardy & Alicia uxor eius dedissent & concessissent omnia predicta mesuagia, terras & tenementa cum pertinenciis suis Iohanni Frome domino de Bukyngham, Elie vicario ecclesie de Wycombe, Willelmo vicario ecclesie de Cudelyngtone, Thome Houkyn de Oxonia, & Iohanni Wortone sibi & heredibus suis in perpetuum; noueritis me predictum Radulphum remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse predictis Iohanni Frome, Elie, Willelmo, Thome & Iohanni Worton & heredibus suis totum ius & clameum meum quod habeo, habui seu quouismodo habere potero in omnibus predictis mesuagiis, terris & tenementis cum pertinenciis suis, ita quod [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Houkyn, Willelmo Chyselhampton, Willelmo Reuell, Willelmo Cook, Iohanne Terry & aliis. Datum apud Oxoniam in crastino sancti Gregorii pape anno regni regis Ricardi secundi post conquestum duodecimo.

883.

[The Vicar of St. Mary Magdalen and the Wardens of the chantry quitclaim the New Inn to John Hardy.]

S. Mary Mag. 30 Feb. 28, 1389

Omnibus [&c.] Iohannes de Lekamstede perpetuus vicarius ecclesie sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, Willelmus Reuell' & Willelmus Cooke procuratores cantarie beate Marie virginis in ecclesia predicta salutem in domino. Cum Iohannes Hardy & Alicia uxor eius, nuper uxor Henrici Malmesbury, filia & heres Willelmi de Knaresburgh' ac soror & heres Willelmi de Knaresburgh' filii predicti Willelmi, iam teneant quoddam mesuagium vocatum Neweyn,[1] ac cetera mesuagia, terras & tenementa in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene, que sita sunt in latitudine versus altam stratam & occidentem inter mesuagium Prioris & fratrum hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie ex parte australi & tenementum Iohannis Noble, nuper Iohannis Plomer quondam dicti Peyntour, ex parte boreali, & sita sunt in longitudine inter tenementum dicti Prioris & aulam scolarium dictam Baylyhalle ex parte australi usque muros monachorum de Dureham in parte orientali, ac in latitudine illa orientali ipsa se extendunt per dictos

[1] The *Hundred Rolls* of 1279 inform us that the tenement of John de Dodford, which went to make up the New Inn, owed a rent of 12*d.* a year to the church of St. Mary Magdalen.

muros monachorum usque quendam murum in parte boreali adiacentem & contiguum gardino predicti Iohannis Noble & tenemento eiusdem Iohannis Noble predicto versus occidentem usque altam stratam; noueritis nos pro nobis & heredibus & successoribus nostris ac quantum in nobis est pro omnibus & singulis parochianis eiusdem ecclesie remisisse, relaxasse & omnino de nobis, heredibus & successoribus nostris imperpetuum quietum clamasse totum ius nostrum & clameum, quem habemus vel quouismodo habere poterimus in futurum in le Neweyn, mesuagiis, terris & tenementis predictis, predictis Iohanni Hardy & Alicie & heredibus ipsius Alicie & suis assignatis, ita quod nec nos [&c.]. In cuius testimonium tam ego Iohannes vicarius sigillum meum quam nos predicti Willelmus & Willelmus procuratores sigillum cantarie predicte presentibus apposuimus. Hiis testibus, Thoma Houkyn, Willelmo Chyselhamptone, Ricardo de Burghe, Iohanne Hunche, Iohanne Noble, Gilberto Bortone, et aliis. Data vicesimo octauo die mensis Februarii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie duodecimo.[1]

884.

[John Hardy grants the New Inn to trustees.]

S. Mary Mag. 32.1 Mar. 2, 1389

Sciant presentes & futuri quod nos Iohannes Hardy de Walcote & Alicia uxor mea, filia & heres Willelmi Knaresburghe, nuper uxor Henrici Malmesbury, dedimus [&c.] Iohanni Frome domino de Bukyngham, Elie vicario ecclesie de Wycombe, Willelmo vicario ecclesie de Cudlyngtone, Thome Houkyn de Oxonia & Iohanni Wortone totum mesuagium nostrum vocatum le Neweyn ac cetera mesuagia, terras et tenementa nostra in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, que sita sunt in latitudine versus altam stratam & occidentem [&c. as before] usque altam stratam; habenda & tenenda predictis Iohanni Frome, Elie, Willelmo, Thome & Iohanni Wortone ac eorum heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde debita & consueta. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Attecelere, Willelmo

[1] One seal is ½ inch in diameter: merely I. H. The other is 1¾ inches in diameter; a star of eight points, one of them elongated, with a crescent; S' COMMVN' POCHIANO' MAG'; (see *Collectanea* iii (O.H.S.), frontispiece). Both seals circular.

Chislamptone, Willelmo Reuel, Iohanne Noble, Iohanne Terry & aliis. Data secundo die mensis Marcii, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum Anglie duodecimo.

885.

[A bond to pay £70 to John Hardy.]

S. Mary Mag. 31 Mar. 2, 1389

Hec indentura facta inter Iohannem Bokelond abbatem de Oseney, Eliam vicarium ecclesie de Wycombe, Willelmum vicarium ecclesie de Cudlyngtone, Thomam Houkyn & Iohannem Wortone ex parte una & Iohannem Hardy de Walcote & Aliciam uxorem eius filiam & heredem Willelmi Knaresborough [&c.] ex parte altera testatur; cum per quasdam indenturas concernentes certas condiciones de le Neweyn & ceteris mesuagiis & terris in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene predicti abbas, Elias, Willelmus, Thomas & Iohannes obligentur eisdem Iohanni & Alicie in CLX libris sterlingorum eis soluendis in festo Pasche iam proximo; nichilominus iidem Iohannes & Alicia volunt & concedunt per presentes quod si iidem abbas, Elias [&c.] soluant predictis Iohanni & Alicie annuatim singulis festis Annunciacionis beate Marie & sancti Michaelis decem libras sterlingorum quousque LXX libre eisdem Iohanni & Alicie persoluantur, prima solucione inde incipiente in festo Annunciacionis beate Marie in uno anno iam proximo futuro, extunc predicta obligacio CLX librarum in predictis indenturis contenta vim perdat & effectum: alioquin stet in suo robore & effectu. In cuius [&c. alternate sealing]. Data secundo die mensis Marcii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum duodecimo.[1]

886.

[John Hardy sells the New Inn to trustees for 100 marks.]

S. Mary Mag. 32. 2 May, 1389

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Pasche in tres septimanas anno regnorum Ricardi regis Anglie & Francie duodecimo coram Roberto de Cherltone & Willelmo Thirnyng iusticiariis & aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Iohannem Frome de Bukyngham, Eliam vicarium

[1] With a circular seal; a shield with two chevrons, and two roses (apparently) in the two corners of the shield; S' IOHIS HARDI. Included is the other half of the indenture with five seals; that of the abbot of Oseney is utterly broken, but evidently the same seal as on no. 887.

ecclesie de Wycombe, Willelmum vicarium ecclesie de Cudlyngtone, Thomam Houkyn de Oxonia & Iohannem Wortone querentes et Iohannem Hardy & Aliciam uxorem eius deforciantes de quinque mesuagiis cum pertinenciis in suburbio Oxonie ; unde placitum conuencionis summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predicti Iohannes Hardy & Alicia recognouerunt predicta mesuagia cum pertinenciis esse ius ipsius Thome ut illa que iidem Thomas, Iohannes Frome, Elias, Willelmus & Iohannes Wortone habent de dono predictorum Iohannis Hardy & Alicie, et illa remiserunt & quietum clamauerunt de ipsis Iohanne Hardy & Alicia & heredibus ipsius Alicie predictis Iohanni Frome, Elie, Willelmo, Thome & Iohanni Wortone & heredibus ipsius Thome imperpetuum. Et preterea iidem Iohannes Hardy & Alicia concesserunt pro se & heredibus ipsius Alicie quod ipsi warantizabunt predictis Iohanni Frome, Elie, Willelmo, Thome & Iohanni Wortone & heredibus ipsius Thome predicta mesuagia cum pertinenciis contra omnes homines imperpetuum. Et pro hac recognicione, remissione, quieta clamancia, warantia, fine & concordia iidem Iohannes Frome, Elias, Willelmus, Thomas & Iohannes Wortone dederunt predictis Iohanni Hardy & Alicie centum marcas argenti.

887.

[The trustees grant the New Inn to John Hardy and his wife for their lives.]

S. Mary Mag. 33 June 14, 1389

Hec indentura facta inter Iohannem Bockelonde abbatem de Oseneye, Iohannem Frome dominum de Buckyngham, Willelmum vicarium ecclesie de Cudelyngtone, Thomam Houkyn de Oxonia & Iohannem Wortone ex parte una et Iohannem Hardy de Walcote & Aliciam uxorem eius filiam & heredem Willelmi Knaresborghe nuper uxorem Henrici Malmesbury ex altera testatur quod predicti Iohannes Frome, W., T., & Iohannes Wortone dimiserunt & concesserunt predictis I. H. & Alicie uxori sue illa mesuagia, terras & tenementa que ipsi & Elias nuper vicarius de Wycombe iam defunctus nuper habuerunt ex dono & feoffamento eorundem I. H. & A. per cartam suam ac per finem relaxacionis eisdem in curia domini regis leuatum apud Westmonasterium a die Pasche in tres septimanas ultimo preterito, videlicet anno duodecimo regis huius, et que mesuagia, terre & tenementa sita sunt in suburbio Oxonie in parochia sancte Marie Magda-

lene extra portam borialem Oxonie, que sita sunt in latitudine versus altam stratam & occidentem [&c. as in no 883] usque altam stratam; habenda & tenenda prefatis Iohanni Hardy & Alicie ad totam uitam eorum de predictis Iohanne Frome, W., T., & Iohanne Wortone & heredibus suis, reddendo inde annuatim eisdem I. F., W., T., & I. W. & heredibus suis unam rosam ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste & faciendo omnia onera durante vita eorum quibuscunque inde debita; et predicti Iohannes Hardy & Alicia domos & edificia in mesuagiis, terris & tenementis predictis tota vita sua de tempore in tempus secundum eorum necessitatem reparabunt & sustentabunt. Preterea cum predicti abbas & Elias iam defunctus, Willelmus, Thomas & Iohannes per quasdam indenturas de data primo die mensis Marcii anno regni regis huius duodecimo obligarunt se & quemlibet eorum in solidum ac eorum heredes teneri soluere predictis Iohanni Hardy & Alicie uxori eius ducentas libras sterlingorum si status inde eisdem Iohanni Hardy & Alicie ad terminum vite eorum non fieret, ac eciam obligarunt se & quemlibet eorum in solidum ac eorum heredes teneri soluere eisdem Iohanni Hardy & Alicie uxori sue centum & sexaginta libras sterlingorum prout in predictis indenturis inde factis plene patet; predicti tamen Iohannes Hardy & Alicia omnimodas acciones & demandas que eis tam de predictis ducentis libris quam de centum & sexaginta libris predictis competunt aut competere possunt in futurum predictis abbati, Willelmo, Thome & Iohanni Wortone penitus remittunt & relaxant per presentes & recognoscunt statum predictum ad terminum vite eorum iuxta formam priorum indenturarum eis esse factum. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Ricardo atte Celer', Willelmo Chislampton, Willelmo Ryuelle, Iohanne Noble, Iohanne Terry & aliis. Data quarto decimo die mensis Iunii anno regni regis Ricardi secundi duodecimo.[1]

888.

[John Hardy receives seisin of the New Inn.]

S. Mary Mag. 33. 2 Aug. 15, 1389

Omnibus [&c.] Iohannes Hardy de Walcote iuxta Cherlebury & Alicia uxor mea salutem in domino. Noueritis nos attornasse & in

[1] With four seals; that on the left an oval, not pointed; four figures in niches, two above and two below; below on the right an abbot, on the left a soldier with a cross on his shield, between them a hand holding a pastoral staff; above a crowned figure on the left, on the right an uncertain figure; S. SECRETVM ABIS OSENEYE.

loco nostro posuisse dilectum nobis in Cristo Willelmum Elkyn capellanum ad recipiendum de Thoma Howkyn & Iohanne Chamburleyn seruient[ibus] abbatis de Oseneye plenam & pacificam seisinam in le Newin cum omnibus suis pertinenciis, existente in suburbio Oxonie extra portam borialem in parochia sancte Marie Magdalene, ut in quodam scripto eisdem inde de nobis facto per bundas & metas continetur & testatur, ratum & gratum habituri quicquid dictus Willelmus capellanus in dicta seisina nomine nostro fecerit recipienda. In cuius rei testimonium huic littere attornate [*sic*] sigilla nostra apposuimus. Data apud Walcote in Assumpcione beate Marie, anno regni regis Ricardi secundi post conquestum XIII.[1]

889.

[John Hardy recognizes that the New Inn is now the property of Oseney.]

S. Mary Mag. 34 June 30, 1390

Omnibus [&c.] Iohannes Hardy & Alicia uxor mea salutem in domino. Cum nos teneamus ad terminum vite nostre ex dimissione Iohannis Frome de Bokyngham, Willelmi vicarii ecclesie de Cudelyngtone, Thome Houkyn de Oxonia & Iohannis Worton quoddam mesuagium vocatum le Neweyn ac cetera mesuagia [&c. as in no. 883 to 'altam stratam']; dominusque nunc rex Ricardus secundus per literas suas patentes concessit & licenciam dedit dictis Iohanni Frome, Willelmo, Thome & Iohanni Wortone, quod ipsi concedere possent, quod quinque mesuagia cum pert. in suburbio Oxon', que nos antedicti Iohannes Hardy & Alicia uxor mea tenemus ad terminum vite nostre, & que ad eosdem Iohannem Frome, Willelmum, Thomam & Iohannem Wortone & heredes suos reuerti deberent, integre remanerent abbati de Oseneye & eiusdem loci conuentui; habenda sibi & successoribus suis in perpetuum ad inueniendum quandam lampadem coram summo altari ecclesie beate Marie de Oseneye singulis diebus ad altam missam continue ardentem in perpetuum; eademque mesuagium vocatum le Neweyn ac cetera mesuagia, terras [*sic*] & tenementa predicta infra metas & bundas superius descriptas sunt eadem quinque mesuagia, de quibus predicte litere regie faciunt mencionem; dictique Iohannes, Willelmus, Thomas & Iohannes Wortone licenciis, quorum interest in hac parte, optentis reuersionem eorundem mesuagiorum, terrarum & tenementorum predictorum per scriptum suum coram

[1] With both seals on a strip at the bottom.

nobis lectum & declaratum abbati de Oseneye & eiusdem loci conuentui concesserint; habenda eis & successoribus iuxta formam prenotatam; noueritis nos eisdem abbati & conuentui virtute concessionis predicte per presentes attornasse & eis intendentes exnunc esse volumus, secundum quod antea intendentes fuimus predictis Iohanni, Willelmo, Thome & Iohanni, & reuersionem predictam modo predicto in eisdem abbate & conuentu & eorum successoribus esse debere, quantum in nobis est, recognoscimus, acceptamus & approbamus per presentes. Datum xxx die Iunii, 14 Ric. II.[1]

890.

[Walter, son of Walter Bost, grants a messuage to William de Bygenhulle.]

S. Mary Mag. 106 Dec. 9, 1316

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus filius Walteri Bost de Oxonia dedi [&c.] Willelmo de Bygenhulle de Oxonia unum mesuagium cum pertinenciis in suburbio Oxonie extra portam borialem situatum in parochia beate Marie Magdalene inter tenementum Iohannis le Peyntour ex parte una & tenementum Iohannis le Quilter ex parte altera, habendum & tenendum dicto Willelmo & heredibus suis & assignatis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Hakebourne tunc balliuo hundredi extra portam borialem Oxonie, Waltero de Ernesby, Roberto Ouerhe, Iohanne filio Fulconis, Thoma Baret, Simone le Uoller, & aliis. Dat' in suburbio predicto extra portam borialem predictam die Iouis proxima post festum sancti Nicholai episcopi anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.[2]

891.

[Dionisia Duntes grants to Isolda de Woodpury two messuages.]

S. Mary Mag. 98 May 26, 1349

Sciant presentes & futuri quod ego Dyonisia Duntes dedi [&c.]

[1] The seals of John and Alice as before.

[2] There is also a release and quitclaim in the same terms executed on the following Saturday before the same witnesses. The deed of Thomas Dagville (no. 895) shows that this property passed into the hands of John de Watlington. The tenement which lay next to this on the north side passed into the possession of Lincoln College, and we know that it was occupied by Galfridus Baret in 1300, by John Bost *alias* Peyntour from 1310 to 1349, and by John le Noble about 1390. Hence it appears that this and the next five deeds are all about one tenement at the north-west corner of The Cardinal's Hat.

Isolde de Wodepirie duo mesuagia cum curtilagiis & suis pertinentiis in suburbio & hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia beate Marie Magdalene situata inter tenementum Iohannis le Noble ex parte una & tenementum quod quondam fuit Iohannis le Peyntour ex parte altera, habenda & tenenda predicte Isolde & heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne le Saucer, Iohanne filio suo, Adam de Chisilhampton, Willelmo Sturthup, Iohanne de Sutton, Iohanne de Aygno, Nicholao le T[. .], Iohanne de Dunham & aliis. Dat' in suburbio predicto die Martis proxima ante festum Pentecosten anno regni Anglie regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio & Francie decimo.

892.

[Isolda de Woodpirie grants two messuages to John de Watlington.]

S. Mary Mag. 99 Nov. 8, 1368

Sciant presentes & futuri quod ego Isolda de Wodepirie dedi [&c.] Iohanni de Wattlyngtone bocher de Oxonia duo mesuagia [&c. described as in the previous deed]; habenda & tenenda prefato Iohanni [&c. as in the previous deed]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada de Chisilhampton, Iohanne de Grettone, Reginaldo de Westouere, Ricardo de Adyntone, Iohanne Plomer, Thoma de Wormenhale, Iohanne le Noble & aliis. Dat' in suburbio predicto die Mercurii proxima post festum Omnium Sanctorum anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo secundo.[1]

893.

[Thomas Dyer quitclaims a messuage to John Hardy.]

S. Mary Mag. LVII Oct. 19, 390

Omnibus [&c.] Thomas Dyere de Cudelyngtone & Agnes uxor mea salutem. Noueritis nos remisisse, relaxasse & omnino pro nobis & heredibus nostris imperpetuum quietum clamasse Iohanni Hardy de Walcote & Alicie uxori sue totum ius & clamium que habuimus, habemus uel aliquo modo in futurum habere poterimus in illo tenemento cum omnibus suis pertinenciis quod situatur in

[1] The deed of Thomas Dagvile shows that this tenement became part of The Cardinal's Hat. The deed is missing by which it was granted to John Hardy.

parochia sancte Marie Magdalene in suburbio extra portam borialem Oxonie inter tenementum Galfridi Baret ex parte boriali & tenementum Iohannis de Dodeford ex parte australi; ita quod [&c.]. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Hukyn, Willelmo Reuel, Ricardo atte Celere, Ricardo Burghe, Iohanne Hunche & aliis. Dat' apud Oxoniam die Mercurii in festo sancte Fredeswyde uirginis anno regni regis Ricardi II quarto decimo.

894.

[Agnes, widow of Thomas Dyer, quitclaims a messuage to Oseney.]

Omnibus [&c.] Agnes que fuit uxor Thome Dyere de Cudlyngtone nuper defuncti salutem. Noueritis me in mea pura uiduitate & legia potestate remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Willelmo abbati Oseneye & successoribus suis totum ius meum & clameum quod habeo, habui seu aliquo iuris titulo habere potero in quodam tenemento cum pertinenciis situato in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio extra portam borialem uille Oxonie inter tenementum Iohannis Noble ex parte boriali & tenementum abbatis Oseneye ex parte australi; ita quod [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Edmundo Kenyan maiore uille Oxon', Adam de la Ryuer' & Thoma Draper balliuis, Nicholao Norton clerico predicte uille, Iohanne Sprunt, Iohanne Merstone, Waltero Daundesye, & Iohanne Gybbys tunc aldermannis, Thoma Gybbys, Michaele Salusbury, Willelmo Bramptone, Ricardo Molworthe, Waltero Colet burgensibus ibidem. Dat' apud Oxon' vicesimo quarto die mensis Nouembris anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie quarto decimo.

S. Mary Mag. LVIII Nov. 24, 1412

895.

[Thomas Dagvile quitclaims to Oseney a rent from the New Inn.]

Omnibus [&c.] Thomas Daggevyle filius & heres Willelmi Daggevyle de Oxonia salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me prefatum Thomam remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus

S. Mary Mag. 36 Sept. 30, 1437

meis quietum clamasse Thome abbati monasterii beate Marie de Oseneye & successoribus suis imperpetuum totum ius meum & clameum, que habeo, habui, seu aliquo modo habere potero in sex solidis & octo denariis, quos recipere solebam de predicto abbate ad festum sancti Michaelis archangeli pro duobus mesuagiis cum curtilagiis & suis pertinenciis extra portam borealem Oxon' in parochia beate Marie Magdalene, quondam Willelmi de Bygenhulle & postea Iohannis de Watlyngtone, sed modo porta borealis de le Newhynn, vocata le Cardinalys Hat, ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine nostro aliquod ius uel clameum in predicto redditu sex solidorum & octo denariorum de cetero exigere poterimus [&c.]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Marmeon', Willelmo Felmersham, Thoma Goldsmyth, Henrico Berwyk & Iohanne Blakthorne. Datum Oxonie in crastino sancti Michaelis archangeli, 18 Hen. VI.[1]

896.

[Oseney grants to John Skendelby a lease of the New Inn.]

S. Mary Mag. 35 May 3, 1411

Hec indentura facta inter Willelmum Wendouere abbatem monasterii Oseneye & eiusdem loci conuentum ex parte una & Iohannem Skendelby & Matildam uxorem eius ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt & dimiserunt prefatis Iohanni & Matilde uxori sue totum tenementum suum vulgariter uocatum le Neweyn cum quatuor schopis predicto tenemento annexis, situatum in hundredo extra portam borialem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene, habendum & tenendum prefatis Iohanni Skendelby & Matilde uxori eius ad terminum vite eorum vel alterius eorum diucius viuentis, reddendo inde annuatim predictis abbati & conuentui & eorum successoribus decem libras & coquinario domus predicte sexdecim denarios bone & legalis monete Anglicane ad quatuor anni terminos ibidem usuales equis porcionibus, ac eciam reddendo inde capitali domino seruicia inde debita & de iure consueta; insuper

[1] Attached are two similar deeds: one is dated St. Michael's day, 18 Hen. VI, and has the same witnesses and the same wording except that 'duobus mesuagiis cum curtilagiis' is 'quodam tenemento'. The other is dated Oct. 4, 18 Hen. VI, and is without witnesses. It is a general renunciation by Thomas Dagvile of all right in the New Inn and adjacent messuages, situate between the tenement of the Hospital of St. John on the south and the tenement of John Carre, formerly John Noble, once John Plomer, on the north. All three have a small seal, a plain T.

satisfaciendo inde in omnibus omnia onera seu redditus debita & consueta quibuscumque. Et predicti Iohannes Skendelby & Matilda pauiabunt omnia que ad tenementum predictum pertinent infra; et si dominus soli ad pauiandum extra coactus fuerit quod extunc predicti Iohannes & Matilda illud onus subportabunt. Et si [&c.; the abbey has power to seize the tenement if the rent is not paid, or the terms of the indenture not observed; no subtenant may be admitted without leave of the abbey]. Et si contingat predictum Iohannem & Matildam predictum tenementum cum schopis predictis & pertinenciis suis ultra terminum triginta annorum post datam presencium tenere seu clamare seu alter eorum clamauerit vel tenuerit, quod tunc bene licebit predictis abbati & conuentui ac eorum successoribus predictum tenementum cum schopis predictis reingredi & in eorum pristino statu suo retinere, omnibus conuencionibus premissis in aliquo non obstantibus. Uolunt eciam & concedunt predicti Iohannes & Matilda quod si tenuerint uel aliquis eorum tenuerit predictum tenementum cum schopis predictis ultra terminum triginta annorum post datam presencium quod extunc reddant annuatim inde prefatis abbati & conuentui ac eorum successoribus uiginti libras argenti ad totam uitam suam seu eorum alter[1] diucius viuens ad terminos prenominatos reddet. Et predicti abbas & conuentus inuenient sufficiens meremium & lapides & omnem aliam materiam ad emendacionem & reparacionem predicto tenemento & schopis indigencia [*sic*]; et predicti Iohannes & Matilda uxor eius soluent carpentariis, lathomis & omnibus aliis operantibus & laborantibus stipendia sua ad emendacionem seu reparacionem predicta [*sic*] sustentanda quociens & quando necesse fuerit durante toto termino supradicto. Et si oportuerit aliquam domum de nouo edificari voluntarie predicti abbas & conuentus seu eorum successores eam edificabunt sumptibus suis propriis & expensis in omnibus. Et predicti Iohannes & Matilda eam postea sustentabunt in custagiis operancium ut predictum est. Et si predicti abbas & conuentus aliquam nouam domum stramine coopertam prostrauerint & de nouo fecerint, predicti Iohannes & Matilda soluent & satisfacient custagia & expensas omnibus operantibus in coopertura domus predicte. In cuius [&c. alternate sealing]. Data in domo nostra capitulari Oseneye tercio die mensis Maii anno regni regis Henrici quarti post conquestum duodecimo.

[1] alterius, MS.

Leases.

Oct. 24, 30 Hen. VIII; leased by Oseney to Roger Combey and Margaret his wife; 60 years; rent 20*s*.

II. 42 Oct. 1, 15 Eliz.; a lease to Roger Tailor.

III. 37 Jan. 15, 42 Eliz.; a lease to Thomas Allwin of the Univ. of Oxf., gent., of three tenements and gardens, whereof the first called the Cardinal's Hat is in the tenure of the said Thomas, and the other two tenements adjoin on the N. side of the same, the whole being bounded by a tenement of Augustine Prickett N., Trinity Coll. E., Balliol Coll. stables and backside S.; 40 years; rent 20*s*.

III. 179 Dec. 12, 8 Jac. 1; a lease to Eliz. Allwin, widow of Thomas Allwin; rest as before.

IV. 422 Jan. 3, 1655; a lease to Balliol Coll.; John Bull, gent. is N.; 40 years; rent. 20*s*. and a capon.

V. 361 June 28, 1669; the lease is renewed; Martin Hirst, gent. is N.; the three tenements are in the occupation of Martin Hirst, Hugh Ellis, and Jane Cave, widow; rent 20*s*. and a capon.

VII. 95 July 11, 1683; the lease is renewed; William Phips, malster, is N.; the three tenements are in the occupation of William Phips, Hugh Ellis, gent., and Jane Cave, widow; they measure 254 feet on N. side, 273 feet S. side, 133 feet E. end, 138 feet W. end; the rest as before.

IX. 209 Sept. 1, 1702; the lease is renewed in the same words as in 1683.

IX. 393 July 19, 1706; the lease is renewed, except the piece of ground at the E. end measuring 106 ft. N. to S. and 11 feet wide, marked off from the rest by a new wall, and now leased to Trinity College; 40 years; rent 20*s*. and one capon.

IX. 395 July 19, 1706; a lease to Trinity College of a piece of ground measuring 106 feet N. to S. and 11 feet wide, upon the south part of which, viz. 34 feet by 11 feet, part of the kitchin of Trinity College is built; the piece of land runs northward to the garden wall of George Phips holding under Lincoln College; 40 years; rent 5*s*.

XII. 123 Aug. 25, 1720; the lease of Balliol is renewed.

XIII. 495 Dec. 1, 1733; the lease of Trinity is renewed.

XIV. 18 Nov. 13, 1734; the lease of Balliol is renewed; a tenement late of George Phipps, Esq., is N.

XV. 227 Nov. 13, 1748; the lease of Balliol is renewed; the wording as in 1734.

Nov. 12, 1762; the lease of Balliol is renewed, the wording as in 1734. **XVIII. 22**

June 16, 1773; the Dean and Chapter under the provision of the Oxford Mileways Act sell to Balliol for £150; but the rent of 20*s.* and one capon is reserved. **XIX. 242**

Dec. 18, 1772; the lease of Trinity is renewed. **XIX. 207**

Jan. 25, 1787; the lease of Trinity is renewed. **XXII. 239**

July 26, 1805; the land is sold to Trinity for £2, but the rent is reserved, and is raised to 15*s.* **XXVI. 261**

22. Balehorne's.

This rent of 7*s.* a year was given to Oseney by Simon Balehorne by deed no. 212. It was paid in the thirteenth century and afterwards, and it is unknown why it should have been reduced.

897.

[Oseney remits to Balliol College half the rent that had been claimed.]

Omnibus [&c.] nos abbas & conuentus de Oseneye salutem in omnium saluatore. Cum nos nuper petierimus & clamauerimus quendam annualem redditum [septem solidorum] annuatim percipiendum de quadam placea siue tenemento magistri & scolarium siue sociorum collegii de Balliolo in Oxonia, situato extra portam borialem uille Oxonie [ex parte orientali] ecclesie Marie Magdalene ex opposito, quondam inter tenementa Thome Gamell & Nicholai Balehorne & nunc inter tenementum sancti Iohannis extra portam orientalem uille Oxonie ex parte boriali & tenementum Roberti Chyslantone ex parte australi, credentes & intelligentes dictum redditum septem solidorum ad nos & predecessores nostros ut de iure ecclesie nostre de Oseneye predicta pertinuisse & pertinere debere, ubi tres tantummodo solidi & VI denarii redditus exeuntes de placea siue tenemento predicto ad nos & predecessores nostros per[tinuerunt &] nunc pertinent, prout ex informatione dictorum magistri & scolarium siue sociorum immo per inspeccionem diuersorum euidenciarum & munimentorum eorundem magistri & scolarium siue sociorum nobis ostensorum manifeste accepimus; noueritis nos premissa euidencias & munimenta in omnibus considerantes a nostra peticione et clama- **S. Mary Mag. 72 Aug. 12, 1412**

cione trium solidorum & VI denariorum redditus de predictis septem solidis in omnibus cessasse, eisdemque magistro & scolaribus siue sociis & successoribus suis pro nobis & successoribus nostris remisisse, relaxasse & in perpetuum quietum clamasse, saluis semper nobis & successoribus nostris tribus solidis & sex denariis redditus de predictis septem solidis annuatim ad festum sancti Michaelis archangeli percipiendis. Et nos antedicti magister & scolares siue socii pro nobis & successoribus nostris uolumus & per presentes concedimus quod si predictus redditus trium solidorum & VI denariorum amodo per XX dies a retro fore contigerit post aliquem terminum solucionis predicti redditus quod extunc bene licebit prefatis abbati & conuentui & eorum successoribus in predicta placea siue tenemento ac in omnibus tenementis eorundem magistri & scolarium siue sociorum in Oxonia seu in suburbiis situatis [namiare] & distringere districcionesque sic captas abinde abducere, effugare, asportare & eas penes eos retinere quousque eis de predictis tribus solidis & VI denariis [redditus] & de arreragiis eiusdem plenarie fuerit satisfactum. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Iohanne Merstone maiore uille Oxonie, Iohanne Gybbys & Willelmo Goodman balliuis eiusdem uille, Edmundo Kenyan, Iohanne Sprunt, [Waltero] Daunseye aldermannis, Nicholao Norton clerico & aliis. Dat' apud Oxon' duodecimo die mensis Augusti anno regni regis Henrici IV tercio decimo.[1]

23. In front of Trinity College.

Oseney had a property on the east side of the entrance to Durham College. In the *Hundred Rolls* of 1279 the property is held by Roger de Northampton, but in an unprinted survey of the parish made in 1291 it is recorded that Oseney holds the tenement formerly of Roger de Northampton. It is not known how Oseney obtained it. On the east was a tenement which was afterwards the property of Oriel and known as Perilous Hall, and in the deeds of this property the holding of Oseney is described as *vacua terra*; hence it does not figure in the rentals. It was granted to Oriel in 1327 by an exchange. For its situation see *Cart. Hosp. St. John*, ii. 319.

898.

[Simon Balehorn grants land to Roger de Northampton.]

S. Mary Mag. 104 c. 1240

Sciant presentes & futuri quod ego Simon Balehorne concessi,

[1] The duplicate of this deed is at Balliol, and is printed in *Balliol Deeds*, p. 72.

dimisi & liberaui Rogero de Norhamtone totam terram illam cum pertinentiis que iacet inter terram que fuit Iohannis de Brackel' & terram Swetmanni le Tannur in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, habendam & tenendam predicto Rogero & heredibus suis uel cui eam assignare uoluerit exceptis uiris religiosis de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis sex solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruitio ad me uel ad heredes meos pertinente, uidelicet ad Natale Domini XVIII denarios, [Mar. 25, June 24 and Sept. 29]. Et ego [&c. warranty] Rogero & heredibus suis uel cui eam assignauerit exceptis uiris religiosis. Pro hac autem concessione, dimisione [&c.] predictus Rogerus dedit michi sex marcas sterlingorum in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turoldi tunc maiore Oxonie, Willelmo Salsario tunc bailliuo extra portam aquilonarem Oxonie, Andrea de Wolgaricot', Radulfo Plumber, Gileberto Gofaire, Ricardo Wal', Widone Bolter, Ricardo de Norwiz, Roberto Textore, Swetman Tannur, Willelmo clerico & aliis.[1]

899.

[An agreement between Oseney and Oriel College.]

S. Mary Mag. 71 Feb. 2, 1329

In festo Purificacionis beate Marie anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tercio ita conuenit inter religiosos viros abbatem & conuentum Osen' ex parte una & prepositum & scolares domus beate Marie Oxonie ex altera, videlicet quod cum dicti religiosi abbas & conuentus concesserint, tradiderint & dimiserint prefato preposito & scolaribus unam placeam terre vacuam cum pert. in suburb[io] Oxon', sicut iacet in longitudine & latitudine inter tenementum Prioris de Dunelm' & tenementum ipsorum prepositi & scolarium; habendam & tenendam eisdem preposito & scolaribus & successoribus suis a dicto festo Purificacionis usque ad finem viginti annorum proxim[o] subsequen[cium] plenarie completorum, prout in alio scripto indentato plenius continetur; volunt & concedunt prefati religiosi pro se & successoribus suis, quod quam cito iidem prepositus & scolares licenciam[2] domini regis & aliorum dominorum, de quibus

[1] Seal, oval, a gem, about 1½ inches by 1 inch, a monster with body of a horse, tail of a lion, and wings, SIGILLVM SIMONIS BALEHORN.

[2] The Inquisition 'ad quod damnum' had been held April 17, 1327, and the king's licence granted on February 4, 1328 (*Oriel Records*, p. 274). It states that the property was four perches in width.

placea predicta tenetur, eandem placeam ingrediendi iuxta formam statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi habuerint, & dictis religiosis & successoribus suis duos solidatos annui redditus quos iidem prepositus & scolares de dictis religiosis annuatim percipiunt de quodam mesuagio cum pert. in parochia ecclesie beate Marie Oxon' in escambium pro predicta placea imperpetuum remiserint & quietumclamauerint cum licencia qua conuenit, dicti religiosi & successores sui totum ius & clamium quod habuerunt uel habere potuerunt in predicta placea cum pert. prefatis preposito & scolaribus & eorum successoribus concedent & imperpetuum quietumclamabunt. In cuius [&c. alternate sealing].[1]

24. Well Hall (nos. 42–4 Broad Street).

Oseney had a quitrent of 3*s.* 2*d.* from a house known as Well Hall, which was given by Lucas de Wurth (see no. 181). In the fifteenth century the house seems to have escheated to the abbey, and according to the rentals was held with an adjacent piece of land called the *area* of John Aurifaber; but we do not know when the latter was acquired. In 1554 a piece of land on the west side claimed by Edward Frere was granted to Christ Church by the award of John Pollard.

900.

[Robert de Matham grants a messuage to Geoffrey, son of Elias of Heatecombe.]

S. Mary Mag. 93 c. 1210

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus de Matham, uoluntate & consensu uxoris mee Mald, dimisi & tradidi unam partem terre mee quam possideo extra murum apud Smithgate, scilicet mesuagium quod est inter terram Reginaldi & mesuagium quod fuit Tollardi, Galfrido filio Helie de Heatecombe, tenendam sibi & heredibus suis de me & de heredibus meis in feodo & hereditate, libere & quiete, singulis annis inde reddendo pro omni seruitio duos denarios ad unum terminum anni, scilicet ad Natiuitatem domini. Pro ista uero conuentione & retributione predictus Galfridus michi unam marcam argenti in recognitione recompensauit; & ut ista conuentio rata & inconcussa in perpetuum teneatur, hac sigilli mei attestacione corroboraui. Hiis testibus, Goscelino filio Seauary, Roberto filio suo, Willelmo filio Rogeri, Willelmo Balehorn, Nicolao filio suo, Hugone Carpentario, Roberto Tregod, Galfrido Sturdi, Reginaldo Gait, Gilberto Fabro, Radulfo de Lesewis, Osberto Fabro, Luca de Wurtha,

[1] Seal lacking.

Adam de Buketot, Roberto coco de Osen', Ricardo de Beibire & multis aliis.[1]

901.

[Oseney leases to Richard Lekys two gardens in Horsemonger Street.]

Hec indentura facta inter Iohannem Walton permissione diuina abbatem monasterii beate Marie uirginis Oseneye iuxta Oxoniam & eiusdem loci conuentum ex una parte & Ricardum Lekys de Oxonia botelmaker & Aliciam uxorem eius ex altera parte testatur quod iidem abbas & conuentus tradiderunt, concesserunt & ad firmam dimiserunt prefatis R. & A. unum toftum, modo gardinum, quondam nominatum arrea Iohannis Aurifabri, & unum toftum, similiter modo gardinum, vocatum tenementum Roberti Matham nominatum Wellehalle, iacent[ia] in parochia sancte Marie Magdalene in Oxonia in quodam uico nominato Horsemangereste [*sic*] iuxta le Smyth Gate; habenda & tenenda predicta tofta cum gardinis & suis pertinentiis prefatis R. & A. a festo sancti Michaelis ultimo preterito usque ad finem termini quadraginta annorum; reddendo inde annuatim prefatis abbati & conuentui uel successoribus suis aut eorum certo attornato quatuor solidos legalis monete Anglicane ad duos anni terminos infra uillam Oxonie usuales [viz. Mar. 25 and Sept. 29]. [The tenants are to keep in repair] omnes & singulas clausuras, bundas siue limites & sepes predictis gardinis & toftis cum suis pertinentiis spectantes siue pertinentes.[2] [The owners may distrain if the rent is withheld for 15 days. If it is withheld for one month, or if the tenants die, the owners may re-enter on their property.] In cuius [&c. alternate sealing]. Dat' apud Oseneyam decimo nono die mensis Nouembris anno regni regis Edwardi quarti post conquestum Anglie secundo.

S. Mary Mag. 73 Nov. 19, 1462

901 A.

[The award of John Pollard between Christ Church and Edward Frere.]

Secundo die Marcii anno regni regine Marie primo.

Articles of agreament made the day and yere above written by John Pollard Esq. betwene the Deane and Chapter of Christs Churche in Oxford on thone partie and Edward Frere gent. on thother

Ledger III. 257 Mar. 2, 1554

[1] A circular seal, $1\frac{5}{8}$ inches in diameter, green wax, a floriated pattern, SIGILLVM ROBERTI DE MATAM, attached by a particoloured cord.

[2] spectantibus siue pertinentibus, MS.

partie, for divers varyaunces betwene them moved by thassent of Doctor Tresham and Mr Curtho for the said deane and Chapter & the said Edward Frere as followeth viz.

Inprimis the said deane and chapter shall make a good & suer estate in the lawe in feetaille to the said Edward and to the heires of his body lawfully begotten at the costs of the said Edward of all Edward Haulle with thappartenancs except of so muche grounde of the same as is now included within the precincte of the said churche and as shall be hereafter included within a new lane to be made betwene the brewhouse of the said Edward and the new walle of the said churche in mannour as the said lane shalbe declared hereafter, reserving out of the said Edward Halle with thappurtenauncs to the said deane & chapter & to their successors XII d. of annuall rent by yere with a clause of distres for non payment &c.

Item that the said deane and chapter by their ded sufficient in lawe shall releasse aswell all their right & title which they clayme to have in the brewhouse of the said Edward with thappurtenauncs as also of a certeine quitrent of XVI s. by yere which the said deane & chapter clayme to have out of a house of the said Edward in the parish of All Halloway (*sic*) Oxon.[1]

In consideration whereof the said Edward Frere shall by his dede sufficient in lawe releasse unto the said deane and chapter & to their successors all such right and title as the said Edward doth clayme to have of & in certeine ground of his taken in within the precincte of the said church by the making of the new wall, and which shall be now hereafter taken in to the new lane there to be made as hereafter shall be declared and also shall releasse to the said deane and chapter and their successors all his right and possession of a certeyn quitrent of V s. by yere which the said Edward doth now receyue out of a howse of the said deane and chapter called the signe of the George without the Northgate and also all his right and title which he claymeth to have of & in a parcell of ground[2] uppon Candishe nere

[1] In Ledger I, p. 70, it is described as a tenement of Edward Frere in All Saints, having a tenement of the said Edward E., and a tenement of the College W. The same deed says that the brewhouse, with land adjoining, had been bought by Edward Frere on October 17, 1553, from Edward Cooper and Valentine Feyrewether.

[2] In Ledger I, p. 70, this is described as a toft between land of Magdalen College W. and a tenement of Christ Church occupied by one Clare E.

[The house in Bear Lane from which Christ Church received one shilling a year was called Blithe's house in the rentals 'because one Blithe a pewterer once lived in it, contayning on the east side 23 feet and an half, on the west side 34 feet, on the south side 75 feet, on the north side 72 feet', see Ledger II, p. 114.]

to the ground of the said deane & chapter there which was sometymes one Crampes as the said Edward doth saye.

Item that the said Edward shall graunte for him & his heires that the said Deane & Chapter shall at their costes make a laine or hight (*sic*) way of XII fote and tenne ynches in wydnes from the uttermost end beginnyng owt of the hight streete leding from Carfox untill Christs Church untill the farthest parte of Edward Haulle grounde between the said brewhouse & ground of the said Edward and the ground of Edward Haulle aforesaid on the north side & the said new wall of Christs Church aforesaid on the south, and the wall which shall be made next the brewhouse aforesaid to beginne at the wall end of the said brewhouse next towards Edward Haulle.

Item that the said deane and chapter shall have towards the making of the said new wall all the stone cummyng of the corner wall of Edward Haulle aforesaid next to the old gates there now standyng which is by estimacion to the value of XX loodes of stone or above.

Item the said Edward also shall deliver towards the making of the said newe walle XL loodes of stone of free gyfte to be delivered at the blacke fryers house by Oxford and also C loodes of stone to the said use, the said Edward taking after the rate of II d. the loode for every of the said C loode & no more.

John Pollard, Edward Freere, William Tresham, Jamys Curthoppe.

901 B.

[Edward Freure accepts the award.]

S. Aldate 19 Dec. 18, 1554

Omnibus [&c.] Edwardus Freure de Oxon' generosus salutem. Noueritis me diuersis bonis causis me ad hoc mouentibus, ac in partem complementi quorundam articulorum arbitrii & concordie inter decanum & capitulum ecclesie cathedralis Christi Oxon' ex fundacione regis Henrici octaui ex una parte et me ex altera per Iohannem Pollarde armigerum secundo die Maii anno regni domine regine nunc primo factorum, remisisse, relaxasse et quietum clamasse eisdem decano & capitulo totum ius, titulum & clameum, que habeo seu habere potero, in tota terra mea & solo modo infra procinctum dicte ecclesie cathedralis muro inclusis; quam quidem terram & solum simul cum quadam domo brasinea vocata a brewhouse situata infra parcchiam sancti Aldati nuper habui & perquisiui michi &

heredibus meis de Edwardo Cowper clerico & Valentino Feyrewether prout per cartam suam gerentem datam XVI die Octobris, anno regni dicte domine regine primo ; et in tota terra mea & solo modo iacentibus in quadam venella de nouo facta iuxta dictam domum brasineam, prout eadem venella modo nouis muris includitur ; et etiam in tota terra mea & solo siue quodam tofto iacentibus apud Candisshe inter tenementum collegio Magdallenen' pertinens ex parte occidentali & tenementum dictorum decani & capituli modo in tenura [Willelmi] Clare ex parte orientali ; et etiam in quodam annuali redditu quinque solidorum quos ego clamo habere, exeunt' de quadam pecia terre iacente retro tenementum dictorum decani & capituli vocatum le George situatum extra portam borialem in parochia beate Marie Magdallene ; ita videlicet quod nec ego nec heredes mei [&c.]. In cuius [&c. sealing]. Dat' XVIII die Decembris annis regnorum Dominorum nostrorum Philippi & Marie primo & secundo.

Leases.

Apr. 14, 29 Hen. VIII ; demised by Oseney to William Clare, butcher, for seventy-nine years. This is mentioned in the Register of the College properties which was made about 1674.[1]

Dec. 6, 15 Eliz. ; demised with a tenement in St. Giles' to John Dodwell.

III. 237 July 17, 37 Eliz. ; demised to James Hussee, B.C.L. ; it is in his occupation ; the street S., William Watson, M.A., is E., Dr. Barnes W., and 'it abutteth northward upon a garden ground in the tenure of James Hussee extending in length from Trinity College wall 57 foote' ; 40 years ; rent for this and a house in St. Giles' 13*s.* 4*d.*

It was demised to John Allanson and Katharine his wife in or before 1628, but the lease is not entered.

V. 130 Dec. 15, 1662 ; a lease to Elizabeth Newman, widow, of a tenement and garden in Canditch, between Richard Lydall, doctor of physick E. and 'now or late' Christopher Brooks W., reaching to the wall of Trinity College, the garden ground extending itself in length 57 feet ; which tenement and garden were formerly dimised by the Dean and Canons to John Allanson of Norwood of Middlesex, gent. ; 40 years ; rent 13*s.* 4*d.* ; fine £10.

[1] This same register says that a piece of ground here, 57 feet N. to S., was given to Oseney by Thomas Coventry and relinquished to Christ Church by Edward Frere under the award of John Pollard.

Mar. 30, 1674; a lease to John Houghton of Trinity College cook and Joane his wife; John Bayley, bachelor of laws is E., Margaret Brooks, widow W.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.*; fine £8. **V. 527**

Apr. 11, 1687; a lease to John Houghton of Trinity College, cook; a tenement of John Bayly, doctor of laws, in the occupation of widow Down, is E.; Richard Wood, mason, is W. The College also leases to him 'two other tenements upon the said premises lately erected adjoining to and fronting with the first-mentioned tenement, one of which is now in the possession of Edmund Duffin gent.; the other of Sarah Dudley glover'; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £8. **VII. 318**

April 11, 1701; a lease to Joseph Penn of the Univ. of Oxford, barber; Richard Wood, mason, is W.; a tenement of John Smith, victualler, is E.; the occupants are Anthony Comen, gent., John White, apothecary, and Walter Meadman, tayler; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £20. **IX. 105**

Mar. 26, 1715; his lease is renewed; there are now three other newly erected tenements; the occupants are Francis Sealey, barber, John Rankling, coffeeman, and Elizabeth Clark, widow; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £20. **X. 226**

Sept. 27, 1729; a lease to Katherine Penn, widow of Joseph Penn; the main tenement is occupied by Arthur Keel, joyner, between widow Wood W. and John Green, victualer, E.; the three new tenements are occupied by — Croney, chandler, John Rankle, coffeeman, and Richard Prickett, cook; fine £50. **XIII. 217**

Sept. 14, 1734; Catherine Penn by her will proved Nov. 6, 1735, gives her estate to James, her son. **XV. 142**

Sept. 30, 1736; James Penn by his will settles three of the four tenements upon Eleanor his daughter, wife of William Taplin, and the other, now occupied by Elizabeth Prickett, widow, upon his daughter Anne, wife of John Perry. The will was proved by Eleanor Stibbs, heretofore Taplin, on Sept. 7, 1741. **XV. 142**

July 8, 1743, the administration of the goods of Eleanor Stibbs, deceased, was granted to her husband William Stibbs. **XV. 142**

June 6, 1746; a lease to William Stibbs, of Paternoster Row, London, of a tenement, described as in 1662, now in the tenure of Arthur Keel, joiner, between Curtis, apothecary, W. and George Davis, grocer, E.; also of two tenements fronting with it, occupied by George Davis, grocer, and Thomas Parker, bookbinder; 40 years; rent 12*s.* 4*d.* and one capon; fine £73 10*s.* **XV. 142**

XV. 144 β. June 6, 1746; a lease to Sanderson Miller of Radway in trust for Anne, wife of John Perry, of a tenement in Canditch, now occupied by Elizabeth Prickett, widow, between Thomas Parker, bookbinder, W. and a tenement in the occupation of Joseph Fowler, barber, E.; 40 years; rent 1*s.* and one capon.

XVII. 188 α 1. Jan. 2, 174$\frac{8}{9}$; the will of William Stibbs, made Nov. 27, 1748, was proved by Obadiah Webb.

June 14, 1753; William Egerton, a mortgagee of the premises for £320 and Obadiah Webb assign the residue of the lease of one of the tenements to George Webb.

Mar. 2, 1754; George Webb for £150 assigns the residue of the lease to Elizabeth Jaquest.

Oct. 9, 1760; a lease to Elizabeth Jaquest, widow, of the tenement and garden heretofore occupied by George Davis, now by Eliz. Jaquest; 40 years; rent 6*s.*; fine £15.

α 2. June 14, 1753; William Egerton, a mortgagee of the premises for £320, and Obadiah Webb, assign the residue of the leases of the other two tenements to George Webb.

Mar. 22, 1755; George Webb for £280 assigns the residue of the lease of two tenements occupied by Arthur Keel and James Godman to William Thorpe.

Oct. 9, 1760; a lease of the two tenements to William Thorpe the elder of the Middle Temple, gent.; 40 years; rent 6*s.* 4*d.* and one capon; fine £5.

XX. 4 α 2. June 23, 1773; the Dean and Chapter under the provisions of the Oxford Mileways Act sell to William Thorpe of Oxford, framework knitter, son of the late William Thorpe of the Middle Temple, the two tenements leased in 1760 for £109; the rent of 6*s.* 4*d.* and one capon is reserved.

XX. 57 α 1. Mar. 3, 1763; Ralph Bayley, William Brooks, and Ann his wife, for £150 assign to John Bolton the residue of the lease granted to the late Elizabeth Jaquest.

Apr. 27, 1774; a lease to John Bolton of Oxford, glazier; it is now occupied by John Bolton; 40 years; rent 6*s.*; fine £20.

XXII. 1 β. May 27, 1783; a lease to Thomas Wood of the parish of St. Giles, gentleman; on W. is — Chamberlayn, on E. is Philip Hayes, doctor of music; 40 years; rent 1*s.* and one capon.

XXIII. 59 α 1. May 3, 1788; a lease to John Bolton, glazier; 40 years; rent 6*s.*; fine £20.

July 30, 1794; the will of Thomas Wood was proved; he leaves to his daughter Elizabeth Pope Turner the residue of the lease. **XXV. 192 β.**

Feb. 5, 1801; a lease to Rev. Edward Turner of Bicester and Elizabeth Pope his wife; on W. is Dr. Crotch, John Collis, gunsmith, is E.; 40 years; rent 1*s.* and one capon (or in lieu 2*s.* 6*d.*); fine £20, 17 years expired.

Oct. 16, 1790; the will of John Bolton is proved; he leaves the tenement he occupies to his nephew Charles Bolton. **XXVI. 64 α. 1**

June 28, 1803; the will of Charles Bolton is proved; he leaves the tenement to his wife Ann.

Oct. 17, 1803; a lease to Ann Bolton; 40 years; rent 6*s.*; fine £20.

Jan. 6, 1810; Edward Turner, rector of Noke, and Eliz. his wife for £400 sell the residue of their lease to Mark Morrell and James Morrell. **XXVIII. 163 β.**

Dec. 3, 1814; a lease to Mark and James Morrell; the wording as in 1801; fine £20; 14 years expired.

Apr. 17, 1833; the lease is renewed; fine £30. **XXXII. 116 β.**

Nov. 19, 1838; Messrs. Morrell for £500 assign the residue of the lease to John Wootten. **XXXIV. 130 β.**

June 9, 1842; a lease to John Wootten; rent 1*s.* and one capon; fine £56.

July 4, 1816; a lease to Ann Hemming, widow, formerly widow of Charles Bolton; rent 6*s.*; fine £40. **XXIX. 34 α. 1**

Apr. 4, 1832; a lease to J. Hudson and C. Dudley; fine £52 10*s.* **XXXI. 58**

Sept. 4, 1844; a lease to C. Dudley and Thomas Bennett; fine £82 10*s.* **XXXIV. 283**

25. On the South Side of Broad Street.

Evidence is given in *Cart. Hosp. St. John*, ii. 318 and 327, which shows that about 1250 Oseney had property on the south side of the street near Smith Gate. The rental of 1267, the first rental that contains this parish, mentions four houses at the east end of Broad Street *super fossam.* We cannot identify them in the later rentals, nor are they to be found in the *Hundred Rolls* of 1279. We may assume that soon after 1267 they were allowed to fall into decay and escheated to the lord of Northgate Hundred, and at the same time Oseney may have destroyed the charters by which the property was acquired.

26. Oseney Deeds of Uncertain Sites.

902.

[Gocelin, son of Savari, grants land to Oseney.]

Carta Gocelini filii Sauari de terra extra [portam de North.]

B. 97r
c. 1200

Sciant [&c.] quod ego Io[celinus filius] Safari peticione & assensu Edi[ue uxoris] mee dedi & concessi & presenti car[ta confirmaui] in liberam & perpetuam elemosinam [pro salute] mea & meorum ecclesie sancte [Marie de Osen.] & canonicis ibidem deo ser[uientibus terram illam] extra portam de North d[e Oxen' quam] Waterman tenet [ ] molendinarius tenuit, scilicet totam terram que est inter terram Roberti uidelatoris[1] & terram Abbatisse de Godestowe. Quam terram ego & heredes mei predictis canonicis ubique warantizabimus. Hiis testibus, Willelmo presbitero de sancta Maria Magdalena, Simone clerico, Willelmo filio Radulfi, Thoma filio Ailrici, Willelmo Grente, Henrico filio Cristiane, Roberto filio Sunegod, Malgero Uinitore, Willelmo Husario, Adam Rufo.[2]

903.

[Gerard, son of Azor, grants to Oseney half a house.]

Contra Gerardum filium Azoris de dimidia mansura [extra] portam de North, & octo acris terre.

B. 166r
c. 1200

Hec est conuentio inter canonicos de Oseneia & Gerardum filium Azoris, uidelicet quod predictus Gerardus concessit & dedit ecclesie sancte Marie de Oseneia dimidiam mansuram suam quam habet in parrochia sancte Marie Magdalene extra portam de North ciuitatis Oxen[efordie], & octo acras terre in campo eiusdem parrochie in perpetuo, tenendas de eo & de heredibus suis pro duobus solidis annuatim reddendis ad Annuntiationem sancte Marie pro omni seruitio quod ad Gerardum pertinet. Et pro hac datione & concessione dederunt prefati canonici Girardo duas marcas argenti. Hiis testibus, Iocelino filio Safari, Leofwino Coch, Henrico filio Cristiane,

[1] There is no such word. Should it be *ridelatoris* (maker of curtains)?

[2] The situation of this is unknown; Gocelin held land on the south side of the Cardinal's Hat; see *Cart. Hosp. St. John*, ii. 300; but there is no evidence that the abbess of Godstow had land there.

Willelmo Kaisere, Radulfo filio Buroldi, Lamberto, Rogero Brodege, Thoma filio Eilrici, Willelmo filio Radulfi.

27. Deeds possibly not of Oseney.

904.

[Agnes, daughter of Walter Dussinel, grants and quitclaims land to Erneburc, widow of Walter Dussinel.]

Sciant presentes & futuri quod ego Agnes filia Walteri Dussinel concessi, dimisi, liberaui & quietum clamaui Erneburc que fuit uxor Walteri Dussinel quondam patris mei pro me & heredibus meis illi & heredibus suis uel cuicumque assignare uoluerit omne ius & clamium in perpetuum quod habui uel habere potui in tota terra illa cum omnibus pertinentiis suis que iacet inter uenellam que se extendit uersus Bellum Montem & terram quam Herebertus capellanus tenuit in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie. Pro hac autem concessione, dimissione [&c.] predicta Herneburc dedit michi quatuordecim solidos sterlingorum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Hereberto capellano, Simone Balehorn tunc baliuo, Andreo [*sic*] de Wlgaricote, Roberto Palmero, Radulfo Plumbario,[1] Alano Dudeling, Iohanne Cromppe, Ada de Cochesham, Waltero Longo, Waltero Culuert, Scimone de Hethrop, Richardo [*sic*] Walense & aliis.[2]

S. Mary Mag. 103
c. 1235

905.

[John Kepeharm grants three tenements to Alfred the butcher at a rent of six shillings.]

Sciant omnes presentes & futuri quod ego Iohannes Kepeherm concessi & dimisi & liberaui & hac mea carta confirmaui Elfredo Macecrero terram propinquiorem terre quam Ricardus Niger tenet uersus austrum pro XXVIII denariis reddendis annuatim & terram que est propinquior terre Edithe filie Osieti iuenis uersuus aquilonem pro

O. C. 470
c. 1195

[1] Pulbario, MS.

[2] Seal, pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch., S' AGNETIS FIL' WALTERI. This and 902 and 906 may be about the same property. The lane which led to *Bellus Mons* (i. e. the arable land behind the houses) may be the same as the lane which led to the mill.

tribus solidis & duobus denariis reddendis annuatim & unam terram que est de feodo Willelmi le Keiser, que est inter terram Agnetis Noblepas & terram Gaufridi filii Leuiue pro sex denariis reddendis annuatim, que terre predicte sunt extra portam aquilonarem Oxenefordie, illi & heredibus suis tenendas de me & heredibus meis firmiter & stabiliter, in feodo & hereditate, libere & quiete & honorifice; reddendo predictos redditus quatuor terminis anni pro omni seruicio ad me & ad heredes meos pertinente, uidelicet XVIII denarios ad festum sancti Michaelis & XVIII denarios ad Natale domini & XVIII denarios ad festum sancte Marie in Marcio & XVIII denarios ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste. Et pro concessione predictarum terrarum prenominatus Elfredus dedit michi dimidiam marcam argenti & unam libram piperis de recognicione. Et ut predicte terre de me & heredibus meis predicto Elfredo & heredibus suis perpetuo firme & stabiles permaneant, hoc meum scriptum sigilli mei attestacione corroboraui, hiis testibus, Iocelin[o] filio Sephari, Laurentio Kepeherm, Henrico filio Simeonis, Henrico filio Segrim, Adam Rufo, Willelmo Balehorn, Thoma filio Eilric[i], Radulfo filio Burewold', Willelmo Grent, Lefwi Coche, Willelmo le Keiser, Alano Malkilnert', Roberto filio Eilm[er]i.

906.

[Thomas Feteplace releases to Philip de Ew a rent of three shillings.]

S. Mary Mag. 17 Apr. 11, 1306

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas Feteplace de Oxonia concessi, relaxaui & omnino pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamaui Philippo de Ew burgensi Oxonie & heredibus suis ac suis assignatis totum ius meum & clamium quod habeo, habui uel unquam alicuius iure habere potero in tribus solidis annui redditus percipiendis de illo mesuagio cum pertinenciis in parochia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie quod iacet inter terram Henrici le Sauser & uenellam quod extendit uersus molendinum equorum Willelmi le Sauser; ita uero quod nec ego [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo le Espicer tunc maiore uille Oxonie, Ricardo de Waledene & Henrico de Lenne tunc balliuis eiusdem, Willelmo de Ernesby, Rogero Ouerhe,[1] Iohanne de Beuerle, Willelmo Meck', Iohanne de la Felde, Roberto de Longa Uilla &

[1] This name is not absolutely certain.

aliis. Dat' Oxonie die Lune proxima post clausum Pasche anno regni regis Edwardi tricesimo quarto.[1]

28. Other Deeds.

The next deed was of St. Frideswide's, and the following came to Christ Church as a Littlemore document.

907.

[Grant of land to Henry, son of Edwin, for his life.]

S. Mary Mag. (no number) c. 1210

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego Simon Prior ecclesie sancte Frideswide & totus eiusdem Conuentus concessimus & dimisimus Henrico filio Edwini illam terram quam nos habuimus de Alano Le Rusmangor ; que terra est inter terram que fuit Henrici le F[er]run & terram que fuit Alfwi Sutoris extra portam aquilonarem Oxon' ; illi & heredibus suis habendam & tenendam de nobis in feodo & hereditate libere & quiete, plenarie & integre : reddendo nobis annuatim pro predicta terra sex solidos ad duos terminos anni pro omni seruicio, quod ad nos pertinet, uidelicet tres solidos in dominica in ramis palmarum & tres solidos ad festum sancti Michaelis. Et propter hanc uero concessionem & dimissionem nostram predicte terre prenominatus Henricus dedit nobis unam marcam argenti in recognicione & fidelitatem iurauit de ipso tenemento. Ut autem predicta terra prefato Henrico perpetua stabilitate rata permaneat [&c. sealing], hiis subscriptis testibus, Laurentio Kepeharm, Thoma filio Eilrici, Adam Rufo, Gileberto filio Bur[ewold], Roberto filio Owein, Elfr[edo] de Elmele, Bartholomeo Grosmarche, Philippo Molendinario.[2]

908.

[Adam Feteplace owes to Littlemore monastery a rent from the properties of Walter Florence.]

S. Mary Mag. (no number) Prob. 1240-1

Sciant presentes & futuri quod ego Adam Feteplace de Oxonia debeo priorisse de Lutlemore & eiusdem loci conuentui dimidiam

[1] This is attached by cotton to no. 869, but it need have no connexion with it, nor even be an Oseney deed; if it deals with the property suggested above, it would be about land adjacent to, or even part of, the Cardinal's Hat.

[2] A fragment of the seal of Simon as on no. 788. The handwriting seems to be of 1210–20. CYROGRAPHVM is written across the top, and cut through, but with a straight, not an indented cut. This deed is about a property now occupied by Balliol; see *Cart. St. Frid.*, i. 359; *Balliol Deeds*, p. 31.

marcam argenti annuatim reddere ad hos duos terminos anni, uidelicet ad Pascha quadraginta denarios & ad festum sancti Michaelis quadraginta denarios pro Isabella que fuit filia Walteri Florence & heredibus suis, uidelicet pro terris [& red]ditibus quos tenui & tenendos percepi de predicta Isabella in uilla Oxonie & in subburgo Oxonie s[icu]t subdiuiditur, uidelicet pro capitali mesuagio quod fuit prenominati Walteri Florence in Horsmongerestreta[1] in parochia sancte Marie Magdalene & pro furno iuxta terram que fuit magistri Henrici de Brakkele ex parte occidentis & pro predicta terra eiusdem Henrici & de terra que fuit Thome de Brakkele iuxta terram Simonis de Brakkele in eadem parochia[2] & pro terra que fuit Thome le Granger in parochia sancti Petri occidentalis in Oxonia iuxta terram Lamberti filii Ricardi le cordewaner & pro illa selda quam Willelmus Perle tenuit in parochia sancti Martini iuxta terram que fuit Henrici filii Thome[3] & in eadem parochia pro selda proxima porte Thome Mauger[4] quam seldam Robertus cissor aliquando tenuit; ita scilicet quod quandocunque contigerit quod predicta dimidia marca a[retro] fuerit quin terminis prediuisis soluatur, predicta priorissa uel sui attornati licitum & liberum habeant introitum & exitum ad namiandum super predictas terras quousque eis fuerit plene satisfactum de hoc [quod] eis inde a[retro fuerit]. Et in huuis [&c. sealing], hiis testibus, Petro [tunc] maiore Oxonie, Ricardo Aurifabro & Thome Cruste tunc prepositis, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Thoma filio Walteri, Pentecost, Galfrido de Stokwelle, Roberto Bodin, Iohanne de Kingestune, Willelmo de Mildecumbe, Willelmo le Sauser, Simone Balehorne, Radulfo Plumbario & aliis.

29. The Vicarage House.

The first of the following leases shows that in 1600 the vicarage of St. Mary Magdalen extended over the whole of the land which was north of the church; but before long much of it must have been sold, for on October 30, 1626, Thomas Clarke, cook, and Elizabeth his wife, sell to

[1] *Godstow Cartulary* (E.E.T.S.), pp. 495 and 500 show that the oven of Isabel was at the south-east corner of Balliol, next to it on the west was the house of Henry, son of Geoffrey de Brackley, and next the tiled house of Isabel Florence.

[2] The tenements of Thomas de Brackley and Simon de Brackley became Bodin Hall; St. John's Hospital acquired it from Robert Bodin, and he from the Prior of Bicester, and he from Sibilla Caversfield, and she from the two Brackleys.

[3] A shop in front of the Golden Cross.

[4] Probably about 57 Cornmarket.

John Sare, chandler, for £120, a messuage in the parish of St. Mary Magdalen, bounded by the highway on the north and the west, and by the vicarage house on the south (City Archives, A. 5.4, p. 19). The lease of 1696 shows that the vicarage was at that time the southern half of the tenements on the north side of the church. The leases also show that the vicarage was not inhabited by the vicar; in fact part of it became a public house. In 1818 all the houses on the north of the church were sold to the Commissioners of Streets for £900, but it is not known how much of this was for the vicarage. It is stated that part of the site was thrown into the churchyard.

Leases.

Mar. 31, 42 Eliz., [1600]; Thomas Cooper, M.A., vicar of St. Mary Magdalen, with the assent of the Dean and Canons leases to Thomas Clarke of St. Giles's, cook, his vicarage house with appurtenances bounded by the churchyard S., and the Highway E., N., and W.; 40 years; rent 20*s.*; Clarke covenants to spend £20 at once on the repair of the said house. **III. 38**

Feb. 4, 7 Will. III, 169$\frac{5}{6}$; Charles Yalding, M.A., vicar of St. Mary Magdalen, with the assent of the Dean and Canons agrees with Thomas Annison of the Univ. of Oxford, cook, 'that whereas the 3 messuages hereinafter mentioned are not now worth above £3 per annum and are very ruinous and like to fall, and cannot continue of the same yearly value unless they are rebuilt', Annison is to have a lease of them for forty years at a rent of £4, provided he spends £50 in building or repairing; the messuages are on the N. side of the church and measure 40 feet N. to S. and 57 feet E. to W., and are occupied by Robert Marow, Elizabeth Breeze and Joan Prickadvance. **VIII. 269**

Aug. 1, 10 Geo. I, 1723; Thomas Lamprey, vicar, renews the lease to Elizabeth Annison; it is now two messuages; 40 years; rent £4; it is agreed that after fourteen and a half years the lease is to be renewed for a fine of £4. **XII. 248**

Aug. 1, 1737; Thomas Lamprey grants a lease to Edward Annison, cook; 40 years; rent £4. **XIV.**

Oct. 26, 1751; Joseph Jane, the vicar, renews the lease to Edward Annison. **XVI. 59**

May 30, 1754; the will of Edmund (*sic*) Annison, made Feb. 22, 1747, was proved by Thomas Annison, his son. **XVIII. 166**

Apr. 4, 1767; a lease from Samuel Rogers, vicar of St. Mary

Magdalen, to Thomas Annison of St. Mary Magdalen's, carpenter; 40 years; rent £4.

XXVIII. 54 July 8, 1813; a lease from Kenneth Mackenzie Ried Tarporley to Edward Micklem, brewer, of two tenements called the Running Horses, formerly in the tenure of Thomas Annison, now occupied by George Castle, John Bull, and — Tidborne, on the north side of the church, measuring 40 feet N. to S. and 57 feet E. to W.; 40 years; rent £10.

XIX. ST. THOMAS 909–1096.

1. The Site of the Carmelites.

The rentgatherer of Oseney began the parish of St. Thomas at the north-east corner, and passed down Walton Street and Titchmarsh Lane to the Castle, and then over Quaking Bridge. We therefore start with the site of the Carmelite Friars, where now is the southern part of Worcester College.

In 1256 the Carmelites were given a site in Stockwell Street, next to the land of the Hospitallers of Jerusalem. Subsequently they extended southward, while Gloucester College was founded immediately to their north, the land of the Hospitallers being acquired by John Giffard, founder of the College.[1] In 1321 the Carmelites sold their site to the Benedictines, and it became part of Gloucester College,[2] and they transferred themselves to the king's house on the other side of the road. As the west side of Stockwell Street was in the parish of St. Thomas as far north as the middle of Gloucester College, the Carmelites had to make arrangements with Oseney, who held the church of St. Thomas, about tithes and about building an oratory.

909.

[W., the provincial prior of the Carmelites, gives notice that he sends John de Ropha to take possession of the site at Oxford given by N. de Meules.]

Twyne 23. 95 Aug. 21, 1256 Uniuersis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis frater W. dictus prior omnium fratrum beate Marie de Carmelo in Anglia commorantium salutem et tam debitum quam deuotum cum orationum suffragiis famulatum. Cum nobilis uir dominus N. de Meules locum nobis Oxonie ad inhabitandum pro se suorumque salute iam-

[1] *Snappe* (O.H.S.), p. 362. [2] ibid., p. 350.

dudum duxerit contulisse, dilectum fratrem nostrum Iohannem de Ropha sacerdotem, latorem presentium, qui uice nostra locum eundem recipiat et inhabitet, transmitto per obedientiam salutarem, plenam etiam ei cum omnibus qui in eodem loco uel extra ius aliquod uendicauerint componendi et transigendi seu alias qualitercumque de eodem loco prout secundum dominum expedire uiderit disponendi tam in temporalibus quam in spiritualibus absque omni exceptione confero potestatem, ratum habiturus et gratum quicquid racione eiusdem loci cum quibusdam & coram quibusdam in forma et ad bonum ordinis fecerit de premissis ; venerande insuper universitati vestre supplico [humiliter] et deuote quatinus predicto fratri Iohanni et socio suo quemcunque sibi associauerit circa prefata negotia euntibus et redeuntibus, quiescentibus et laborantibus, subvenire non minus efficaciter quam meritorie studeatis, et eisdem Cristi pauperibus propter eum et cum eo mendicantibus et omnino nichil proprium possidentibus necessaria viatice sustentationis suffragia diuine pietatis intuitu porrigatis, quoniam merces uestra copiosa est in celis, cuius utinam efficiantur participes omnes benefici presentium executores. Valeat uniuersitas uestra semper in domino. Dat' apud Cantebrigiam anno gracie M CC L sexto, XII Cal. Septembris.[1]

910.

[An agreement between Oseney and the Carmelites.]

Anno domini MCCLVI die sancte Agathe uirginis et martyris facta est hec conuencio inter abbatem & conuentum de Oseneya ex una parte et priorem & fratres de Monte Carmeli ex altera de assensu et uoluntate domini H. dei gracia Lincolniensis episcopi, loci diocesani, uidelicet quod dicti abbas et conuentus concesserunt pro se & suis successoribus quod quiete & pacifice possint habitare in area illa quam dominus Nicholaus de Molis dedit eis in suburbio Oxonie iuxta Hospitale in Stockwellstret in parochia sancti Georgii in castro Oxonie, quam ecclesiam habent iidem abbas & conuentus in proprios usus, et in alia area proxima que fuit Nicholai de Stockwell cum parua dilatatione ad ingressum suum laxiorem faciendum in fronte uersus stratam publicam ; et quod possint in illa area oratorium erigere et diuina celebrare, edificiis erectis & leuatis in fronte cum curtilagiis

B. 31 Feb. 5, 1257

[1] The original was seen by Twyne and Wood in the Treasury of Christ Church, but it seems to be missing now.

inter dictas areas et stratam regiam[1] in statu quo fuerunt tempore conuentionis huius quoad dominium semper remanentibus. Et si contingat dictos priorem & fratres de cetero terminos suos dilatare, satisfacient competenter prefatis abbati & conuentui Oseneye pro rata portione, habito respectu bonitatis & magnitudinis quoad dictas areas. Dicti uero Prior et fratres pro se & suis successoribus, inspectis sacrosanctis euangeliis, in uerbo dei promiserunt quod parochianos abbatis & conuentus ad oblationes, sepulturam, nec ad aliqua sacramenta admittent, uidelicet ad baptismum, ad confessionem, eucharistiam, extremam unctionem, matrimonium celebrandum, nec ab eis recipient tritennalia nec annualia nec requesta nec aliquid aliud clam vel palam quod in eorum preiudicium uergere possit aut grauamen, nisi de licentia dictorum abbatis & conuentus petita et obtenta. Promiserunt etiam bona fide iidem fratres quod ecclesias dictorum abbatis & conuentus et vicarias omnes conseruabunt indempnes, unde diebus festiuis infrascriptis uidelicet, die Natalis Domini, die Purificationis beate Marie uirginis, die Pasche, die sancti Georgii martyris, duobus diebus festiuis sancti Thome martiris, scilicet Translationis & Passionis, die beate Marie Magdalene, die assumptionis beate Marie, die Omnium Sanctorum, ante maiorem missam suam dicti fratres facient denuntiare in oratorio suo quod nullus parochianus dictorum abbatis & conuentus missam illam audiat in preiudicium et grauamen eorundem abbatis & conuentus. Preterea quoniam prefati abbas & conuentus de dictis locis quasdam decimas et obuentiones percipere consueuerunt, eo quod dicta loca ab antiquo de iure communi fuerunt sibi ratione dicte ecclesie sancti Georgii decimalia, prenotati Prior & fratres procurauerunt assignari predictis abbati & conuentui redditum annuum et perpetuum decem solidorum in recompensationem pretermissarum decimarum et obuentionem. Conuenit insuper inter dictas partes quod dictus Prior & sui successores, qui pro tempore fuerint, ad intimationem abbatis Oseneye, qui pro tempore fuerit, de quinquennio in quinquennium uenient apud Oseneyam, et in presentia abbatis et dictorum Priorum recitabitur hec compositio et sub prestiti sacramenti forma ratificabitur ab eis. Ad securitatem autem super his habendam subiecerunt se dicti Prior et fratres iurisdictioni domini Lyncolniensis episcopi qui pro tempore fuerit, quod possit eos compellere per censuram

[1] *rectam*, Twyne (xxiii. 112), who saw the original at Christ Church; but it is *regiam* in the Cartulary. Wood, (Hist. et Antiq. Oxon., ii. 417) reads *rectam*.

ecclesiasticam sine strepitu iudiciali ad omnia predicta fideliter obseruanda, renunciantes omni exceptioni, cauillacioni, appellacioni, et omni priuilegio impetrato uel impetrando et omni iuris remedio tam ciuilis quam canonici quod eis competere possit ad infirmandum seu impediendum conuentionem istam. In cuius rei testimonium presenti scripto in modum chirographi confecto sigillum domini Lincolniensis episcopi appensum est una cum sigillo partium, cuius una pars residet penes abbatem & conuentum Oseneye et altera pars penes dictum priorem et fratres de monte Carmeli.

911.

[The provincial Prior authorizes John de Ropha to ratify the preceding agreement.]

Reverendo patri in Cristo, domino abbati Oseneye, & conuentui frater W. prior prouincialis fratrum ordinis beate Marie de monte Carmeli in Anglia commorancium salutem in domino sempiternam, & dileccionem, reuerenciam & honorem. Paternitati vestre ac fraternitati tenore presencium innotescat nos dilecto fratri nostro, fratri Iohanni de Roph', procuratori loci nostri Oxonie, plenam dedisse potestatem & auctoritatem iurandi in animas fratrum pro hiis que continentur in scripto inter vos & nos de loco memorato confecto fideliter obseruandis. Valeat sancta paternitas vestra & fraternitas semper in domino. Act' London' anno domini millesimo dncentesimo quinquagesimo septimo in vigilia beati Iacobi apostoli.[1] **Ch. Ch. July 24, 1257**

912.

[A record that the agreement was ratified.]

Memorandum quod anno domini M CC quinquagesimo septimo die Assumpcionis beate Marie virginis [Aug. 15] apud Oseneyam coram fratre Ricardo abbate & H. priore & quibusdam aliis canonicis Oseneye frater Iohannes de Roff', procurator prioris & fratrum de monte Carmeli, inspectis sacrosanctis ewangeliis pro se & fratribus suis iurauit quod fideliter obseruabunt omnia que in composicione **Ch. Ch. Sept. 6, 1257**

[1] Seal, green, pointed oval, 1¼ inches by ⅞ inch; the Virgin on a throne with Child, in her right hand a sceptre; a figure below in adoration; S' PRIORIS ANGLIE DE MONTE CARMELI.

continentur que confecta est inter dictos abbatem & conuentum ex parte una & priorem & fratres de monte Carmeli ex altera. In cuius rei testimonium frater W. prior prouincialis fratrum ordinis beate Marie de monte Carmeli in Anglia commorancium & dictus frater Iohannes huic scripto sigilla sua apposuerunt. Facta fuit hec scriptura apud Oseneyam VIII Idus Septembris anno domini prenotato.[1]

913.

[The abbey grants land to the Carmelites, once of Nicholas the writer.]

B. 211r Mich. 1260–Mich. 1261

Omnibus [&c.] frater Ricardus miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos pro nobis & successoribus nostris dedisse [&c.] priori & fratribus de monte Carmeli degentibus apud Oxoniam totam terram illam cum edificiis & omnibus pert. suis que est inter terram Nicholai de Stokwelle ex utraque parte in parochia sancti Thome martiris, que aliquando fuit Nicholai [script]oris, que quidem terra se extendit de terra fratrum predictorum usque ad uicum domini regis; habendam & tenendam supradictis priori & fratribus & eorum successoribus uel suis assignatis libere, quiete & integre, bene & in pace imperpetuum; reddendo inde annuatim capitali domino & heredibus suis quatuor denarios argenti terminis debitis & consuetis pro omni exactione & demanda. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus. [Ada Feteplace][2] maiore Oxon, [Iohanne de Coleshulle &][2] Ricardo filio Nicholai [prepositis].[2]

914.

[Oseney has received ten marks to buy a rent.]

Twyne 22. 290 Feb. 2, $12\frac{69}{70}$

Omnibus [&c.] frater W. miseratione diuina abbas Osen. & eiusdem loci Conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos recepisse a uiris religiosis de Monte Carmeli Oxonie commorantibus x marcas argenti ad comparandum annuum redditum pro decimis &

[1] With two seals, brown; one as on the previous deed; the other pointed oval, 1 inch by ½ inch, a cross with two stars and two crescents around it; S' CARMELITAR' OXONIE AIE. The last three letters are fairly clear.

[2] The words in brackets are supplied from Wood, *City of Oxford*, ii. 418, who saw the Cartulary before it was burnt.

obuentionibus quas consueuimus percipere de illa area in qua constructum est eorum oratorium & de area proxima adiacente ex parte australi que habet in latitudine 40 pedes et in longitudine se extendit usque Tamisiam. Dat. apud Oseneyam in festo Purificationis beate Marie anno domini M CC LXIX.[1]

915.

[The Prior of the Carmelites takes an oath to observe the agreement with Oseney.]

Memorandum quod anno domini 1278 in die sancti Egidii frater Rogerus de Crostweyt prior fratrum de Monte Carmeli de Oxonia iurauit pro se et fratribus suis quod fideliter obseruabunt omnia que in compositione continentur que confecta est inter monasterium de Oseneya & fratres de Monte Carmeli Oxonie. Hec acta sunt coram fratre Rogero de Wauys priore Oseneye et fratre Radulfo de Cudelintone subpriore et quibusdam aliis canonicis.[2] **Wood D. 2. 498 Sept. 1, 1278**

916.

[The abbey, in return for a payment of 16s., agrees that the land lately acquired by the Carmelites shall be free of tithe.]

Anno domini M CC octogesimo secundo in vigilia Omnium Sanctorum facta est hec conuencio inter abbatem Oseneye & conuentum de Oseneya ex parte una & priorem & fratres de monte Carmeli ex altera de assensu ordinarii, uidelicet quod dicti abbas & conuentus concesserunt & quiete clamauerunt pro se & suis successoribus dictis priori et fratribus & eorum successoribus quod quiete & pacifice possint tenere, edificare & in perpetuum quantum ad eos attinet possidere aream illam quam Ricardus dictus Maydeloc aliquando inhabitauit, ubi porta eorundem est erecta, continentem sexaginta pedes in longitudine & triginta in latitudine, que iacet inter terram que fuit Willelmi de Eynesham ex una parte & terram que fuit Ricardi le Kam ex altera in suburbio Oxonie in parochia sancti **Ch. Ch. Oct. 31, 1282**

[1] Twyne copied this from the Cottonian Cartulary, fol. 31, but the leaf is now missing.

[2] This was seen by Wood among the Oseney deeds at Christ Church, but it cannot be found there now.

Georgii in castro Oxonie iuxta le huþe,[1] liberam & quietam imperpetuum ab omni exaccione decimarum, oblacionum et prouentuum quorumcumque ad dictam ecclesiam beati Georgii pertinencium quocumque nomine censeantur, quam dicti abbas et conuentus habent appropriatam. Et quia ex dicti iuris remissione seu concessione ac quieta clamacione ecclesia eorundem abbatis & conuentus lederetur nisi aliquam assequerentur beneficii recompensacionem canonicam in premissis, ideo prefati fratres sexdecim solidos argenti eisdem gratis contulerunt pre manibus, ad annuum redditum pro indempnitate eorundem comparandum, necnon pro eorum tranquillitate perpetuo duratura. Et ut hec conuencio, concessio & quieta clamacio rata & stabilis permaneat imperpetuum, huic scripto ad modum cirographi confecto partes altrinsecus sigilla sua apposuerunt. Dat' apud Oseneyam anno et die supradictis.[2]

917.

[The Prior of the Carmelites takes an oath to observe the agreement with Oseney.]

Ch. Ch. Mar. 28, 1301

Memorandum quod anno domini M CCC primo V Kal. Aprilis coram venerabili patre domino I. dei gracia abbate Oseneie & fratre Waltero tunc priore ac fratre Roberto Maynard tunc subpriore & quibusdam aliis canonicis frater Hugo de Ryseberge, prior fratrum de monte Carmeli de Oxonia, iurauit pro se & fratribus suis quod fideliter obseruabunt omnia que in composicione continentur que confecta est inter dictos abbatem & conuentum ex parte una & dictum priorem & fratres de monte Carmeli ex altera. In cuius rei testimonium dictus frater H., prior dictorum fratrum, huic memorando sigillum suum apposuit.[3]

2. The House of Robert Cok.

Next to the land of the Carmelites, the abbey had three adjacent properties in Stockwell Street, the land of Robert Cok, the land of Savary the Bolter, and the land of Henry Simeon; but in the rental of 1280 they are not mentioned, and we must assume that they had been alienated.

[1] The land could hardly have been adjacent to the hithe, for the gate of the Carmelites seems to have been in Stockwell Street, but it was near the hithe.

[2] Seal, pointed oval, 1½ inches by ⅞ inch, the Virgin and Child in a niche, a figure below in adoration, S. PRIORIS FRM [ ] OXONIE.

[3] With the same seal as the last, but much broken.

918.

[Walter, son of Agnes, grants land to Roger, son of Baldwin.]

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus filius Agnetis Blacsalt concessi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Rogero filio Baldewini de Grennam totam illam terram cum pert. suis que iacet inter uiam bige que quondam fuit uersus gardinum predicti Rogeri & terram Iohannis de Fonte in parochia sancti Thome martiris in Stocwellestrate in suburbio Oxonie, habendam & tenendam de me & heredibus meis ille & heredes sui uel sui assignati, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum denarium post mortem predicte Agnetis Blacsalt ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio & exaccione. Pro hac autem concessione & liberatione & confirmatione dedit michi predictus Rogerus pre manibus duos solidos sterlingorum. Et ego Walterus & heredes mei predicto Rogero & heredibus suis uel suis assignatis predictam terram illam prenominatam contra omnes homines warantizabimus; & in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Nicholao de Stocwelle, Willelmo de Filedeu, Willelmo de Wdestoke, Waltero [ ], Roberto Coc, Nicholao clerico & multis aliis. O. C. 533 b c. 1230

919.

[Roger, son of Baldwin, grants land to Roger Cok.]

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus filius Baldewini concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Roberto Cok totam illam terram in Stocwelle que est inter domum Willelmi Mercatoris & domum Sauoris, quam de me & de successoribus meis quondam tenuit, [et] quandam paruam terram de nouo incremento gardini mei, que iacet inter fontem predicti Roberti Cok & uiuarium meum, scilicet in latitudine quinque ulnas domini regis & in longitudine octo, & extra ulnas illas ex quacumque parte duos pedes, super quibus duobus pedibus possit edificare domum super illo incremento si uoluerit, illi & heredibus suis uel cuicumque illas terras prenominatas assignare uoluerit, exceptis domibus religiosis, tenendas & habendas de me & heredibus meis, illi & heredibus suis uel suis O. C. 528 c. 1235

assignatis in feudo & hereditate, libere & quiete, bene & in pace, honorifice & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ille & heredes sui uel sui assignati uiginti denarios ad quatuor terminos anni pro omni servitio & exactione, scilicet ad festum sancti Michaelis quinque denarios & ad Natale domini quinque denarios & ad festum beate Marie in Marcio quinque denarios & ad festum sancti Iohannis Baptiste quinque denarios. Preterea de nouo incremento predicto predictus Robertus Cok & heredes sui uel sui assignati reddent michi annuatim & heredibus meis, ipse & heredes sui uel sui assignati, quatuor denarios ad terminos prenominatos. Pro hac autem concessione, dimissione & liberatione & confirmatione predictus Robertus Cok dedit michi pre manibus quatuor solidos sterlingorum pre manibus. Et ego predictus Rogerus [&c. warranty]. Insuper ego predictus Rogerus filius Baldewini dimisi & liberaui pro animabus antecessorum meorum de gardino meo quandam paruam particulam ad iter habendum usque ad fossatum mei gardini; in quo fossato fiet cloaca ad asiamentum omnium illorum qui de me tenent in eodem tenemento: ita tamen quod omnes illi, qui asiamentum uolunt habere de eadem cloaca, adiuuabunt ad cloacam faciendam & reparandam. Et ut hec omnia predicta [&c. sealing], hiis testibus [Petro filio] Turald, Thoma de sub muro, Galfrido de Stocwelle, Nicholao fratre eius, Iohanne Le Pecher, Nicholao de Hen[esham], [ ], Henrico de Aqua, Symone clerico, Galfrido clerico, Iohanne le Weper, Radulfo le Passur & aliis.

920.

[Roger, son of Baldwin, grants his messuage to Robert Coc.]

Ch. Ch. c. 1235

Sciant [&c.] quod ego Rogerus filius Baldewini concessi, dimisi & liberaui [&c.] Roberto Coc totam illam terram in Stocwelle que est inter domum Willelmi Mercatoris [&c. as in the last deed . . .] reparandam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Benedicto le Mercer, Andrea le Cunreur, Lance Pistore, Iohanne le Pechere, Iohanne Brutel, Iohanne Lance, Nicholao de Heinesham, Nicholao molendinario, Fulcone Balluc, Willelmo Les-spicer & multis aliis.[1]

[1] This deed, which is identical with the preceding, may have been issued in the court of Oseney, while the former was issued in the Hustengs of Oxford.

921.

[Roger, son of Baldwin, grants to Oseney a rent of twelve pence.]

Sciant [&c.] quod ego Rogerus filius Baldewini de Oxonia pro salute mea & meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya [&c.] duodecim denarios annuatim de redditu duorum solidorum quos percipere solebam de Roberto Coc pro tenemento quod de me tenuit in Stocwelle, quem etiam Robertum & heredes eius attornaui ad dictos duodecim denarios eisdem canonicis annuatim ad duos terminos anni soluendos, [Sept. 29 and Dec. 25]; tenendos & habendos dictis canonicis & ecclesie bene & in pace, libere & quiete in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxon', Henrico filio Henrici Symeon', Philippo Molendinario, Ricardo Aurifabro, Thoma subtus murum, Roberto Mercer, Philippo Pady, Ricardo Curteis, Iohanne Draper, Iohanne pistore de Stocwelle, Petro de Sybbeford, Gilberto portario Oseneye & multis aliis. **Ch. Ch. B. 106r c. 1240**

922.

[Roger, son of Baldwin, ordains that Robert Coc shall pay to Oseney a rent of two shillings from a tenement in Stocwell Street.]

Sciant [&c.] quod ego Rogerus filius Baldewini de Oxon' attornaui & assignaui pro me & heredibus meis in perpetuum Robertum Coc & heredes eius ad soluendum domui de Osen' [&c.] duos solidos annuatim, quos percipere solebam ab eodem Roberto Coc pro tenemento quod de me tenuit in Stocwelle, scilicet duodecim denarios quos eidem canonicis dedi in liberam, puram & perpetuam elemosinam, sicut carta quam idem canonici de me habent plenius testatur, & alios duodecim denarios de predictis duobus solidis quos ex antiqua firma eis reddere solebam pro toto tenemento quod de eis tenui in Stocwelle, scilicet ad festum Sancti Michaelis VI d. [Dec. 25, Mar. 25, June 24]. Et ego Rogerus & heredes mei dictum redditum dictis canonicis [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxon', Philippo Molendinario, Ricardo Aurifabro, Thoma subtus murum, Roberto Mercer, Philippo Pady, **Ch. Ch. B. 106r c. 1240**

Ricardo Curteis, Iohanne Draper, Iohanne Pistore de Stocwelle, Petro de Sibef[orde], Gilb[erto] portario & multis aliis.[1]

923.

[Roger de Grenham promises to sell no rent in Oxford unless Oseney has first had the offer to buy it.]

O. C. 534 Jan. 6, 124½

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus de Grenham filius Baldewini obligaui me & heredes meos per cartam presentem & fide media domino abbati & conuentui de Oseneya, quod nullum redditum ad nos pertinentem de tenementis que sunt de feodo meo in Oxonia uendere uel a domo de Oseneya alienare potuerimus, sine assensu eorundem canonicorum, dummodo idem canonici michi uel heredibus meis tantum dare uoluerint, quantum alius aliquis racionabiliter dare uoluerit. Quod si forte ego Rogerus aliquem redditum predictum ab eisdem canonicis alienauero, obligaui me & heredes meos ad penam uiginti solidorum eisdem canonicis soluendorum, renuntians priuilegio fori, regie prohibitioni & omni iuris remedio. Facta fuit hec scriptura ad Epiphaniam domini, anno gracie M° CC° quadragesimo primo. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Rogero de Camera, Willelmo de Bereforde, Calino Cem[en]tario, Warino de Goseford, Radulfo de Hengsteseie & aliis.

924.

[Thomas de Grenham grants to Oseney a rent of two shillings in Stocwelle.]

Ch. Ch. Mich. 1245–Mich. 1246

Sciant [&c.] quod ego Thomas de Grenham filius Rogeri de Grenham dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osenee [&c.] redditum duorum solidorum annuorum de tenemento[2] quod tenuit Nicholaus de Eynesham scriptor in Stocwelle, quod tenementum est inter terram Nicholai de Stocwelle ex utraque parte, & quicquid in eodem redditu & tenemento cum pert. habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle & Nicholao de Kinges-

[1] With a circular seal, 1⅛ inches in diameter, a fleur-de-lis, S. ROGERI FILII BEVDEIN.

[2] This was to the north of Cok's tenement. It was afterwards the land of the Carmelites.

tune tunc prepositis, Philippo le Muner, Waltero Aurifabro, Waltero de Osenee, Roberto Coc, Petro de Sibeforde, Rogero de Camera, Bricio de Aula & aliis.[1]

925.

[Robert Coc grants his messuage to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Robertus Coc clericus dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totum mesuagium meum cum pert. in Stocwellestrete, quod est inter terram abbatis de Osen' & terram Nicholai de Stocwelle, quod tenui de eisdem canonicis pro duobus solidis annuatim & est de feodo eorum. Dedi etiam eisdem canonicis annuum redditum trium denariorum in quibus prefatus Nicholaus de Stocwelle & heredes sui tenebantur michi & heredibus meis uel assignatis meis annuatim, scilicet ad festum sancti Iohannis Baptiste unum denarium [and Sept. 29, and Mar. 25], pro quadam domo quam idem Nicholaus de me tenuit, & est inter uiuarium eiusdem Nicholai & fontem qui est ad capud prefati mesuagii mei uersus occidentem, & quicquid in eisdem mesuagio & redditu cum pert. habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum ; tenenda & habenda eisdem ecclesie & canonicis in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Nicholao de Kingestune & Iohanne de Coleshulle tunc prepositis, Galfrido de Stocwelle, Petro filio Toraldi, Henrico Simeon, Waltero Aurifabro, Waltero de Osen' & multis aliis.[2] **Ch. Ch. Mich. 1245–Mich. 1246**

3. The Land of Savary the Bolter.

926.

[William, son of Godwin, grants land to Savore the bolter.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus filius Godwini concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Sauore **O. C. 526 c. 1230**

[1] A circular seal, $1\frac{3}{8}$ inches in diameter. A star of eight points, every other one being thin and having three balls at the end of it, S' THOME DE GRENEHAM.

[2] A circular seal, $1\frac{1}{4}$ inches in diameter, a fleur-de-lis, S. ROBERTI : COC. Another hand has written an endorsement, 'de duobus solidis pro area illa ad magnam portam iuxta nigros monachos in Stocwelle, quam tenet [*blank*]'; but these words apply better to the preceding document.

Arzonario illam terram meam in Stocwelle que est inter domum Roberti Coc, & domum Willelmi Mitterquorne, illi scilicet & heredibus suis uel cui uoluerit eam assignare si heredes non habuerit, exceptis locis religiosis, tenendam & habendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete, honorifice & integre; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uiginti denarios ad quatuor terminos anni pro omni seruitio & omni exactione, scilicet ad festum sancti Michaelis quinque denarios & ad Natale domini quinque denarios, ad festum sancte Marie in Marcio quinque denarios & ad festum sancti Iohannis Baptiste quinque denarios. Pro hac autem concessione, dimissione & liberatione dedit michi predictus Sauore duos solidos de gersuma. Et ego & heredes mei warentizabimus prenominato Sauore & heredibus suis uel suis assignatis predictam terram contra omnes homines, mares & feminas. Et ut hec concessio mea & dimissio, liberatio & warentizatio rate, stabiles & inconcusse permaneant, eas sigilli mei munimine confirmaui. Hiis testibus, Iohanne Pistore, Willelmo Le mercer, Roberto Coc, Lance Pistore, Adam Modi, Iohanne Carpentario, Willelmo Mitterquorne, Willelmo Cordewanario, Martino Molendinario et multis aliis.

927.

[Hugh Tailur grants the land to Geoffrey, rector of Oxted.]

O.C. 527
c. 1237

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo Tailur concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Galfrido clerico rectori ecclesie de Acstede illud mesuagium cum pertinentiis quod est inter terram Henrici filii Simonis [1] & terram Roberti Cok in Stocwellestrete, in suburbio Oxonie, illi & heredibus suis uel assignatis suis, exceptis locis religiosis, habendum & tenendum de me & heredibus meis in pheudo & hereditate, libere & quiete, honorifice & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruitio & omni exactione, scilicet ad festum sancti Michaelis sex denarios, & ad Natale domini sex denarios, ad festum sancte Marie in Marcio sex denarios & ad festum sancti Iohannis Baptiste sex denarios. Pro hac autem concessione, dimissione & liberatione dedit michi predictus Galfridus quadraginta solidos ad gersuma; & ego & heredes mei warantizabi-

[1] *sic.*

bus prenominato Galfrido & heredibus suis uel suis assignatis predictum mesuagium cum pertinentiis contra omnes homines, mares & feminas. Et ut hec [&c. sealing] hiis testibus, Iohanne Padi, Henrico filio Simeonis, Thoma Feteplace, Radulfo le Criuein, Roberto Cok, Iohanne le Pechere, Iohanne Lancee, Willelmo de Wdestocke & multis aliis.

928.

[Geoffrey of Oxted grants the land to Oseney.]

Sciant presentes & futuri quod ego Galfridus rector ecclesie de Acstede dedi & concessi & presenti carta confirmaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Osen' & canonicis ibidem deo seruientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, totam illam terram cum pertinenciis que est inter terram Henrici filii Henrici filii Symonis & terram Roberti Coc in Stokwellestret in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris, & quicquid in eadem terra cum pertinenciis unquam habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum; tenendam & habendam dictis ecclesie & canonicis bene & in pace, libere & quiete in perpetuum; reddendo inde annuatim capitali domino uiginti denarios ad quatuor anni terminos, scilicet ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste quinque denarios, & ad festum sancti Michaelis quinque denarios & ad Natale domini quinque denarios & ad festum sancte Marie in Marcio quinque denarios & heredibus Sauarici Bolter unum denarium annuatim ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio seculari & demandis. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui, hiis testibus, Willelmo rectore ecclesie sancti Benedicti iuxta Cor[n]ulle, Iohanne Sewi, Hugone Herding tunc prepositis Oxonie, Iordano clerico eorundem, Henrico clerico, Petro de Sybbeford, Roberto Coc, Iacobo de Woteringgebur', Willelmo de Hokenertune, Thoma de Burtune & multis allis. **O. C. 529 Mich. 1239–Mich. 1240**

929.

[Geoffrey de Acstede sends his charters to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Galfridus rector ecclesie de Acstede concessi, dimisi & liberaui [&c.] abbati & conuentui Oseneie illam terram cum pert. quod est inter terram Henrici filii Simonis & terram **Ch. Ch. 1240**

Roberti Cok in Stocwellstrete [&c. as in no. 928] Michaelis pro omni seruicio. Et ego dictus G. mitto dicto abbati & conuentui per Iacobum de Woterinburi omnes cartas meas & omne ius meum, que habeo in dicta terra, et constituo illum procuratorem meum quod possit tradere dicto abbati & conuentui seisinam dicte terre. Et in [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo persona de Ledered, Willelmo de sancto Benedicto, Uinch', Eddmond' de sancto Etelburgo, G. coc[o], Rogg[ero] Coerr, Roberto Cok, Hugone le Talior[1] Oxonie & multis aliis.

930.

[Roger de Grenham confirms the gift and reduces the rent.]

O. C. 530 Mich. 1243–Mich. 1244

Sciant presentes [& futuri quod ego Rogerus de Grenham][2] concessi & presenti carta confirmaui [deo & ecclesie beate Marie] de Osen' & canonicis ibidem deo [seruientibus donationem quam Galfridus rec]tor ecclesie de Akstede fecit eisdem [de terra illa] cum pertinentiis, que est inter terram Henrici filii Henrici filii [Simonis & terram Roberti Coc in] Stocwellestret in suburbio Oxonie in parrochia sancti Thome martiris; t[enendam . . .] bene & in pace, libere & quiete in perpetuum, r[eddendo inde annuatim michi & heredibus] meis duodecim denarios ad festum sancti Michaelis pro omni seruitio, sect[is & demanda. Et ego] Rogerus & heredes mei [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc maiore Oxonie, Hugone le Fauue & Ada Cruste tunc prepositis, Philippo le Muner, Henrico filio Henrici filii Simeonis, Ricardo Aurifabro, Waltero de Oseneya, Roberto Coc & multis aliis.

4. The Land of Henry Simeon.

931.

O. C. 531 Prob. Mich. 1236–Mich. 1237

[Henry, son of Henry Simeon, grants land to John Lance.]

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus filius Henrici concessi, dimisi & liberaui & hac presenti carta confirmaui Iohanni filio Lancelot terram meam cum pertinentiis que iacet inter terram Iohannis

[1] Talilor, MS.
[2] The endorsement 'carta Rogeri de Grenham' gives this name.

Carpentarii & terram Hugonis Cokeny[1] in Stocwellestrete in parrochia sancti Thome martiris in suburbio Oxonie, habendam & tenendam illi & heredibus suis de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete, plene & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quatuor solidos ad quatuor terminos anni pro omni seruitio & exactione, scilicet ad Natale domini XII d., & ad festum sancte Marie in Marcio XII d., et ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste XII d., & ad festum sancti Michaelis XII d.; et pro hac concessione, dimissione, liberatione & carte mee confirmatione predictus Iohannes dedit michi uiginti solidos sterlingorum in gersuma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turoldi, tunc maiore Oxonie, Laurentio Ruffo & Roberto Mingnot tunc prepositis, Roberto Oeyn, Ada filio Walteri, Willelmo Salser[io], Henrico Salser[io], Roberto Cok, Iohanne Peche[r], Nicholao Mol[endinario], Iohanne Carpent[ario], Nicholao de Monte Acuto, Willelmo clerico, Waltero filio Roberti de Bureford & aliis.

932.

[John, son of Geoffrey the miller, grants to Oseney the land he had bought from John Lance.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes filius Galfridi le Muner [de] Oxonia [dedi, conc]essi & hac presenti carta mea confirmaui deo & ecclesie sancte Marie & canonicis ibidem deo seruientibus unam placiam terre in Stocwellestret quam emi de Iohanne Lan[ce], que iacet inter terram abbatis de Oseneya ex parte una & terram quondam Iohannis le Carpenter ex altera, habendam & tenendam dictis ecclesie & canonicis in perpetuum; reddendo inde annuatim capitalibus dominis quatuor solidos ad quatuor terminos anni pro omni seruicio, exaccione & demanda, uidelicet ad Natale domini XII d., ad festum sancte Marie in Marcio XII d., ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste XII d., & ad festum sancti Michaelis XII d., item unum obolum Iohanni Lance & heredibus suis ad festum sancti Iohannis Baptiste. Et ego Iohannes filius Galfridi le Muner & heredes mei warantizabimus, acquietabimus, & defendemus totam dictam placiam terre cum pertinentiis dictis ecclesie & canonicis contra omnes gentes. Et ut omnia [&c. sealing], hiis testibus, Waltero de Oseneya, Radulfo le Rowere, Iohanne Lance, Iordano

O. C. 540 after 1240

[1] This must be Hugh the tailor of no. 927.

Pistore, Willelmo de Wodestoke, Iohanne le Furner, Willelmo Cnit, Ricardo de Kam, Gilberto Le Pechere & aliis.[1]

5. The Land for Hithebridge Road.

About the year 1200–10 Oseney built Hithe bridge[2] and made the road on either side. We have no record how the land on the east side was acquired, but the following deeds show that after the road was made a quitrent due from the abbey for the site of the road was surrendered.

933.

[Thomas, son of Roger, son of Hemming, quitclaims a rent of 12 d.]

Ch. Ch. B. 134 c. 1220–5

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas filius Rogeri filii Hemmig pro salute anime mee & pro animabus antecessorum meorum concessi & quietum clamaui pro me & heredibus meis inperpetuum deo & ecclesie sancte Marie Osen' & canonicis ibidem deo seruientibus in liberam & perpetuam elemosinam duodecim denarios annuos quos percipere consueui pro terra illa que est inter uicum qui iacet inter Stocwelle & Castrum Oxonie & nouum pontem qui est uersus Oseneyam, sicut eadem terra extenditur in latum inter terram Ricardi de Stocwelle & terram Rogeri Trash, que etiam terra est regia strata. Remisi etiam & quietum clamaui eisdem canonicis in perpetuum totum clamium & totum ius quod habui uel habere potui unquam in prefata terra & denariis XII annuis. Et ego & heredes mei prefatam concessionem, quietam clamacionem & relaxationem dictis canonicis in perpetuum warantizabimus contra omnes gentes. Pro hac concessione, quieta clamatione & relaxatione & warantizatione dederunt michi dicti canonici de caritate domus sue X solidos sterlingorum. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Waltero capellano capelle sancti Thome iuxta Oseneyam, Thoma filio Edwin' maiore Oxonie, Ricardo de Stocwelle, Galfrido filio eius, Philippo Molendi-

[1] The date must be after 1240, because the abbey did not obtain the adjacent property on the north until that year. The deed is endorsed *carta Iohannis le corueser filii Galfridi le Muner.*

[2] The date is shown by no. 1055. That the bridge was built by Oseney is clear from the fact that Oseney acquired the land for the approaches to the bridge, and rebuilt the bridge itself between 1373 and 1403 (E. H. R. xxxiii. 500).

nario, Iohanne Pady, Henrico Purcelle, Alexandro ianitore Oseneye, Petro de Tackele et aliis.[1]

934.

[Robert, son of Thomas, confirms his father's deed.]

Sciant [&c.] quod ego Robertus filius Thome filii Rogeri gratam & ratam habeo & confirmo concessionem, quietam clamationem & relaxationem quam idem Thomas pater meus fecit deo & ecclesie sancte Marie Oseneye [&c.] super duodecim denariis annuis quos percipere consueuit pro terra illa que est inter uicum qui iacet inter Stocwelle & Castrum Oxonie & pontem nouum qui est uersus Oseneyam, & super omni clamio & omni iure quod unquam habuit uel habere potuit in prefatis terra & duodecim denariis, secundum quod continetur in carta dicti Thome patris mei quam dicti canonici super hoc habent. Quam cartam pro salute mea & meorum dictis canonicis confirmo in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Waltero capellano capelle sancti Thome, Thoma filio Edwini tunc maiore Oxon', Ricardo de Stocwelle, Galfrido filio eius, Philippo Molendinario, Iohanne Pady, Henrico Purcelle, Alexandro ianitore Oseneye, Petro de Tackel' et allis.[2]

Ch. Ch. B. 134 c. 1220–5

6. The Land of John the Fisher.

On the north side of Hithebridge road, the continuation of Irishman's Street, Oseney had some property, but we do not know how it was acquired. Thus the next deed shows that the house of John the Fisher owed a rent of 18*d.* to Oseney, and the rentals suggest that the tenements on either side owed similar rents. In 1251 Oseney obtained the freehold of one of these properties, as the following deeds show, but soon granted it away. It seems from the rental of 1280 to have had seven quitrents in this neighbourhood, but the tenements were vacant by the end of the fourteenth century, and though all the rentals until the end record this property, nothing was received.

935.

[John le Pecher grants four houses to his four daughters.]

Ch. Ch. Mich. 1235–Mich. 1236

Sciant [&c.] quod ego Iohannes le Pecher filius Alueredi dedi et assignaui quatuor filiabus meis, scilicet Cristine, Emme, Margarete,

[1] Seal, circular, $1\frac{3}{8}$ inches in diameter, a fleur-de-lis, SIGILL' THOME DE HANTISIA.

[2] With a round seal, $1\frac{3}{8}$ inches in diameter, a variety of a fleur-de-lis, SIGILL · ROBERTI · FILII TOME.

Galliane, quas habui de Agnete uxore mea, quatuor domos in Yrisstreth[1] cum suis pert. post mortem Agnetis uxoris mee, que sunt site continue inter domum Symonis le Frere & domum quondam Radulfi Brun, quas domos dedi Agneti uxori mee ad ostium ecclesie in dotem; tenendas & habendas sibi & heredibus suis ex suis corporibus exeuntibus libere, quiete, pacifice & integre; reddendo inde pro me et heredibus meis domino abbati de Oseney annuatim octodecim denarios pro dictis quatuor domibus pro omni seruicio, consuetudine & demanda ad quatuor terminos anni secundum consuetudinem Oxonie. Si autem contingat quod aliqua dictarum filiarum mearum decedat sine liberis, ad tres filias meas antedictas superstites dicte domus quatuor remanebunt, ut equis porcionibus inter se diuidant. Et si contingat quod due moriantur filie sine liberis ex se, remanebunt dicte quatuor domus ad duas filias superstites. Et si contingat quod tres filie moriantur sine liberis ex se, remanebunt dicte quatuor domus une [*sic*] filie superstiti et heredibus suis. Et quia [&c sealing], hiis testibus, Philippo le Muner, Hugone Faue et Ada Cruste tunc balliuis, Ricardo Her, Willelmo de Fillenden, Roberto Coc, Willelmo de Wdestoe, Richero de Hethun, Roberto Le bas, Helya Harloc, Iohanne Bard, Waltero dc Yfteslap, Symone le Frere, Willelmo de Witheney & aliis.[2]

936.

[Gilbert le Pecher grants two messuages to Emma his sister.]

Ch. Ch. Prob. summer, 1245

Sciant [&c.] quod ego Gilebertus filius Iohannis le Pechere dedi [&c.] Emme sorori mee duo mesuagia cum omnibus pert. suis in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris in Hyrismanstrete, uidelicet illa duo mesuagia que iacent inter terram Margerie sororis mee primogenite & terram Radulfi Brun; habenda & tenenda sibi & heredibus suis de corpore suo prouenientibus de me & heredibus meis libere & quiete, pacifice & integre; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duodecim denarios ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Iohannis Baptiste tres denarios [and Sept. 29, Dec. 21, and Mar. 25] pro omni seculari seruicio. Ego

[1] As the following deeds state that the property was in the parish of St. Thomas, it is clear that Yrisstreth must be the western continuation of Irishman's street.

[2] Seal, a pointed oval, 1⅜ inches by ⅞ inch, something like a fleur-de-lis, S' IOHANNES FILIVS AVFRE.

uero [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ade [*sic*] Feteplace tunc maior [*sic*] Oxon', Galfrido de Hegtesheye & Henrico Perle tunc prepositis, Iohanne le Rus, Henrico le Wepere, Willelmo le Salser, Henrico le Salser, Helie [*sic*] Horloch, Ricardo Her, Iohanne le Chapeler, Radulfo le Stiuur, Nicholao le Scriuein, Roberto le Brechere, Roberto le Cock et aliis.

937.

[Gilbert le Pecher grants two messuages to Margery his sister.]

Sciant [&c.] quod ego Gilebertus filius Iohannis le Pechere dedi [&c.] Margerie sorori mee duo mesuagia cum omnibus pert. suis in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris in Hyrismanstrete, uidelicet illa duo mesuagia que iacent propinquior [*sic*] terre Symonis le Frere; habenda & tenenda sibi & heredibus suis de corpore suo prouenientibus [&c. as in the previous deed]; hiis testibus [as in the previous deed]. **Ch. Ch. Prob. summer, 1245**

938.

[William the miller grants two messuages to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Molendinarius dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Osen' [&c.] duo [1] mesuagia que habui sita inter domum Margerie filie Iohannis le Pegere [2] & terram que quondam fuit Radulfi Brun in parochia sancti Thome martiris in Hyrismanstrete; habenda & tenenda dictis ecclesie & canonicis de me & heredibus meis in puram, liberam & perpetuam elemosinam. Ego uero [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Elia le Hatermongere, Symone le Frere, Roberto de Gerewedone pro me manucapientibus quod pacta predicta fideliter obseruabo: testibus etiam domino Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Galfrido de Hegstiseie, Thoma le Specier tunc prepositis, Iohanne Ruffo, Rogero le Taylur, Waltero de Oseneya & aliis.[3] **Ch. Ch. B. 220v Mich. 1250–Mich. 1251**

[1] duo mea mesuagia, B.
[2] Pechere, B.
[3] Seal, a pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S. WILL'I LE MONIR.

939.

[Emma, widow of William the miller, quitclaims the messuages to Oseney.]

Ch. Ch. Mich. 1250–Mich. 1251

Sciant [&c.] quod ego Emma filia Iohannis le Pegere, quondam uxor Willelmi Molendinarii de Oxon', remisi & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum domino abbati de Oseneya [&c.] totum ius & clamium quod habui uel habere potui in duobus mesuagiis & eorum pert. que sita sunt inter domum Margerie sororis mee & terram que quondam fuit Radulfi Brun in parochia sancti Thome martiris in Hyrismanstrete. Astrinxi etiam me & obligaui fide & iuramento quod nunquam prenominatis canonicis uel eorum successoribus questionem mouebo, nec eos aliquo modo super predictis inquietabo nec uexari procurabo. In cuius [&c. sealing]. Pro hac autem remissione [&c.] dederunt michi dicti canonici uiginti & unum solidos in necessitate mea urgentissima. Hiis testibus & fideiussoribus & pro me manucapientibus quod pacta fideliter obseruabo; Elia le Hatermongere, Symone le Frere, Roberto de Gerewedon. Testibus etiam domino Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Hegstiseie, Thoma le Specier tunc prepositis, Iohanne Ruffo, Rogero le Tailur, Waltero de Osen' & aliis.[1]

940.

[Oseney grants to Ralph de Hayle a tenement in Irishman's Street.]

Ch. Ch. Mich. 1280–Mich. 1281

Hec est conuencio facta inter dominum W. abbatem & conuentum de Oseneye ex parte una & Radulfum de Hayle & Iulianam uxorem eius ex altera, uidelicet quod idem abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & dimiserunt eisdem illud tenementum[2] cum pert. in parochia sancti Thome martiris Oxonie, scilicet in Yrishemannestreth, quod est inter quamdam terram vacuam Prioris sancte Fredeswyde ex parte orientali[3] & terram quondam Simonis le Frere ex parte occidentali; tenendum & habendum sibi & heredibus suis de se prouenientibus inperpetuum, libere, quiete, & integre; reddendo

[1] Seal, a pointed oval, 1⅜ inches by 1 inch, a star above a crescent, S' EMME FIL' IOH' LE PECH'.

[2] In the rentals it is called *duo cotagia Brun*.

[3] The *Cartulary of St. Frideswide* mentions no property in this position.

inde annuatim dictis abbati & conuentui & eorum successoribus sex solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, scilicet ad Natale Domini XVIII d. [18 d. Mar. 25, 18 d. June 24, 18 d. Sept. 29], pro omni seruicio. Predicti uero Radulfus & Iuliana & heredes eorundem edificia dicti tenementi propriis sumptibus sustentabunt, et dictum redditum ad predictos terminos fideliter & sine dilacione soluent; alioquin licebit procuratori dictorum abbatis & conuentus predictum tenementum ingredi et in eodem distringere usque ad dicti redditus plenam solucionem. Nec licebit dictis Radulfo & Iuliane vel heredibus eorundem dictum tenementum vendere, alienare, inuadiare vel aliquo modo obligare quominus dictus redditus ad terminos prescriptos predictis abbati & conuentui persoluatur. Prefati vero abbas [&c. warranty]. In cuius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxon', Colino[1] de Colleshulle & Iohanne Sewy tunc prepositis Oxon', Willelmo de Wodestone, Iohanne de Sibbesforde, Colino Crabbe & aliis.

941.

[Richard, son of Margery, quitclaims four houses to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Ricardus filius Margarie filie et heredis Iohannis le Pechere filii Alfredi remisi & quietum clamaui pro me & heredibus meis domino Willelmo abbati Oseneye & eiusdem loci conuentui illa quatuor tenementa que michi iure hereditario acciderunt in suburbio Oxonie in uico qui uocatur Hyrissemannestreth in parochia sancti Thome martiris; que quidem iacent continue inter domum Symonis le Frere & terram quondam Radulfi Brun; ita quod nec ego nec heredes seu assignati mei nec aliquis nomine nostro quicquam iuris uel clamii in eisdem seu de eisdem tenementis umquam exigere seu uendicare poterimus. Pro hac autem [&c.] dederunt michi prefati religiosi quadraginta septem solidos pre manibus in gersummam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, domino Willelmo Speciario tunc maiore Oxonie, Philippo de O. & Elya le Quilter tunc balliis, Nicholao de Kyngestone, Henrico Oweyn, Thoma Souy, Iohanne Seuy, Rogero clerico & aliis.

Ch. Ch. Mich. 1283–Mich. 1284

[1] i. e. Nicholao.

7. Land on the South Side of Hithebridge Street.

About the year 1220 (see no. 933) the land on the south side of the new road to Hithebridge belonged to Roger Trais; some ten years later it was given to Oseney by his widow; the following deeds show that it extended all the way from the corner on the east to the river on the west, and was bounded on the south by the land of Richard Her, which also became the property of Oseney in 1258. In 1498 both the tenements were no more than gardens, and when the leases of Christ Church begin it is a piece of meadow ground, and was let on leases for 21 years together with meadow ground in Oseney, called Alley Meads. In 1793 it was sold to the Oxford Canal Company, and we can identify it in the Survey of 1772 with the house and garden occupied by Mrs. Freeman, being 106 yards from north to south, and reaching to within twenty feet of Pacey's bridge. It must have been half an acre in extent, and one of the ledgers suggests that it is the land called Butterham, of which there is mention in the Letters Patent of Henry VIII.

942.

[Eva Trais grants and delivers to Oseney a corner tenement.]

S. Thomas 6 B. 104v 1230-44

Sciant [&c.] quod ego Eua relicta Rogeri Trais in uiduitate existens dedi, dimisi, liberaui [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totam terram meam angularem a uico qui se extendit a domo Hospitalariorum[1] uersus Castrum Oxonie, usque ad aquam, cum omnibus pert. suis in parochia sancti Thome martiris extra portam Osen'; illam scilicet terram que iacet inter uiam que ducit ad nouum pontem uersus Oseneyam & terram Ricardi Her, & quicquid in dicta terra cum pert. habui uel habere potui; tenendam & habendam dictis canonicis in perpetuum, bene & in pace, libere, quiete & integre; reddendo inde annuatim capitalibus dominis duodecim denarios ad festum sancti Michaelis & ad luminaria capelle sancti Thome martiris prenominati duos denarios & michi & heredibus meis unum denarium ad Pascha. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi dicti canonici quinque marcas esterlingorum, & Loce filie mee primogenite quinque solidos & Alicie alteri filie mee quinque solidos. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toraldi tunc

[1] Afterwards the site of Gloucester College.

maiore Oxon', Henrico filio Henrici filii Simeonis, Philippo Molendinario, Roberto Oeyn, Ricardo Aurifabro, Nicholao Molendinario, Amis le Lingedraper, Roberto Bard, Elya & aliis.[1]

943.

[Reginald the baker and Alice his wife confirm the grant of Eva Trais.]

Omnibus [&c.] Reginaldus pistor & Alicia filia quondam Rogeri Traihs, uxor eiusdem Reginaldi, salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse [&c.] deo [&c.] donationem quam eis fecit Eua relicta Rogeri Traihs de tota terra sua angulari [as in the last . . .] Pascha, sicut carta dicte Eue quam super hoc dicti canonici habent testatur; et ad maiorem huius nostre concessionis [&c.] firmitatem nos in capitulo Oseneye tactis sacrosanctis iurauimus quod nec nos nec aliquis per nos queremus unquam artem uel ingenium, quominus prefata ecclesia Oseneye & canonici prefati predicta terra cum pert. pacifice gaudeant in perpetuum. In cuius [&c. sealing]. Hiis testibus [&c. as in the last].[2]

S. Thomas 5 B. 105r 1230–44

944.

[Loece, daughter of Eva Trais, confirms her mother's grant.]

Omnibus [&c.] Loece filia Eue, relicte Rogeri Traish, salutem. Nouerit [&c. as in the last]. Hiis testibus [&c. as above, ending] Roberto Bard, Helya le Lingedraper, Folcone Molendinario et multis aliis.[3]

S. Thomas 7 B. 104v 1230–44

945.

A fragment of a dimise in terms almost identical with nos. 1026 and 1027. Richard, abbot, dimises to Robert Forn & Agnes his wife a messuage in the parish of Saint Thomas, [erected on] land which had formerly been of Roger Trass, to be held 'ad feodifirmam'

O. C. 536 1257

[1] With a circular seal, 1⅛ inches in diameter, S' EVE VXORIS ROGERI TRAS.

[2] Two seals, both pointed ovals, both fleur-de-lis of a sort, S. ALICIE FILIE ROGERI and S. REGINALDI DE BEVEREST.

[3] A seal, pointed oval, a conventional pattern, S. LETICIE [*perhaps* LOTICIE] FIL' EVE TRAIS.

at a rent of 20*s*. paid at three terms. The other details of the grant are as in nos. 1026 and 1027. Hiis testibus, Nicholao de H[enred' tunc uice]comite Oxonie, Willelmo de Middlecumbe clerico, Nicholao de sancto Waleri, [. . ., Iohanne de] la Stappe, [ ], Willelmo Wyting, Iordano clerico & multis aliis.

946.

[The abbot of Oseney grants a corner messuage to John de Eynesham.]

B. 222r Mich. 1257–Mich. 1258

Omnibus [&c. Ricardus permissione] diuina abbas Osen' & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos pro nobis & successoribus nostris dedisse [&c.] Iohanni de Eynesham sclatatori & heredibus suis domum illam angularem cum pert. suis in parochia sancti Thome martiris que est inter terram Roberti le Forn & terram que fuit Ricardi Her; tenendam & habendam ad feodifirmam sibi & heredibus suis libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris decem solidos sterlingorum [viz. II s. VI d. Sept. 29, Dec. 25, Mar. 25, June 24] pro omni seruicio & demanda, salua nobis secta curie nostre apud Osen'. Dictus uero Iohannes iurauit nobis fidelitatem de isto redditu fideliter reddendo; quod si non fecerit, licebit procuratori nostro dictam domum in manus nostras seysiare, donec nobis de arreragiis plenarie fuerit satisfactum. Nec licebit dicto Iohanni uel heredibus suis aliquo modo aliquid de dicta domo uel eius pert. sine speciali licencia nostra transferre, uendere, dare, siue impignorare; sed eandem suis propriis sumptibus debent omni tempore sustentare & ne corruat uel deterioretur integram conseruare. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace, tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Iohanne Pady tunc prepositis, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Willelmo de Lecche, Roberto de Eton & aliis.

947.

[Avice, daughter of Robert le Forn, widow, quitclaims her father's tenement.]

S. Thomas 61 Mich. 1287–Mich. 1288

Nouerint [&c.] quod ego Avicia filia & heres Roberti le Forn de Oxonia in ligia potestate & uiduitate mea remisi & omnino quietum

clamaui pro me & pro heredibus meis domino Rogero abbati de Oseneya & eiusdem loci conuentui & eorum successoribus in perpetuum totum ius & clamium quod habui uel quacunque racione habere potui in toto illo tenemento, domibus, edificiis, gardinis, curtillis & omnimodis pert. que Robertus le Forn pater meus tenuit de predictis abbate & conuentu de Osen' in parochia sancti Thome Oxonie, quod tenementum se extendit in longitudine a Tamisia usque tenementum Iohannis de Eynesham sclatatoris uersus orientem, una cum curtillo quod se extendit in longitudine usque ad sepem que se extendit a tenemento occidentaliori predicti Iohannis sclatatoris usque fossatum uersus Castrum in latitudine, quod fuit de tenemento quod Ricardus Her aliquando tenuit de eisdem abbate & conuentu, absque ulla diminucione seu retenemento una cum omnimodis libertatibus & aisiamentis ad predictum tenementum & curtillum pertinentibus, & omnimoda instrumenta, que michi uel heredibus meis possent competere super predictis, dictis abbati & conuentui libere & integraliter resignaui: ita quod [&c.]. In cuius [&c.] sigillum maioris Oxonie una cum sigillo meo apponi procuraui. Hiis testibus, Willelmo Spiciario tunc maiore Oxon', Thoma de Sowy & Andrea de Pyrie tunc balliuis, Henrico Oweyn, Philippo de O., Iohanne fratre eius, Willelmo de Wodestone, Nicholao Crabbe, Iohanne de Eynesham, Iohanne clerico & aliis.[1]

948.

[Grant of a corrody to Avice le Forn.]

Uniuersis [&c.] frater Rogerus permissione diuina abbas Osen' & eiusdem loci conuentus eternam in domino salutem. Noueritis nos unanimi uoluntate & assensu concessisse Auicie filie Roberti le Forn, quod libere & quiete, quamdiu uixerit, possit inhabitare illam domunculam sclattatam que immediate contiguatur principali domui, quam Robertus le Forn pater suus aliquando tenuit de nobis in parochia sancti [Thome][2] Oxon, cum curtillagio adiacente, quod se extendit ad longitudinem eiusdem domuncule uersus orientem & in latitudine uersus austrum usque ad curtillagium quod Ricardus Her aliquando de nobis tenuit, sicut nunc muro clauditur, ita quod nobis nichil B. 224v 1288

[1] Seal, a pointed oval, a fleur-de-lis, S' AVICIE LE FORN. There is room for another seal at the side, but no label, nor was there ever one.

[2] Omitted in MS.

inde reddat; nec liceat ei de lignis uel lapidibus ipsius quicquam amouere; & ipsam domunculam propriis sumptibus sustentabit. Post mortem uero eiusdam Auicie dicta domuncula cum curtillagio ad nos & successores nostros sine calumpnia uel contradiccione cuiuslibet integraliter & libere reuertatur. Insuper concessimus eidem, quod percipiat quoad uixerit singulis septimanis unam porcionem panis [& ceruisi]e ad sustentacionem suam, uidelicet IIII [paruas] michas conuentuales & III grossos [panes] & IIII galones ceruisie. In cuius [&c. sealing].

949.

[Oseney leases to Thomas de Newentone and Agnes his wife a tenement near Hythebridge for their lives.]

S. Thomas 52 Apr. 23, 1321

Anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quartodecimo in festo sancti Georgii ita conuenit inter fratrem Iohannem abbatem Oseneye et eiusdem loci conuentum ex parte una & Thomam de Newentone cementarium et Agnetem de Henxeye uxorem eius ex altera, videlicet quod iidem abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & dimiserunt eisdem Thome & Agneti ad totam uitam eorum, qui vel que superuixerit, illud mesuagium cum cotagiis & omnibus aliis pert. quod Robertus le Forne de eis aliquando tenuit in parochia sancti Thome martiris Oxon', iuxta Huthebrugge; reddendo inde annuatim eisdem religiosis XXVI solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda, salua secta curie eorundem religiosorum cum eam tenere contigerit: ita quod [the owners may distrain for the rent]. Prenominati vero T. & A. sepedictum tenementum & cotagia eidem adiacencia cum areis nudis suis sumptibus edificabunt & emendabunt. [If they are not repaired, the owners may seize them, until the repairs are done]. Nec licebit eisdem aliquid de arboribus plantandis seu plantatis destruere nisi pro edificacione seu dicti tenementi emendacione. [The tenements may not be so alienated, that they would not revert to the abbey on the death of T. & A.] In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Hamptone tunc maiore Oxon', Roberto de Bache, Thoma de Aluestone, balliuis eiusdem, Philippo de Ew, Iohanne de Colushulle, Roberto de Wormenhale, Andrea Culuerd, Rogero de Sibford & multis aliis. Dat' apud Osen', die & anno supradictis.

950.

[Richard Her grants a tenement in Stockwell Street to Roland de Oddiggeseles.]

Sciant [&c.] quod ego Ricardus Her dedi [&c.] domino Rolondo de Oddiggeseles militi & heredibus suis uel suis assignatis unum mesuagium cum pert. in parochia sancti Thome martiris Oxonie; et totum ius quod habui uel quod habere potui in dicto mesuagio, uidelicet illud mesuagium quod iacet iuxta terram abbatis de Oseneya ex parte septentrionali & terram quondam Iohannis Bard ex parte australi in Stocwellestret; habendum & tenendum de me & heredibus meis uel meis assignatis libere & quiete, bene & pacifice; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis dictus Rolondus & heredes sui uel sui assignati uiginti unum denarium pro omni seruicio seculari & pro omnibus sectis ad duos anni terminos [10½*d.* Mar. 25, 10½*d.* Sept. 29]. Pro hac mea donacione [&c.] dedit michi dictus Rolondus duas marcas argenti in garsummam. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace, Radulfo le Orfeure, Waltero de Hamptone, Roberto le Forn, Henrico del Ewe, Roberto Astel, Willelmo de Wdestoke, Roberto ad finem pontis, et multis aliis.[1]

Ch. Ch. c. 1250

951.

[Roland de Odingesseles grants and quitclaims the messuage to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Rollandus filius & heres domini Rollandi de Doddingkishel' militis dedi, concessi, remisi & quietum clamaui [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Osen. [&c.] unum mesuagium cum omnibus pert. suis, quod aliquando fuit Ricardi Here in parochia sancti Thome martiris Oxon' & totum ius & clamium quod umquam habui uel habere potui in dicto mesuagio cum omnibus pert. suis, quod quidem mesuagium situm est inter terram abbatis de Osen' ex parte aquilonari & terram quondam Iohannis Bard ex parte australi; habendum & tenendum dictis ecclesie & canonicis de me & heredibus meis uel meis assignatis bene & in pace, libere & quiete ab omni seruicio seculari, onere & demanda [&c.]. Pro hac

Ch. Ch. B. 220' Mich. 1258–Mich. 1259

[1] A circular seal, 1⅛ inches in diameter, a star, S. RICARDI HER.

autem donatione [&c.] dederunt michi dicti ecclesia & canonici tres marcas pre manibus. Et ego Rollandus [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Galfrido de Henxtishe & Iohanne Pady tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Roberto le Forne, Willelmo carpentario, Luca de Northoseneya, Willelmo Witing, Bricio de aula Oseneye & aliis.

952.

[Richard de Alleston grants a garden to Richard Gibbes.]

Ch. Ch. Apr. 23, 1371

Sciant [&c.] quod ego Ricardus de Alleston' filius & heres Iohannis de Allestone de Oxonia dedi [&c.] Ricardo Gibbes de Osen' unum gardinum [1] cum suis pert. situatum in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris in vico uocato Irisshmannestret inter tenementum abbatis & conuentus de Osen' ex parte australi & unum gardinum dicti abbati & conuentus ex parte boreali; habendum & tenendum predictum gardinum cum suis pert. prefato Ricardo Gibbes & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Hiis testibus, Thoma Whitele, Willelmo Henxhey, Galfrido le Fisshere, Mauricio le Taillour, Thoma Deghere & aliis. Dat' in suburbio predicto die Mercurii in festo sancti Georgii martiris, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo quinto.

953.

[Richard Gibbes leases a garden to Oseney.]

Ch. Ch. April 23, 1463

Hec indentura facta inter religiosos viros Iohannem permissione diuina abbatem monasterii beate Marie virginis Oseneye & eiusdem loci conuentum ex una parte & Ricardum Gybbes de Oxon' tanner parte ex altera testatur quod predictus Ricardus concessit, locauit, & ad firmam dimisit predictis abbati & conuentui unum gardinum cum suis pert. situatum in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris in vico vocato Irysshmannestret inter tenementum dicti abbatis & conuentus ex parte australi & unum gardinum eorundem

[1] This garden may have been a small toft which had the land of Trais on the north and the land of Her on the west and the south. Irishman's Street was properly the name of George Street, yet at times it was applied to the road leading southward to the Castle (see *Oriel Records*, p. 271).

abbatis & conuentus ex parte boriali ; quod quidem gardinum nuper Hugo Cokkes tenuit & inhabitauit ; habendum & tenendum dictum gardinum antedictis abbati & conuentui a festo sancti Michaelis proximo futur' usque ad finem nonaginta & nouem annorum proximiorum sequencium ; reddendo inde annuatim prefato Ricardo, heredibus uel assignatis suis unam rubeam rosam ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni seruicio & demanda. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing]. Dat' die Sabbati in festo sancti Georgii martiris anno regni regis Edwardi qu[arti . . .].

954.

[Richard Gybbes quitclaims a garden to Oseney.]

Omnibus [&c.] Ricardus Gybbes de Oxon' tanner salutem. Noueritis me remisisse, relaxasse et omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse Iohanni Waltone abbati monasterii de Oseneye [&c.] totum ius meum & clameum que umquam habui, habeo seu in futurum habere potero in uno gardino cum suis pert. situato in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris in vico vocato Irysshmannestret inter tenementum dicti abbatis & conuentus ex parte australi & unum gardinum eorundem abbatis & conuentus ex parte boreali ; quod quidem gardinum quidam Hugo Cokkes nuper tenuit & inhabitauit ; ita ut [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Wotton, Hugone Clu[n]ne, Ricardo Heethe, Willelmo Robyns, Ricardo Stevons, Stephano Taylour, Iohanne Newende, Ricardo Hewes, Iohanne Hewes, Iohanne Davers, Thoma Gardener, Roberto Gardeyner & aliis. Dat' in suburbio predicto decimo octauo die mensis Maii, anno regni regis Edwardi quarti post conquestum Anglie quarto. **Ch. Ch. May 18, 1464**

Leases.

Aug. 3, 39 Eliz. [1597]; a lease to Alexander Hill, brewer, of ground under the castle walls, the fishing of Warham's water, and of a piece of ground abutting on Hivebridge, having a house of Alex. Hill S., the road from Northgate to Oseney N. ; for 21 years. **III. 2**

Jan. 26, 1 Car. I [1626]; a lease to Alex Hill, alebrewer ; the piece of ground has the backside of William Tawney, boatman, S. **III. 665**

July 16, 1642 ; his lease is renewed in the same words. **IV. 148**

IV. 310 Dec. 17, 1652; his lease is renewed.

V. 391 Mar. 22, $16\frac{69}{70}$; a lease to Alexander Hill, fellmonger; the piece of ground has on the south a house now in the occupation of Richard Titmarsh, tanner.

V. 450 July 7, 1672; a lease to Anthony Kendall, fellmonger, of Alley Meades, &c., including a portion of ground between the house occupied by Richard Titmarsh, tanner, S., the highway leading to High Bridge N., Brokenhays E., the river running to Castle Mill W.; for 21 years; rent for this ground 7*s*.

VII. 15 Jan. 28, $168\frac{1}{2}$; his lease is renewed in the same words.

VIII. 31 Dec. 22, 1692; a lease to Christian Kendall, Anne Kendall, and Sarah Kendall, spinsters, in the same words.

IX. 40 Dec. 6, 1699; their lease is renewed in the same words.

XI. 36 June 1, 1708; a lease to Anne and Sarah Kendall in the same words.

XII. 7 Aug. 20, 1715; a lease to John Bishop of Oxford, gent., executor of the will of Anne Kendall; John Franklyn, tanner, is S.; same rent.

XII. 168 May 21, 1722; his lease is renewed in the same words.

XIII. 183 May 31, 1729; his lease is renewed in the same words.

XIV. 150 June 22, 1738; John Bishop surrenders his lease to Samuel Carpenter.

June 23, 1738; a lease to Samuel Carpenter, butcher, in the same words.

XV. 116 Mar. 22, 1742; Samuel Carpenter sells his lease to Patrick Musgrove.

June 24, 1745; a lease to Patrick Musgrove, cook, in the same words.

XVI. 89 July 17, 1752; his lease is renewed in the same words.

XVII. 150 Aug. 14, 1759; his lease is renewed in the same words.

XVIII. 180 July 30, 1766: his lease is renewed in the same words.

XX. 3 June 23, 1773; his lease is renewed in the same words.

XXI. 133 Jan. 24, 1777; the executors of Patrick Musgrove assign the lease to Edward Mayow.

Apr. 1, 1780; Joseph and Thomas Mayow assign the lease to Richard Tawney.

June 10, 1780; a lease to Richard Tawney, gent., in the same words.

XXIII. 11 June 8, 1787; his lease is renewed in the same terms.

XXIV. 56 May 15, 1793; the Dean and Chapter sell to the Proprietors of

the Oxford Canal Co. for £200 the fee simple of the same piece of ground, now or late in the occupation of John Bossom; the rent of 7*s.* is reserved. The Liber Computi says that the full price was £400, of which the lessee received £200.

8. A Tenement near Quaking Bridge.

Before 1189 Henry Doily gave to Laurence Kepeharm land beneath the Castle occupied by Harding Peleter, between land of Walter de Westbury and land of Stephen de Hampton, and about 1205–10 Laurence Kepeharm gave to Godestow a rent of 2*s.* from this land, being then occupied by William Burgeis (Godstow Cartulary, fol. 115). These three properties, together with a fourth on the north side, are mentioned in the following deeds. In 1266 Oseney acquired from Thomas de Rading the two southern tenements. The other two were acquired from Geoffrey de Burton; at first the abbey had only a quitrent of 18*d.* from one of them, but in time the tenement must have escheated for non-payment of rent, and by 1447 Oseney had the freehold extending northwards for more than eighty yards, bounded by the road E. and S., and by the river W. In 1498 it was let at a rent of £4.

955.

[Walter de Westbury grants to Robert de Burton land near the Castle gate.]

S. Thomas 45 c. 1190–1200

Sciant [&c.] quod ego Walterus de Westburi dedi [&c.] Rodberto de Burtune pro humagio atque seruitio suo terram meam de Oxone*fordia* que adiacet uersus aquilonem porte Castelli, que iacet inter uicum & aquam. Istam tenebit predictus Rodbertus & heredes sui de me Waltero & heredibus meis libere & quiete & integre cum uniuersis pertinentiis, que predicte terre pertinent, & hereditabiliter, per istud nominatum seruitium, pro omnibus seruitiis que terre possunt euenire, scilicet unam libram cimini annuatim ad Pascha reddendo in eodem tenemento michi Waltero & heredibus meis aut nuntio nostro. Pro homagio isto & istam donationem confirmandam [*sic*] predictus Rodbertus dedit michi unum palefredum nigrum duarum marcarum. Hiis testibus, Willelmo de Westb[uri], Waltero Baiuel, Willelmo Baiuel, Rodberto Bataille, Willelmo filio Monachi, & Rodberto filio eius, Waltero filio Ricardi, Nicholao Poer, Waltero

Bastar, Ricardo de Bechamt[one], et multis aliis. Istud homagium factum fuit ante comitatum Oxonefordie.[1]

956.

[Geoffrey de Burtun grants a messuage to Oseney for a pittance.]

S. Thomas 45 (2) c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Galfridus filius domini Roberti de Burtune pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya [&c.] unum mesuagium cum pert. contra fossatum castri Oxonie in parochia sancti Georgii quod fuit aliquando Willelmi Amis ; et est proxima [*sic*] terre quam Nicholaus le Muner aliquando tenuit ex parte australi uersus castrum. Dedi insuper eisdem canonicis annuum redditum decem & octo denariorum quem michi reddere solebat Robertus de le Hirne annuatim, scilicet ad festum sancti Michaelis IX d. [& Easter] de mesuagio quod est proximum & contiguum prefato mesuagio quod fuit aliquando Willelmi Amis uersus Castrum, & quicquid in eisdem redditu & mesuagio habui uel habere potui tam in eschaetis quam in wardis & omnibus aliis in perpetuum. Que eciam omnia tam mesuagium quam redditum attornaui ad faciendam unam pietanciam in conuentu de Oseneya singulis annis quamdiu uixero in crastino sancti Iohannis ante portam Latinam : et post obitum meum fiet ista pietancia die anniuersarii mei pro anima mea in perpetuum. Et in [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo carpentario, Hugo [*sic*] le Muner, Roberto de Ponte, Iohanne de Sibeford, Reginaldo le Macun, Rolando clerico et aliis.

957.

[Philip Burgeis grants to Thomas de Berkham land near the Castle.]

S. Osen. 59 Mich. 1261–Mich. 1262

Sciant [&c.] quod ego Philippus filius Philippi Burgeis Oxon' dedi [&c.] Thome de Berkham perpetuo uicario de Cockeswelle totam terram meam cum domibus superexistentibus & edificiis & omnibus pert. suis quam habui in parochia sancti Thome martiris in suburbio

[1] Seal, circular, $2\frac{1}{8}$ inches, a knight on a horse galloping to the right, sword in right hand ; inscription illegible.

Oxon', scilicet totam illam terram que iacet in latitudine inter terram Walteri le Tanur & castrum Oxon' & in longitudine a Tamisia usque ad stratam que ducit super fossam castri; tenendam & habendam de me & heredibus meis uel de meis assignatis sibi & heredibus suis uel cuicunque uel quibuscunque dare, legare, uendere uel assignare uoluerit, tam in infirmitate quam in sanitate, libere, quiete, integre, bene & pacifice, iure hereditario; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis duos solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis sex denarios [Dec. 21, Mar. 25, June 24]; et sanctimonialibus de Godestowe duos solidos per annum, [Mar. 25, Sept. 29] pro omni seruicio. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi dictus Thomas decem libras sterlingorum pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestune tunc maiore Oxon', Willelmo Ho, Iohanne Padi tunc balliuis Oxon', Rodlando clerico, Willelmo Whiting, Roberto Born, Willelmo carpentario, Willelmo Medward, Roberto de ponte, Thoma tinctore, Waltero le tannur, Hugone de burgo & multis aliis.

958.

[Thomas de Reading grants the land to Oseney.]

S. Thomas 5 (1) Mich. 1266–Mich. 1267

Sciant [&c.] quod ego Thomas de Rading' uicarius de Kockyswelle dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] & maxime in subministratione luminaris altaris beate uirginis Marie in ecclesia Oseneye, ubi festiue cantatur missa de beata uirgine, terram meam cum omnibus edificiis & pert. suis, que iacet inter portam aquilonarem Castri Oxon' & terram que fuit aliquando Walteri le Tannur in longitudine; et inter fossatum eiusdem Castri uersus orientem & filum Tamisie uersus occidentem in latitudine: habendam & tenendam dictis ecclesie & canonicis bene & in pace, libere & quiete in liberam, puram & perpetuam elemosinam in perpetuum; reddendo inde annuatim Philippo Burgeys & heredibus suis duos solidos sterlingorum ad quatuor communes anni terminos, et sanctimonialibus de Godestowe duos solidos per annum, scilicet ad festum beate uirginis Marie in Marcio XII d., [and Sept. 29]. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Iohanne de Colishulle, Philippo de O. prepositis,

Galfrido le mercer, Rogero le Sauser, Roberto de Ponte, Thoma Tigtore, Willelmo le Meder & aliis.[1]

959.

[Stephen de Hampton grants to Hugh Pistor land before the Castle gate.]

S. Thomas 4 c. 1210

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Stephanus de Hamptone dedi & concessi Hugoni pistori, pro homagio & seruicio suo, terram meam que est ante portam Castelli Oxon' proximam iuxta pontem a parte orientali, tenendam de me & heredibus meis sibi & heredibus suis hereditarie, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos solidos & sex denarios ad duos terminos, scilicet [xv d. at Easter and Sept. 29], saluo hospitio michi & heredibus meis, quando ibi uenerimus. In huius rei confirmationem dedit michi prefatus Hugo dimidiam marcam argenti. Et ut [&c. sealing]; hiis testibus, Willelmo Brieguerr', Radulfo filio Ricardi, Henrico de [Sic]ca uilla, Galfrido de Alba mara, Aelardo capellano, Henrico clerico, Thoma de Rocheforde, Willelmo de Roch[eforde], Willelmo Sine auerio, Laurencio Kepeharm, Ada Ruffo, Ricardo de Westwda.[2]

960.

[Oseney leases to William Newman a tenement near Quakingbridge.]

Ch. Ch. Oct. 25, 1447

Hec indentura facta inter religiosos viros Thomam abbatem monasterii beate Marie virginis Oseneye & eiusdem loci conuentum ex parte una & Willelmum Neweman & Iohannam uxorem eius, Iohannem, Willelmum, & Thomam filios eorundem & Isabellam filiam eorundem W. & I., uxorem Oliueri Hurry ex parte altera, testatur quod predicti abbas & conuentus tradiderunt & dimiserunt predictis W. & I. unum tenementum cum duobus gardinis eidem tenemento adiacentibus situatum ex opposito porte occidentalis Castri Oxon' iuxta pontem vocatum le Quakyngbrygge, quod quidem tenementum

[1] No. 5 (2) is the same charter, but reading 'Cockeswelle', and omitting the clause '& maxime . . . beata uirgine'; also the payment is 4*s.* to Philip Burgeys, instead of 2*s.* to him and 2*s.* to Godstow. The same witnesses, reading 'Tinctore'.

[2] Seal, pointed oval, 2 inches by $1\frac{3}{8}$ inches, a lion rampant. He was the lord of Hampton Poyle or, as it was then called, Hampton Stephen.

Ricardus Hone nuper tenuit, et habet in latitudine in anteriori parte a Thamisia usque ad angulum uersus fossatum Castri predicti quatuor perticas et a dicto angulo extendent' [*sic*] versus Brokenheyes quindecim perticas & in fine gardini in latitudine a dicto fossato castri usque Thamisiam, habendum & tenendum prefatis W. & I. ad terminum vite eorum et alterius eorum diucius viuentis; reddendo inde annuatim prefatis abbati & conuentui sexdecim solidos ad quatuor anni terminos. [After the death of W. & I., the tenement is to be held in turn by their children John, William, Thomas and Isabel, each holding it for life, on the same terms. The owners may distrain for the rent.] Et predicti W., I., I., W., T. & I. totum frontem versus Castrum de competenti meremio quercino infra terminum septem annorum proximo sequencium de nouo edificabunt, ac predictum tenementum una cum clausura gardinorum & omnes domos edificatas seu edificandas reparabunt & sustentabunt sumptibus suis propriis. [The abbey gives leave to sublet.] Dat' in domo nostra capitulari Osen', die beatorum martirum Crispini & Crispiniani anno r.r. Hen. VI vicesimo sexto.

961.

[Oseney agrees to build a brewhouse for William Newman.]

Hec[1] indentura facta inter religiosos viros Thomam abbatem monasterii beate Marie virginis de Oseneye et eiusdem loci conuentum ex parte una & Willelmum Newman & Iohannam uxorem eius ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus de nouo facient & edificabunt unam brasinam in parte boriali versus gardinum infra tenementum quod prefati W. & I. tenent per indenturas de predictis abbate & conuentu ex opposito porte occidentalis Castri Oxon'; que quidem brasina erit in longitudine sexaginta sex pedum & in latitudine octodecim pedum; in qua quidem brasina facient unum solarium longitudinis xxx pedum vel amplius & cooperient cum tegulis vel tylys; ad quod vero edificium prefati W. & I. inuenient omnes tabulas siue asseros pro floryng, ostiis & fenestris, et soluent pro stipendio carpentarii xx solidos, & eciam latamo xx solidos; habendam & tenendam predictam brasinam prefato W. & I. ad terminum vite & eorum alteri diucius viuenti; reddendo inde annuatim predictis

Ch. Ch. May 12, 1452

[1] Endorsed by Wood, 'concerning the brewhouse where Hopkins now liveth between Quaking bridge and the gate of the castle'.

abbati & conuentui XXIV solidos ad duos anni terminos, primo termino solucionis incipiente ad festum Annunciacionis beate Marie proximo futurum post datam presencium. Et predictus W. & I. in dicta brasina citra festum Pasche proximo futurum ordinabunt & reponent suis propriis sumptibus et expensis duo magna vasa plumbea & unum growtlede, duos magnos vates, & unum chykefatte, XXVI keuers vel plures, si necesse fuerit, cum XVI covelys & tubbys, paylys & omnibus aliis vasis & utensilibus necessariis, quot sufficere possint & valeant ad sexdecim quarteria brasii brasianda; et dicta vasa omnia & singula bene reparabunt per totum tempus supradictum, & in fine termini eorundem predicta vasa cum uno horsmylle & toto apparatu eiusdem in predicta basina dimittent ad usum & proficuum predictorum abbatis & conuentus. [The tenants are to repair the brewery, when necessary.] Volunt insuper & concedunt predicti abbas & conuentus prefato W. & I., quod post decessum eorundem quilibet filiorum & filia eorundem W. & I., qui vel que occupabit & inhabitabit dictum tenementum iuxta tenorem indenturarum inter predictos abbatem & conuentum W., I., I., W., T., & I. [as in the previous deed] factarum, cuius data est [&c. as in the previous deed], quod possint habere dictam brasinam successive sibi vel assignatis suis durante vita eorundem, & quod sint immunes a decimis personalibus; ita tamen quod annuatim reddant & bene soluant prefatis abbati & conuentui redditum supradictum XXIV solidorum, et quod soluant decimas gardinorum & alteragium iuxta morem parochianorum in parochia sancti Thome martiris, & quod omnia vasa plumbea & lignea & alia utensilia & necessaria cum le horsmylle & toto apparatu in predicta brasina bene reparata in fine termini dimittant ad usum & proficuum predictorum abbatis & conuentus in predicta brasina perpetuo remansura. [The owners may distrain for rent, and seize the tenement for breach of conditions. If the conditions are observed, then the abbot grants that the bond of 40 marks by 'scriptum obligatorium' granted by William Newman shall be of no force]. In cuius [&c. sealing]. Dat' quoad sigillacionem predicti abbatis & conuentus in domo eorum capitulari Oseneye undecimo die mensis Maii, & quoad sigillacionem prefatorum W. & I. duodecimo die eiusdem mensis anno r.r. Hen. VI. tricesimo, & anno domini M CCCC quinquagesimo secundo.



THE TENEMENTS OF OSENEY
in the parish of St. Thomas

Leases.

'This is a brewhouse, malthouse and all outhouses and offices necessary to them with a large garden ground and orchard, and is bounded by the ground before the Castle gate S., Wareham water W., the way leading from the Castle to Brokenhayes E., a tenement occupied by Titmarsh tanner N.' **Dean's Book**

Nov. 10, 30 Hen. VIII; leased to John Howell, freemason, together with land near Hythe bridge, and Edgecombe acres; 80 years.

Apr. 10, 13 Eliz.; William Tilcocke assigns the lease to John Hill, brewer.

Aug. 3, 39 Eliz.; a lease to Alexander Hill of a corner tenement late in the tenure of John Howell; 40 years; rent 26*s.* 8*d.* **III. 1**

Dec. 22, 1618; his lease is renewed; rent 26*s.* 8*d.* and two capons or 3*s.* 4*d.* **453**

Dec. 23, 1639; a lease to John Mills, M.A., one of the students of Christ Church; 40 years; same rent. **IV. 83**

Aug. 23, 1652; a lease to Edward Stampe of Headington and Mary his wife; 40 years; same rent. **305**

Jan. 24, 166$\frac{4}{5}$; a lease to John Hopkins of the University of Oxford, gent.; 40 years; same rent; fine £18. **V. 206**

Dec. 23, 1679; a lease to John Bishop, brewer; same rent; fine £23. **VI. 111**

Oct. 1, 1694; his lease is renewed; rent 26*s.* 8*d.* and two capons or 5*s.*; fine £23. **VIII. 165**

Feb. 2, 1708; a lease to John Bishop, gent., devisee of the late John Bishop, gent.; same rent; fine £23. **XI. 33**

Dec. 3, 1722; his lease is renewed; fine £23. **XII. 186**

Feb. 14, 1758; a lease to Christopher Trewitt of Barras Hodges, Surrey, gent., 40 years; same rent; fine £105 after 35 years. **XVII. 52**

June 4, 1760; Christopher Trewitt for £231 assigns the lease to Edward Tawney. **XIX. 136**

Dec. 14, 1771; a lease to Edward Tawney, malster; same rent; fine £23.

July 12, 1773; the College under the Mileways Act sells the premises to Edward Tawney for £70; but the quitrent is retained. **XX. 13**

9. The North Part of Warham Bank.

In medieval Latin *wara* means a bank or defence; and the west side of the river from the Castle Mill to Hithebridge, which is a raised bank, although the fact is now concealed by houses, was known as *wara*; subsequently it was called Warham Bank or Fishers' Row. By Charter no. 1 Robert Doily gave to Oseney all that he had in the *wara*, but we do not know how much this was; probably it was some quitrents, especially on the southern part of Warham Bank. In process of time the abbey obtained the freehold of many of the houses, but in some cases we have no record to show how they were acquired.

From the sluice to Quaking Bridge there were eight tenements. The first two at the north end were owned by Oseney by 1240–9, when they were granted to Hugh de Scipford at a fixed rent; subsequently the abbey recovered the freehold, but we do not know how, probably it was for non-payment of the rent. Of the third tenement we only have one deed showing that it belonged to Richard, son of Walter, about 1260; by 1280 the abbey owned the freehold, but again we do not know how. The fourth tenement was given to Oseney by Alice Viel in 1236. The fifth tenement belonged to the abbey in 1278, when it was granted to Roger de Sauntford, but at a subsequent date it was recovered. The sixth tenement, which in the rental of 1280 pays a quitrent of 4*s*., was given to Oseney in 1296. There is no record how the seventh tenement, which also paid 4*s*. in 1280, was acquired, but we have several deeds (nos. 969–78) about the eighth, which was bounded by the road on the south. It was not acquired until 1469, and only appears in the rental of 1498.

It must be noticed that the property of Oseney did not extend northward beyond the sluice. When Christ Church was founded it obtained that part of Warham Bank which belonged to Rewley, and subsequently, as the leases show, many cottages were built as far as Hythe Bridge.

962.

[The abbot of Oseney grants to Hugh de Scipford a double tenement.]

B. 200r
1240–9

Sciant [&c.] quod ego Iohannes abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus dedimus & concessimus & presenti carta confirmauimus pro nobis & successoribus nostris Hugoni de Scipford molendinario pro homagio & seruicio suo illud mesuagium angulare cum pertinenciis quod Sim[on]maneis & Willelmus Longus tenuerunt in parrochia sancti Thome martiris iuxta castellum Oxonie & extenditur [in] latitudine usque ad domum quam Piggesfot tenuit & in longitu-

dine usque ad aquam ex parte occidentali saluo introitu & exitu inhabitancium in tribus coteriis, que sunt in uico qui ducit ad castellum, ad predictam aquam ; habendum & tenendum sibi & heredibus suis uel cuicumque dare, uendere uel legare uoluerit exceptis uiris religiosis bene & in pace, libere & quiete in perpetuum, reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris octo solidos pro omni seruicio & demanda, scilicet [II s. Dec. 25, Mar. 25, June 24, Sept. 29]. Nos uero [&c. warranty]. Et in huius [&c. sealing]. Dat' ad festum sancti Thome martiris apostoli anno gracie M CC [ ].

963.

[Helyas Lingedraper grants to Richard, son of Walter the miller, a tenement on Warham Bank.]

Sciant [&c.] quod ego Helyas Lingedraper de Northoseneia concensu & assensu uxoris mee Alicie dedi [&c.] Ricardo filio Walteri Molendinarii de ponte orientali totam illam terram cum pert. suis sine aliquo retenemento super la Ware Castri Oxonie in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris, que quondam fuit Matilldis Pigesfot, uidelicet illam terram que est inter terras abbatis de Oseneia ; tenendam & habendam de me & heredibus meis sibi & heredibus suis vel suis assignatis ita libere, quiete, pacifice & integre, sicut tenui de capitali domino meo ; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ille & heredes sui vel sui assignati dimidiam marcam argenti ad quatuor anni terminos [viz. XX d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21]. Pro hac autem donatione & concessione dedit michi predictus Ricardus pre manibus in gersuma duos solidos sterlingorum. Et ego [warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus W[illelmo Wit]ing, I[ohanne de Eynesh]am, Iohanne de la Steppe, Amisio Lingedraper, Hugone piscatore, Roberto filio Ankitil, Iohanne [ ], Roberto [ad ca]pud pontis, Roberto But, Waltero Caret', Nicholao Scriptore & multis aliis.

S. Thomas 42 c. 1250–60

964.

[John Kepeharm and Ralf his nephew grant to Viel, fuller, land on Warham Bank.]

Sciant omnes presentes & futuri quod ego Iohannes Kepeherm per uoluntatem & concessum Radulfi Kepeherm nepotis mei con-

S. Thomas 36 c. 1200

cessi & donaui & presenti carta confirmaui Uieli Fulloni totam terram super waram que est inter terram quam Willelmus de Eliforde tenet & terram quam Gerardus frater Wigeri tenet super eandem waram, illi & heredibus suis tenendam de me & heredibus meis firmiter & stabiliter in latum & in longum & in profundum usque ad aquam libere & quiete, plenarie & integre, in feodo & hereditate: reddendo singulis annis quatuor solidos & quatuor denarios in quatuor terminis anni pro omni seruicio, [viz. XIII d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 21]. Et pro concessione mea & donatione tocius predicti tenementi prenominatus Uiel dedit michi quinque solidos de gersuma. Et ut totum prediuisum tenementum de me & heredibus meis predicto Uieli & heredibus suis perpetuo firmum & ratum permaneat, etiam sigilli mei attestacione corroboraui & Radulfus nepos meus similiter appositione sigilli sui confirmauit, & pro confirmatione sua Uiel dedit Radulfo nepoti meo quatuor denarios. Hiis testibus, Willelmo filio Radulfi, Willelmo filio Eilnad, Thoma filio Eilrici, Benedicto Kepeherm, Willelmo Hosario de Osen[eya], Roberto Claudo de Haliw[elle], Iohanne filio Eilnad, Willelmo filio Godwini fabri, Willelmo de Eileforde, Roberto Fullone.[1]

965.

[Alice, widow of John Viel, delivers and quitclaims to Oseney a tenement on Warham Bank.]

S. Thomas 37 Prob. Mich. 1241–Mich. 1247

Sciant [&c.] quod ego Alicia relicta Iohannis Uiel de Oxon' in mea uiduitate existens dimisi & liberaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totum illud tenementum cum pert. iuxta terram que fuit Matildis Piggesfot a parte aquilonari super waram Tamisie; quod tenementum prefatus Iohannes uir meus & ego aliquando tenuimus de Iohanne Pady, & quicquid iuris habui uel habere potui in eodem tenemento sine ullo retinemento michi uel heredibus meis, quod tenementum tenui nomine dotis; et pro hac dimissione, liberacione & quietaclamacione dederunt michi predicti canonici quinque solidos pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Laurencio filio Widonis & Hugone le Fauf tunc prepositis, Philippo le Muner,

[1] With two seals, grey wax, varnished brown; that on the right is circular, $1\frac{1}{2}$ inches, a fleur-de-lis, SIGILL' RADVLFI FILII HVGON'; on the left, a pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a pike (fish) with a crescent underneath and a star above, SIGILLVM IOHANNIS KEPEHARM.

Pentecust', Ricardo Aurifabro, Iohanne de Kingest[one], Waltero de Oseneya, Iordano clerico & multis aliis.[1]

966.

[Oseney grants to Roger de Sauntford a tenement on Warham Bank in fee farm.]

Anno regni regis Edwardi filii regis Henrici sexto, in festo sancti Iohannis ante portam Latinam facta est hec conuencio inter fratrem Willelmum abbatem & conuentum Oseneye ex una parte & Rogerum de Sauntford & Margeriam uxorem eius ex altera, uidelicet quod idem abbas & conuentus tradiderunt & dimiserunt eisdem Rogero & Margerie uxori sue illud mesuagium cum pert. suis quod est situm super waram inter domum dicti abbatis & domum Iohannis Rolaund in parochia sancti Thome martiris Oxon'; tenendum & habendum dictis Rogero & Margerie & heredibus suis de corporibus eorundem exeuntibus ad feodifirmam; reddendo inde annuatim dictis abbati & conuentui quinque solidos sterlingorum ad quatuor terminos [viz. xv d. Sept. 29, Dec. 25, Easter and June 24] pro omnibus seruiciis & demandis. [The owners may distrain for the rent. The tenants are to keep the buildings in repair, and may not pledge or alienate them without leave]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Godestowe, Iohanne de Sibbeforde, Ricardo [ ], Galfrido carpentario & aliis. **S. Thomas 46 May 6, 1278**

967.

[Mathew, son of John Roland, grants a cellar and solar to Juliana his stepmother for her life.]

Nouerint uniuersi has litteras inspecturi quod ego Matheus filius Iohannis Rolaund concessi & liberaui Iuliane Tropenel uitrice[2] mee unum celarium cum solario supra in anteriori parte uersus Tamisiam, que sita sunt inter terram Ricardi le Lingedraper ex una parte & terram Rogeri de Sandford ex altera in parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxon'; habenda & tenenda dictum celarium cum dicto solario dicte Iuliane quamdiu uixerit, scilicet nomine dotis, libere, quiete, bene & in pace; reddendo inde annuatim michi **S. Thomas 39 Aug. 9 1285**

[1] Seal, pointed oval, $1\frac{1}{8}$ inches by $\frac{3}{4}$ inch, a fleur-de-lis, S. ALICIE VIEL.
[2] Stepmother.

dicto Matheo & heredibus meis uel meis assignatis duodecim denarios ad quatuor anni terminos principales & usuales, & monachis albis de Northoseneye quindecim denarios ad eosdem terminos pro omni seruitio seculari & demanda. Et post decessum dicte Iuliane, ego dictus Matheus uel heredes mei uel mei assignati dictum celarium cum dicto solario pacifice & sine omni contradiccione recipiemus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Wotesdone, Ricardo le Lingedraper, Rogero de Sandford, Thoma de Souekwrthe, Paulino de Criditone & aliis. Dat' apud Northoseney in uigilia beati Laurentii martiris, anno regni regis Edwardi undecimo.[1]

968.

[Juliana Tropinel and her husband quitclaim the messuage to Oseney.]

S. Thomas 40 Mar. 30, 1296

Sciant [&c.] quod ego Adam de Abyndone & Iuliana Tropinel uxor mea concessimus, remisimus & relaxauimus & omnino quietum clamauimus abbati Oseneye & eiusdem loci conuentui & eorum successoribus totum ius & clamium quod habuimus uel unquam aliquo modo habere potuimus racione dotis uel aliquo alio iure dicte Iuliane contingente in uno mesuagio cum pert. quod quondam fuit Iohannis Roulaund uiri dicte Iuliane, quod situm est in suburbio Oxon' in Northosen' inter mesuagium Ricardi le Clothmongere ex una parte & mesuagium Iohannis de Saunford ex altera ; habendum & tenendum dicto abbati Oseneye & eiusdem loci conuentui & eorum successoribus libere, quiete, bene & in pace ; ita uidelicet quod nos nec aliquis nomine nostro aliquod ius uel clamium in dicto mesuagio racione dotis uel aliquo alio iure clamare, exigere uel uendicare poterimus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Philippo de Ew tunc maiore Oxon', Thoma de Hencxeye, Radulfo de Stokes tunc balliuis eiusdem uille, Henrico Owayn, Henrico Gamage, Willelmo de Wodestone, Iohanne Culuerd, Willelmo le Deuonays taillur, Ricardo le Clothmongere, Iohanne de Saunforde, Nicholao Crabbe & aliis. Dat' die Veneris proxima post festum Annunciacionis beate Marie in Marcio, anno regni regis Edwardi filii regis Henrici uicesimo quarto.

[1] Seal, pointed oval, 1½ inches by 1 inch, a plant of some kind, S. MATHEI FL'I IOHIS ROLOND.

969.

[The executors of mag. Will. de Herdewyk sell a messuage to mag. William de Stafford.]

Sciant [&c.] quod nos Felicia de Herdewyk & Michael Pille executores testamenti magistri Willelmi de Herdewyk concessimus, vendidimus & liberauimus magistro Willelmo de Stafforde unum mesuagium cum suis pert. in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris, situatum inter tenementum quod Willelmus de Assheby tenet de abbate & conuentu de Oseneye ex parte boriali & vicum regium ex parte australi; quod quidem mesuagium predictus magister Willelmus de Herdewyk[1] nobis ut executoribus suis in testamento suo ac ultima voluntate sua legauit ad vendendum, ut in testamento suo predicto plenius continetur; habendum & tenendum predictum mesuagium cum omnibus suis pert. predicto magistro Willelmo de Stafforde & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo atte Hole, Willelmo Rocaill', Willelmo de Assheby, Willelmo de Fencote, Laurencio le Massun, & aliis. Datum apud Oxon' septimo decimo die Maii, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quarto decimo.

S. Thomas 15 May 17, 1340

970.

[John atte Mulle grants to Margery of Stanlake a messuage once of William de Stafford.]

Sciant [&c.] quod ego Iohannes atte Mulle de Burcestr' capellanus dedi [&c.] Margerie de Stanlak' de Oxon' unum mesuagium cum suis pert. in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris situatum inter tenementum quod Willelmus de Assheby tenet de abbate & conuentu de Oseneye ex parte boreali & vicum regium ex parte australi; quod quidem mesuagium habui ex dono & feoffamento Willelmi de Stafford' sirurgici; habendum & tenendum predictum mesuagium cum suis pert. predicte Margerie & heredibus suis ac suis assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius

S. Thomas 14 Oct. 20, 1348

[1] William de Herdewyk died in the autumn of 1334, and left this house to his wife with the condition that it should be sold for pious purposes after her death (*Book of Wills*, p. 18).

[&c. sealing], hiis testibus, Ricardo de Selewode tunc maiore ville Oxonie, Iohanne de Bedeforde & Roberto atte Fenne tunc balliuis, Iohanne de Bibury, Willelmo de Fencote, Willelmo Rokaille, Iohanne de Langrisshe clerico & aliis. Datum apud Oxon' die Lune prox. post festum sancti Luce euangeliste, anno r.r. Edwardi tercii post conquestum Anglie XXII°, regni vero Francie nono.

971.

[Geoffrey Norton and his wife grant a messuage to Thomas Somerset and John Shaw.]

S. Thomas 67 Mar. 17, 1378

Sciant [&c.] quod nos Galfridus Norton de Oxonia, piscenar[ius], & Katerina uxor eius dedimus [&c.] Thome Somerset & Iohanni Shawe de Oxon' unum mesuagium cum suis pert. in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris situatum inter tenementum quod Willelmus de Assheby quondam tenuit ex parte boreali & uicum regium ex parte australi; quod quidem mesuagium nuper habuimus ex dono & feoffamento Roberti de Whitele de Oxon' mercer, habendum & tenendum prefatis Thome & Iohanni & heredibus eorum ac eorum assignatis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & consueta imperpetuum. Et [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Gibbes tunc maiore ville Oxon', Willelmo de Codeshale, Willelmo le Northerne, Iohanne de Wyndesore, Ricardo le Mercer, aldermannis, Iohanne Norhamptone clerico & aliis. Dat' apud Oxon', die Mercurii in festo sancti Patricii, anno regni Anglie regis Ricardi secundi primo.

972.

[Robert Stawnton grants a messuage to feoffees.]

S. Thomas 47. 2 Nov. 10, 1455

Sciant [&c.] quod ego Robertus Stawntone filius & heres Andree Stawntone de parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxonie dedi [&c.] Iohanni Louelle, domino de Louelle & Actone Burnell, Luce Lancoke, Roberto Halle, Roberto Abdy, Willelmo Daefote & Waltero Pope clericis unum mesuagium cum omnibus suis pert. situatum in dicta parochia sancti Thome iuxta molendina Castri Oxonie inter tenementum abbatis & conuentus de Oseney ex parte

boriali & viam regiam que ducit versus capellam sancti Thome martiris in suburbio Oxonie ex parte australi, unde unum caput abuttat versus orientem super Thamisiam currentem ad predicta molendina et alterum caput super aliam aquam versus occidentem, vulgariter nuncupatam Milpounde, currentem versus austrum ; quod quidem mesuagium cum suis pert. nuper michi descendebat iure hereditario post decessum dicti Andree Stawntone patris mei, et quod eidem similiter descendebat iure hereditario post decessum Ricardi Stawntone & Agnetis uxoris sue, parentum eiusdem Andree, et quod prefate Agneti iure hereditario descendebat post decessum Galfridi Nortone et Katerine uxoris sue parentum dicte Agnetis ; habendum & tenendum prefatis I. L., L. L., R. H., R. A., W. & W., heredibus & assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Roberto atte Wode maiore ville Oxonie, Ricardo Spragat, Thoma Withig, Iohanne Clerke & Iohanne Swetlove aldermannis, Iohanne Boseworthe & Willelmo White balliuis dicte ville, Willelmo Dagvyle, Willelmo Newman, Thoma Tanfeld clerico & multis aliis. Dat' Oxonie decimo die mensis Nouembris anno regni regis Henrici VI tricesimo quarto.

973.

[William Dayfott quitclaims to Robert Halle a messuage on Warham Bank.]

S. Thomas 6 (1) Nov. 5, 1468

Omnibus [&c.] Willelmus Dayfott clericus salutem. Noueritis me remisisse, relaxasse & omnino pro me, heredibus et assignatis meis imperpetuum quietum clamasse Roberto Halle clerico, heredibus & assignatis suis totum ius meum et clameum, que unquam habui, habeo vel habere potero in toto illo mesuagio cum omnibus suis pert., situato in parochia sancti Thome martiris iuxta molendina Castri Oxon' inter tenementum abbatis & conuentus de Oseney ex parte boriali & viam regiam que ducit versus capellam sancti Thome martiris in suburbiis Oxon' ex parte australi ; unde unum caput abuttat versus orientem super Thamisiam currentem ad predicta molendina, et alterum caput super aliam aquam versus occidentem, vulgariter nuncupatam Milpounde, currentem versus austrum ; quod quidem mesuagium cum suis pert. ego predictus Willelmus simul cum dicto Roberto Halle & Roberto Abdy ac cum Iohanne Lovell,

domino de Lovell & Acton Burnelle, Luca Lancoke et Waltero Pope defunctis nuper coniunctim habui ex dono & feoffamento Roberti Stauntone filii & heredis Andree Staunton dyer : ita quod nec ego nec heredes mei [&c.]. In cuius [&c. sealing]. Dat' Oxonie quinto die mensis Novembris anno regni regis Edwardi quarti post conquestum octauo.

974.

[Robert Halle grants the tenement to Oseney.]

S. Thomas 6. 3 Nov. 4, 1469

Sciant [&c.] quod ego Robertus Halle de Oxonia clericus dedi [&c.] Iohanni Waltone abbati monasterii beate Marie de Oseney et eiusdem loci conuentui unum mesuagium cum omnibus suis pert. situatum in parochia sancti Thome [&c. as in no. 973] austrum ; quod quidem mesuagium cum suis pert. ego predictus Robertus simul cum Iohanne Louell, domino de Louell & Acton Burnelle, Luca Lancok & Waltero Pope defunctis, ac Roberto Abdy & Willelmo Dayfote clericis, qui totum ius suum & clameum michi relaxauerunt, nuper coniunctim habuimus ex dono & feoffamento Roberti Stauntone, filii & heredis Andree Stauntone dyer ; habendum & tenendum cum omnibus suis pert. prefatis abbati & conuentui et eorum successoribus in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Dobbes, maiore Oxonie, Ricardo Spragot, Iohanne Clerk, Willelmo Dagvile & Iohanne Seman aldermannis, Stephano Havile, Iohanne Adkyn ballivis, Thoma Tanfeld clerico ville Oxonie, Roberto Stubbe & Ricardo Hethe, Iohanne Nicholl et multis aliis. Dat' Oxonie quarto die mensis Nouembris anno regni regis Edwardi IV nono.

975.

[Robert Halle and William Dayfote grant the tenement.]

S. Thomas 47. 1 Nov. 4, 1469

Sciant [&c.] quod nos Robertus Halle et Willelmus Dayfote de Oxonia clerici dedimus [&c.] Iohanni Walton abbati monasterii beate Marie de Oseney [&c. as in the last deed, with the same witnesses and the same date].

976.

[Richard Hethe quitclaims the tenement to Robert Halle.]

S. Thomas 6. 2 Dec. 1, 1469

Omnibus [&c.] Ricardus Hethe de Oxonia salutem. Noueritis

me prefatum Ricardum remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse Roberto Halle clerico [&c. as in no. 973] austrum; ita quod nec ego nec heredes mei [&c.]. In cuius [&c. sealing]. Dat' Oxonie primo die mensis Decembris anno regni regis Edwardi IV nono.

977.

S. Thomas 6. 4 Jan. 18, 1472

[A repetition of no. 974 but without the witnesses and with another date.]

978.

[William Lindsay quitclaims to Oseney a tenement on Warham Bank.]

S. Thomas 49 May 30, 1472

Omnibus [&c.] Willelmus Lindesay de Oxon' clericus salutem. Noueritis me remisisse, relaxasse & omnino pro me & heredibus meis quietum clamasse Iohanni abbati monasterii beate Marie virginis de Oseneya, et eiusdem loci conuentui, totum ius meum & clameum, que habui, habeo seu quouismodo in futurum habere potero de et in uno mesuagio cum uno cotagio huic annexo [1] in suburbio ville Oxonie situato super waram molendinorum Castri Oxon' in parochia sancti Thome martiris, in quorum quidem mesuagii & cotagii predicti abbas & conuentus plena possessione iam existunt. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Spragott, aldermanno ville Oxon', Ricardo Broke clerico, Petro Marmeon armigero, Thoma Tanfeld, Ricardo Hewes, Ricardo Hethe, Iohanne Nicholle & aliis. Dat' apud Oxon', penultimo die Maii anno r.r. Edwardi IV undecimo.

10. Bookbinder's.

The rent collector, having passed down the northern part of Fisher Row, turned west, and collected from the tenement on the further side of the back stream, which was bounded by streams N., E., and W., and by the road on the south. It appears first in the rentals of the fourteenth century; it is not known how it was acquired and why it was called Bookbinders', but the two bridges on either side were called Great Bookbinder's bridge and Little Bookbinder's bridge by the year 1376 (see no. 1071). In recent times Christ Church has leased the property on favourable terms to the churchwardens, and it is now the Church House.

[1] It is not certain to which house this deed refers.

979.

[Oseney grants to Peter Brember a lease of Bookbynder's tenement.]

Ch. Ch. Sept. 21, 1420

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum Osen' ex parte una & Petrum Brember, Matildem uxorem eius & Marcellum cognatum eiusdem Petri ex altera parte testatur quod predictus abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis Petro, Matildi & Marcello unum tenementum vocatum Bokebynders in parochia sancti Thome martiris iuxta Oxoniam; habendum & tenendum predictis P., M. & M. & uni eorum diucius viuenti ad terminum vite eorum; reddendo inde annuatim predictis abbati & conuentui XXVI s. VIII d. ad quatuor anni terminos Oxonie usuales [viz. Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24]. Et predicti P., M. & M. in omnibus sustentabunt unam domum de nouo ibidem edificatam per predictum Petrum, Matildem & Marcellum in longitudine habentem XX pedes & in latitudine XII pedes; ac eciam sustentabunt omnes clausuras dicto tenemento adiacentes tam in muris quam in sepibus cum necesse fuerit. Preterea dicti abbas & conuentus omnes alias domus predicti tenementi, quociens necesse fuerit, emendabunt & sustentabunt sumptibus eorum propriis & expensis. [The owners may distrain for the rent.] Dat' in domo nostra capitulari Oseneye, die beati Mathei apostoli anno regni regis Henrici quinti post conquestum octauo.

980.

Ch. Ch. May 10, 1423

A similar indenture with Peter Brember, Matilda his wife, and 'Robertum atte Wode cognatum eiusdem Petri': they are to keep in repair 'duas domos cum molendino equino per predictos Petrum & Matildem de nouo ibidem edificatas'. Otherwise the words are identical with the previous deed. 'Dat' in domo nostra capitulari Oseneye in festo sanctorum Gordiani & Epimachi, anno regni regis Henrici sexti post conquestum secundo.

981.

[Oseney grants a lease of Bookbinder's to Robert Attewode.]

Ch. Ch. Sept. 21, 1436

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum

de Osen' ex parte una et Robertum Attewode & Iohannam uxorem eius & Willelmum filium, Iulianam & Aliciam filias eorundem Roberti & Iohanne ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis R., I., W., I. & A. unum tenementum cum pert. vocatum Bokebynders in parochia sancti Thome martiris iuxta Oxon'; habendum & tenendum predictis Roberto & Iohanne, et (post decessum eorundem Roberti & Iohanne) Willelmo, Iuliane, Alicie & eorum cuilibet diucius viuenti ad terminum nonaginta & octo annorum; reddendo inde annuatim durante toto termino supradicto predictis abbati & conuentui XXVI s. VIII d. ad quatuor anni terminos [Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24]. Et predicti R., I., W., I. & A. in omnibus sustentabunt, reparabunt et emendabunt, quociens opus fuerit, tres domos de nouo ibidem edificatas cum molendino equino, unde una domus est tegulata et est inter duos caminos; ac eciam sustentabunt omnes clausuras dicto tenemento adiacentes tam in muris quam in sepibus, cum necesse fuerit. Preterea dicti abbas & conuentus omnes alias domos predicti tenementi quociens necesse fuerit emendabunt sumptibus eorum propriis & expensis. [The owners may distrain for the rent]. Dat' in domo nostra capitulari Oseneye die beati Mathei apostoli anno regni regis Henrici sexti post conquestum quintodecimo.

982.

[Oseney leases to Robert Stubber a tenement between the two bridges.]

S. Thomas 53 Jan. 12, 1462

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii beate Marie virginis Oseneye ex parte una & Robertum Stubber, Margaretam uxorem eius & Agnetem filiam eorundem R. & M. ex parte altera testatur, quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt sub forma & condicionibus subscriptis prefatis R., M. & A. unum mesuagium in parochia sancti Thome martiris ex opposito tenementi in quo modo inhabitat Willelmus Sprygge[1] inter duos pontes, habendum & tenendum prefatis R., M. & A. et eorum cuilibet diucius uiuenti usque ad terminum octoginta annorum; reddendo inde annuatim prefatis

[1] He is not mentioned in the rentals. Perhaps he occupied the eighth tenement in North Warham Bank, which was not acquired by Oseney until 1469.

abbati & conuentui tresdecim solidos & quatuor denarios ad quatuor anni terminos. Et predicti R., M. & A. prefatum mesuagium reparabunt & sustentabunt, quociens necesse fuerit, ut in coopertura, preter stabulum, quod predicti R., M. & A. totaliter supportabunt, ac eciam gardinum ut in muris & sepibus & pylyng; & sic bene reparatum in fine termini sui dimittent. [The owners may distrain for the rent, and seize the premises for breach of these conditions.] Uolunt etiam & concedunt predicti abbas & conuentus quod predicti R., M. & A. & executores eorum & assignati habeant liberum ingressum & egressum ad extrahendum & asportandum omnia vasa sua in predicto mesuagio posita & dimissa, similiter pontem ligneum, quem posuerunt supra aquam, quociens & quando voluerint: ita tamen quod si per huiusmodi extraccionem vel asportacionem aliquod detrimentum siue fractura in predicto mesuagio siue in muris contigerit per eosdem fieri, propriis custibus & expensis eorundem Roberti, M. & A. siue executorum eorundem debet iterum refici & reparari. In cuius [&c. sealing]. Dat' in domo nostra capitulari duodecimo die mensis Januarii, anno regni regis Edwardi IV primo.[1]

11. The Southern Part of Fisher Row.

The next nine deeds are about the southern part of Fisher Row. At an early time Oseney acquired part of it, perhaps the whole of it, from Edmundus Medicus, but soon granted it away, and when the rentals begin the abbey had quitrents but no freehold. The first tenement never reverted to Oseney, but paid at the end a quitrent of 4*s.* 8*d.*; it became finally the property of John Howell, and was given by him in 1559 to the Trinity almsmen (*Oxford City Properties*, p. 194). The next tenement was acquired by Oseney in 1433 (see no. 1061). The tenement next to it was acquired in 1431 from Robert Skeyrne, the son-in-law of Alice Perrers. The last and southernmost tenement paid a quitrent of 3*s.*

983.

S. Thomas 38
B. 166
Mich. 1182–Dec. 1184

[Edmund, the physician, sells land to Oseney.]

Hec est finalis conuentio inter Eadwardum Abbatem & Canonicos de Oseneia ibidem deo & sancte Marie seruientes & Eadmundum medicum filium Willelmi, scilicet quod Eadmundus clamat quietum

[1] Endorsed *pro le dyinghows*. The rentals show that this was part of the site of Bookbinder's.

totum ius & totum illud tenementum quod tenuit de predictis Canonicis inter duos pontes[1] iuxta castellum de Oxenefordia. Pro hac concessione dederunt predicti Canonici predicto Eadmundo VII marcas argenti. Et Eadmundus affidauit pro se & heredibus suis, quod nunquam de tenemento illo aliquid clamabunt. Hec conuentio facta est coram Roberto de Witefeld, tunc uicecomite Oxenefordie, & coram Henrico filio Segrim & Willelmo Wacheman tunc prepositis ciuitatis Oxenefordie, & coram ciuibus Oxenefordie, scilicet Iohanne Cepeharm, Willelmo filio Sueting, Thoma filio Eilrici, Hugone Cepeharm, & coram toto porimot[2] qui tunc ibi aderat.[3]

984.

[A grant of three houses to Walter, the jailor, and Alice his wife.]

Contra Walterum Caiholarium & A. uxorem eius. **B. 180r 1184–1205**

Sciant [&c.] quod ego H. abbas Oseneie & conuentus eiusdem loci concessimus [&c.] Waltero Carcerario & Aalicie uxori eius & heredibus eorum tria masuagia de terra illa, quam emimus ab Edmundo medico, inter duos pontes, uidelicet illa tria que propinquiora sunt ecclesie sancti Georgii; tenenda de nobis libere & quiete per VI solidos annuatim apud Osen' soluendos ad quatuor terminos scilicet [XVIII d. Mar. 25, June 24, Sept. 29, Dec. 25]. Inde fecerunt nobis fidelitatem & in recognitione dedit nobis II solidos. Hiis testibus.

985.

[A grant of land to Lucas de Wurth.]

Sciant [&c.] quod ego Hugo abbas Oseneie & conuentus eiusdem loci concessimus [&c.] Luce de Wurda & heredibus eius totam terram[4] quam Lewinus Buf de nobis tenuit [que est] inter duos **B. 180r 1184–1205**

[1] i. e. between Quaking Bridge on the north and Castle Bridge on the south.

[2] portimot, B.

[3] There is CYROGRAPHVM at the head of the deed, cut through with a straight cut. The date is before December 1184, when abbot Edward died. Robert de Witefeld became sheriff at Easter 1182, but for the year ending Michaelmas 1182 Henry son of Segrim was not *prepositus*; see above p. 5. For some guesses about this Edmund see *Cartulary of Eynsham*, ii. 272.

[4] This land was returned to Oseney by Lucas de Wurth by no. 181.

pontes propinquiores Castello de Oxen' ; tenendam in feodo & hereditate libere & quiete per XXXII denarios annuatim apud Osen' soluendos, uidelicet medietatem ad festum sancti Michaelis & medietatem ad Pascha. Inde iurauit idem L. fidelitatem se nobis seruaturum, & in recognitione dedit nobis quatuor sextaria uini. Hiis testibus.

986.

[Grant of a messuage to Philip the Miller.]

B. 180r c. 1200–1205

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo abbas Oseneie & conuentus eiusdem loci concessimus & presenti carta confirmauimus Philippo filio [Roberti] molendinarii & heredibus eius masu[agium] quod Robertus pater eius de nobis tenuit super a[qu]am molendinorum iuxta castellum de Oxenef', tenendum in feodo & hereditate per duos solidos annuatim apud Oseneiam soluendos, libere & quiete pro omni seruicio, scilicet medietatem ad festum sancti Michaelis & aliam medietatem ad festum sancte Marie in Marcio. Inde fecit nobis fidelitatem & in recognitione dedit nobis unam marcham argenti. Hiis testibus, Ernaldo presbitero de Bracchel', Warino presbitero sancti Georgii, Iohanne clerico, Symone clerico nostro, Willelmo Speciario, Waltero Carcerario, Roberto Coco, Adam Portario.

987.

[William, son of Helias, sells a rent of 12 d. from two houses.]

S. Thomas 41 B. 110 Mich. 1249–Mich. 1250

Sciant [&c.] quod ego Willelmus filius Helie de Oxon' piscator dedi & concessi, liberaui & presenti carta confirmaui pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] annuum redditum duodecim denariorum percipiendum ad festum sancti Michaelis & ad festum sancte Marie in Marcio, scilicet sex denarios ad unum terminum & sex denarios ad alium terminum quod percipere solebam de duabus domibus que sunt ad occidentem ex opposito molendini aquarii pertinentis ad Castrum Oxonie, & sunt proximiores iuxta pontem australem qui ducit ad fratres Minores et quicquid in eodem redditu & in omnibus suis pertinenciis habui uel habere potui sine ullo retinemento michi & heredibus meis in perpetuum ; tenendum & habendum dictis ecclesie & Canonicis bene &

in pace & integre in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac donacione [&c.] dederunt michi dicti Canonici octo solidos in gersumam. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma sub muro tunc maiore Oxonie, Hugone le Cordiwaner & Alfredo le Specer tunc prepositis Oxon', Ada Feteplace, Waltero Aurifabro, Amis Lingedraper, Roberto ad pontem, Waltero de Oseneya & multis aliis.[1]

988.

[Oseney grants to Robert Tretherf a garden by Bookbinder's bridge.]

S. Thomas 9 Apr. 23, 1436

Sciant [&c.] quod nos Thomas Abbas ecclesie sancte Marie de Oseneye & eiusdem loci conuentus unanimi consensu & assensu dedimus [&c.] Roberto Tretherf & Agneti uxori eius unum gardinum[2] vocatum ab antiquo mansura sexta[3] supra waram versus austrum situatum in parochia sancti Thome martiris inter mesuagium predicti Roberti quod de nobis tenet per redditum & seruicium trium solidorum per annum ex parte orientali & aquam currentem per pontem vocatum Bokebyndersbrygge ex parte occidentali; habendum & tenendum predictis Roberto & Agneti & heredibus dicti Roberti in perpetuum: reddendo inde nobis annuatim viginti denarios ad duos anni terminos [x d. Sept. 29 and Mar. 25]. [The owners may distrain for rent.] In cuius [&c. sealing]. Dat' in domo nostra capitulari Oseneye in festo sancti Georgii martiris, anno r.r. Hen. VI quarto decimo.

989.

[Oseney leases to Thomas Gardener a tenement on Warham Bank.]

S. Thomas 50 Jan. 4, 1439

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum beate Marie virginis Oseneye ex parte una & Thomam Gardener & Margaretam uxorem eius ex altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt & ad firmam dimiserunt predictis T. & M.

[1] Endorsed 'anno gracie MCC quadragesimo nono'.

[2] This garden was ultimately united with the holding on the east side, and the two together formed the site of Trinity House (see p. 394).

[3] It was the sixth tenement as the rent collector passed northward from Castle Bridge.

unum tenementum situatum in parochia sancti Thome martiris Oxonie supra waram molendinorum Castri inter tenementum Roberti Tretherf in quo Willelmus Fuller' habitat ex parte boreali & tenementum dictorum abbatis & conuentus iam de nouo edificatum ex parte australi; habendum & tenendum predictis T. & M. & eorum alteri diucius viuenti ad terminum vite eorum; reddendo inde annuatim predictis abbati et conuentui & eorum successoribus quatuor solidos ad quatuor anni terminos. [The owners may distrain for the rent.] Et predicti T. & M. citra festum Natalis domini de nouo edificabunt unam domum in gardino ibidem pro coquina in longitudine duodecim pedum de assisa & in latitudine sexdecim pedum ad quod dicti abbas & conuentus inuenient meremium pro rafters, syderesons et byndyngbemes, & omnia alia dicti Thomas et Margareta inuenient suis propriis sumptibus et expensis. [The tenants are to keep it in repair.] In cuius [&c. alternate sealing]; dat' in domo capitulari Oseneye in octauo die sanctorum Innocencium, anno r.r. Hen. VI septimo decimo.

990.

[Robert Skeyrne grants to Oseney two tenements once of Alice Perrers.]

S. Osen. 60 Jan. 1, 1431

Sciant [&c.] quod ego Robertus Skeyrne tradidi, dimisi [&c.] abbati & conuentui de Oseney & successoribus suis unum mesuagium cum pert. in parochia sancti Thome martiris extra portam occidentalem Oxon', situatum inter tenementum Iohannis Golafre ex parte australi & tenementum abbatis & conuentus de Loco Regali ex parte boreali & continet dictum mesuagium in fronte iuxta uiam quinquaginta & sex pedes de assisa. Concessi eciam ego prefatus Robertus, tradidi & dimisi prefatis abbati & conuentui & successoribus suis unum gardinum cum pert. suis in parochia sancte Marie uirginis Oxon', situatum inter tenementum predictorum abbatis & conuentus nuncupatum Leonhalle ex parte boreali & tenementum scolarium de Mertonhalle, vulgariter appellatum Wormenhalle ex parte australi, pro eo quod predicti abbas & conuentus receperunt me predictum Robertum in confratrem suum continuum, & concesserunt eciam quod tam ego quam Iohanna, que fuit filia & heres Alicie Perers, nuper uxor mea, essemus participes imperpetuum omnium & singulorum suffragiorum fratrum suorum in uita & in morte, uidelicet in missis, oracionibus, letaniis, ieiuniis, vigiliis, dissiplinis, elemosinis &

in hospitalitatibus ac eciam in omnibus aliis regularibus obseruanciis solempniter & priuatim custoditis; ac eciam annis singulis imperpetuum, videlicet duodecimo die Aprilis, cum dirige & missa, tam pro anima predicte Iohanne quam pro anima mei predicti Roberti post mortem meam, in dicta domo celebrabuntur sicut pro amicis & benefactoribus suis fieri consueuit, & quod singulis sextis fereis (*sic*) seculo durante Canonicus qui celebrabit ad altare sancte Crucis infra monasterium abbathie predicte collectam habebit specialem tam pro anima mei predicti Roberti, quam pro anima prefate Iohanne; habendum & tenendum predictum mesuagium cum pert. & dictum gardinum cum pert. prefatis abbati & conuentui & successoribus suis imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius pro seruicia inde debita & de iure consueta: de quo quidem mesuagio in parochia sancti Thome martiris situato predicti abbas & conuentus & predecessores sui fuerunt seisiti de duodecim denariis annuis redditus seruicii, ut de iure ecclesie sue prefate de Oseney a tempore quo memoria hominum non existit. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Thoma Couentre maiore ville Oxon', Willelmo Bramptone, Willelmo Offord, Iohanne Spycer, Michaele Norton & aliis. Dat' primo die Ianuarii anno regni regis Hen. VI^ti^ nono.[1]

991.

[Robert Skeyrne quitclaims the tenements.]

Omnibus [&c.] Robertus Skeyrne salutem. Cum Thomas abbas & conuentus de Osen' habeant & teneant unum mesuagium cum pert. in parochia sancti Thome martiris extra portam occidentalem Oxon' situatum inter tenementum Roberti Tredrif ex parte australi, nuper Iohannis Golafre, & tenementum abbatis & conuentus de Loco Regali ex parte boreali; ac eciam unum gardinum cum pert. **S. Osen. 60. 2 Nov. 10, 1433**

[1] Attached is an indented deed of the same date and in the same words except that for 'habendum . . . imperpetuum' it is 'habendum . . . a die confeccionis presencium usque ad finem termini nonaginta & septem annorum; reddendo inde annuatim michi predicto Roberto dum vixero unum par cirotecarum in festo Natalis Domini, de quo quidem [&c. as above . . .] existit, & post lapsum termini supradicti eisdem duodecim denariis annui redditus prefatis religiosis viris abbati & conuentui & successoribus suis permanentibus, ut prius, imperpetuum in quorumcunque manibus predictum mesuagium deuenerit: prouiso semper quod predictus Robertus Skeyrne nec heredes sui non teneantur ad acquietandum, defendendum, seu warantizandum prefatum abbatem seu successores suos uersus aliquem de reparacionibus predictorum cum pert.'

in parochia sancte Marie uirginis Oxon', situatum inter tenementum predictorum abbatis & conuentus de Osen', nuncupatum Leonhalle, ex parte boreali, & tenementum scolarium de Merton-halle, uulgariter appellatum Wormehalle ex parte australi ad terminum LXXXXVII annorum ex dimissione mei prefati Roberti Skeyrne, prout patet per quandam indenturam eis inde factam, cuius dat' est primo die mensis Ianuarii anno Hen. VI^ti nono; noueritis me remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse prefatis abbati & ecclesie totum ius & clameum, quod habeo, habui uel quouismodo in futurum habere potero in mesuagio ac gardino predictis cum eorum pert. [&c.]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Thoma Chaucer armigero, Iohanne Cottusmore, Ricardo Quaturmayn, Iohanne Langstone, Petro Feteplace, & multis aliis. Dat' decimo die Nouembris anno regni regis Henrici sexti post conquestum duodecimo.

12. About the Bridges.

An inquisition which states that both Castle Bridge and Quaking Bridge ought to be repaired by the king.

992.

Breve regis de ponte ultra Tamisiam iuxta Castrum.

B. 26 Mar. 1257 H. dei gracia &c. N. de Hanred vicecomiti Oxonie &c. Quia pons ultra Tamisiam iuxta Castrum Oxonie per quem ab australi parte Oxonie ad domos nostras eiusdem uille transire consueuimus fractus est ita quod nullus eques aut pedes per pontem illum diuertere potest & quidam de partibus adiacentibus pontem illum reparare tenentur, ut accepimus, tibi firmiter precipimus quod per sacramentum proborum & legalium hominum per quos rei ueritas melius sciri poterit diligenter inquiras qui pontem predictum reparare tenentur, et omnes illos quos per inquisitionem illam inueneris ad hoc teneri distringas ad pontem illum reparandum, & hoc non omittas. Teste me ipso apud Sanctum Albanum [ ] Marcii anno regni nostri XL primo.

Inquisitio facta de eodem.

May 3, 1257 Inquisitio facta per subscriptos iur[atores uide]licet Iohannem de Scaccario, Th[omam Basset],[1] Oliuerum de Haseley, Radulfum de

[1] From Twyne (xxii. 290), who adds, 'Similis inquisitio illic sequitur de reparatione pontis occidentalis a Castro & quod dominus rex illum quoque pontem reparare consuevit'; the foot of the page of B. has been burnt, but there can have been room for nothing more than a summary of the inquisition.

[Uernun],[1] Hugonem molendinarium, Radulfum molendinarium, Alanum de Toresmere, Robertum ad Pa[rcum], Robertum de Wutton, Fray Punchard, [ ] filium Petri, Petrum Punchard, qui pontem ultra Tamisiam iuxta Castrum Oxonie per quem dominus rex ab australi parte Oxonie uersus domos suas eiusdem uille transire consueuit, reparare tenetur; qui dicunt super sacramentum suum quod dominus rex [dictum pontem][1] reparare tenetur [ ]. Hec inquisitio [facta est in comitatu][2] Oxonie proximo p[ost Pasca] quinto No[nas Maii in festo] inuencionis sancte [crucis].

13. The Friars of the Sack.

The difficulty about the following deed is that the site held by the Friars of the Sack was in the parish of St. Budoc, of which Oseney held neither the patronage nor the tithes. The following solution is suggested. The site extended from the land of the Greyfriars on the east to the Thames on the west. Now on the north side of the road between West Gate and Castle Bridge the eastern part of the land is in the parish of St. Peter (once St. Budoc) and the western part in the parish of St. Thomas. If this boundary line was continued south-west, the western part of the land of the Friars would have been in the parish of St. Thomas. It is possible that the first intention of the Friars was to build a chapel on this land, but by May 1262 the king had given them leave to build in the parish of St. Budoc further to the east. After the dissolution of the monasteries the land was not assigned to the parish of St. Thomas; for two and a half centuries it had paid no tithe, and the original boundary of the parish had been lost. The parish of St. George and the parish of St. Thomas are the same.

993.

[Permission to the Friars of the Sack to erect a chapel in the parish of St. George.]

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Ricardus abbas de Osen' salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra nos una cum consensu & assensu totius nostri conuentus diuine pietatis intuitu & uenerande domine Ele comitisse de Warwik' precum interuentu concessisse, quietum clamasse & presenti carta confirmasse pro nobis & successoribus nostris fratribus de penitencia Ihesu Cristi & eorum successoribus totum ius nostrum & B 220v Mar. 25–Sept. 29, 1262

[1] See note on preceding page.

[2] This is a guess, but May 3 was a Thursday, and the county court of Oxfordshire was held every fourth Thursday.

clamium quod habuimus uel habere poterimus in illa area que dictis fratribus collata est in parochia ecclesie nostre sancti Georgii de Castello Oxon'; ita scilicet quod dicti fratres in dicta area possint cohabitare & ad diuina celebranda capellam construere, ac omnia alia ad ordinis eorum promocionem spectancia sine aliquo nostrum impedimento & successorum nostrorum uel alicuius ex parte nostra perficere. Sciendum tamen quod dictis fratribus non licebit aliquem parochianorum ipsius ecclesie parochialis sancti Georgii ad sacramenta ecclesiastica admittere, nec mulierem ad purificationem faciendam, nec aliquid aliud de iure spectans ad dictam ecclesiam parochialem; sed secularibus sibi famulantibus & secum commorantibus propter infirmitatis necessitatem sacramenta ecclesiastica possint impendere. Quod uero si fratres predicti contra omnia uel singula premissorum sine licencia nostra, quod absit, uenire presumpserint, per episcopum siue archidiaconum cum ab eis requisitum fuerit, teneantur emendare, salua ordinis sui disciplina. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillorum nostrorum impressionem apposuimus, scilicet anno gracie M CC LXII: hiis testibus, magistro Thoma de Cantilupo tunc cancellario Oxon', Andrea constabulario Castelli Oxonie tunc temporis, Nicholao de Kingestone tunc maiore, [Ada][1] Feteplace, Iohanne Pady Oxon' & multis aliis.

14. Hoser's Tenement.

From Warham Bank the rent collector passed westward along High Street, and crossing Bookbinders' bridge, he came to Hoser's tenement, which was bounded by the road on the north and branches of the river on the east, west, and south. In 1263, as the following record shows, the abbey granted half the holding in fee-farm, but it acquired the freehold once more, and in the rental of 1317 we see that it had become the two halls of St. George, with a considerable rent. Subsequently the value of the property decreased.

994.

[William Hoser grants three tenements to Oseney, one of which was in the parish of St. George.]

S. Thomas 61. 2 B. 99r c. 1210

Sciant [&c.] quod ego Willelmus Hosarius dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Osen' [&c.] illud tenementum meum in uico carnifi-

[1] Wood, *Antiquitates*, p. 111, shows that this word is right.

cum Oxon', quod scilicet Willelmus Wigge de me tenuit pro uiginti & quatuor solidis per annum in feodo & hereditate, salua tamen tenura ipsius Willelmi & heredum suorum qui tenebunt de ipsis sicut de me prius tenuerunt, & saluo redditu quinque solidorum annuatim soluendorum capitali domino; & aliud tenementum meum quod de eisdem Canonicis tenui in corueseria Oxon', & totum tenementum meum in parochia sancti Georgii de Oxon' cum molendino cheualeraz & cum omnibus aliis pertinentiis; omnia supradicta tenementa tenebunt & habebunt in perpetuum libere & quiete & integre cum omnibus pertinentiis suis in liberam & perpetuam elemosinam. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Henrico filio Simeonis, Philippo Molendinario, Roberto Oen, Iohanne Pady, Ricardo filio Henrici, Rogero filio Stephani, Henrico de Lisewis, Lamberto Alutario & multis aliis.[1]

995.

[Peter Faber acknowledges that his house belongs to Oseney.]

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Petrus filius Turberti fabri [eternam in domino] salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod dominus Iohannes abbas & conuentus Oseneye [. . . tradi]derunt michi & uxori mee Helene quandam domum[2] sua[m . .]am, que fuit Willelmi Hosarii in parochia sancti Thome M[artiris . . . tenen]dam omnibus diebus uite nostre. Et sciendum quod nos non [possu]mus aliq[uod ius uen]dicare in dicta dom[o neque] possessionem [ad dampnum] dictorum abbatis & conuentus; neque poterimus illam alii comodare uel [al]locare, siue tradere, sive aliquo alio modo alienare; nec aliquis alius nomine meo uel uxoris mee nec in uita nostra neque post decessum nostrum aliquid sibi iuris in possessione uel proprietate uendicare. Quod ut omnibus liqueat, ego Petrus filius Turberti presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle & Nicholao de Kingestune tunc prepositis, Petro filio Toraldi, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Pentecoste, Willelmo le Saus[er], Radulfo Plumm[er], Henrico Purcel, Petro de Sibbeford & aliis.

O. C. 532 Mich. 1245–Mich. 1246

[1] A circular seal, $1\frac{1}{4}$ inches in diameter, a pattern, S' WILLELMI HVSER DE OSNEI.

[2] No. 1078 suggests that the words might run 'domum suam tegulatam infra terram que fuit Willelmi', &c.

996.

[Oseney grants a messuage to Thomas de Northampton in fee-farm.]

S. Thomas 65 Mich. 1263–Mich. 1264

Hec est conuencio facta inter dominum Ricardum abbatem & conuentum de Osen' ex una parte & Thomam de Norhamptone tinctorem ex altera, uidelicet quod idem abbas & conuentus concesserunt, dimiserunt & tradiderunt eidem Thome illud mesuagium cum pert. suis in parochia sancti Thome Oxon', quod Petrus Faber & Helena uxor sua quondam inhabitauerunt; tenendum & habendum dicto Thome & heredibus suis de se exeuntibus ad feodifirmam, libere & quiete in perpetuum; reddendo inde annuatim dictis abbati & conuentui & successoribus suis decem solidos annuatim ad quatuor terminos anni, uidelicet ad Pascha duos solidos & sex denarios [and June 24, Sept. 29, Dec. 25] pro omni seruicio & demanda, salua sibi secta curie sue apud Oseneyam. Quod si dictus Thomas & heredes sui cessauerint a solucione dicti redditus in aliquo predictorum terminorum, licebit procuratori dictorum abbatis & conuentus dictum mesuagium ingredi & namiare & distringere dictum Thomam & heredes suos, donec redditus qui a retro fuerint plenarie perceperint. Idem uero Thomas & heredes sui domos dicti mesuagii sumptibus suis sustentare debent omni tempore & ne corruant uel deteriorentur integras conseruare. Quod si non fecerint, licebit dicto procuratori prefatum mesuagium in manus abbatis & conuentus saisiare donec per uisum legalium hominum restauretur in statum pristinum. Et si aliquod edificium in dicto mesuagio contigerit eos construere, non licebit eis illud ammouere. Item non licebit dicto Thome uel heredibus suis prefatum mesuagium alicui Cristiano uel Iudeo uendere uel dare uel inuadiare uel aliquo modo obligare. Idem uero Thomas pro se & heredibus suis tactis sacrosanctis ewangeliis iurauit redditum predictum in prefatis terminis fideliter soluturum & suprascripta in omnibus obseruaturum. Dicti uero abbas [&c. warranty]. In huius [&c. alternate sealing], hiis testibus, Ada Feteplace, tunc maiore Oxon', Galfrido de Hincsteseye, Willelmo Iuuene speciario tunc prepositis, Thoma sub muro, Willelmo Witing, Luca de Northoson' [*sic*], Willelmo carpentario & aliis.[1]

[1] The rentals show that this is the western half of Hoser's.

15. St. Frideswide's Tenement.

The rent collectors came next to the tenements of St. Frideswide, which were so called because the property was bought from St. Frideswide's. It extended from Knowles's bridge, or Little Bookbinders' bridge, to the corner of the Hamel, and for some distance down the east side of the Hamel. There were many tenements in this property, and the following deeds give leases of five of them. In the rental of 1498 there are three 'tenements of St. Frideswide's' and a shop at the west end at the corner of the Hamel, followed by seven tenements on the east side of the Hamel; the deeds here printed show that two or three of the tenements at the north end of the Hamel were part of the tenement of St. Frideswide's.

997.

[St. Frideswide's sells a corner tenement to Oseney.]

S. Thomas 19 Aug. 1260–Aug. 1261

Sciant [&c.] quod nos Robertus prior et conuentus ecclesie sancte Fritheswide Oxonie dedimus [&c.] domino Ricardo abbati et conuentui de Osen' totam terram illam angularem[1] cum mesuagiis et cum omnibus pert. suis quam habuimus de dono quondam Reginaldi Cementarii, que se iungit proximo terre quondam eiusdem Reginaldi Cementarii ex parte aquilonari & se extendit usque ad aquam que currit inter terram illam & terram predicti abbatis & conuentus de Osen' in suburbio in parochia beati Thome martiris Oxonie uersus Oseneyam; habendam & tenendam predicto abbati & conuentui & eorum successoribus de nobis et successoribus nostris libere, quiete, integre & pacifice inperpetuum. Et nos [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt nobis predicti abbas & conuentus pre manibus quindecim marcas sterlingorum in gersumam. Si uero contingat quod non warantizauerimus uel warantizare non potuerimus dictis abbati & conuentui & eorum successoribus dictum tenementum cum pert. suis, refundemus eis quindecim marcas quas pacauerunt nobis pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Elya filio domini Willelmi de Stratforde, Radulfo de Cokewad', Iohanne Wid, Roberto Maynard', Bric[i]o de Osen', Willelmo de Lecch, Roberto

[1] *Cart. St. Frid.* i. 275 shows that Reginald Cementarius had bought this house from William Amys, and that it paid 6*d.* a year to Oseney abbey and 1*d.* to Amis. It is described as being in North Oseney (see also no. 1006). Robert Olney was not elected Prior until 25 July 1260.

Iuuene de Westone, Roberto de Heton', Willelmo de Hupton', Roberto Toralde & aliis.[1]

998.

[William, son of Amis, grants to Oseney a penny from the tenements of Reginald of Abingdon.]

S. Thomas 62 c. 1261

Sciant [&c.] quod ego Willelmus filius Amisii le Lingedraper de Osen' pro salute anime patris & matris mee dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya [&c.] annuum redditum unius denarii quem michi reddere solebat Reginaldus de Abbendune cementarius ad Pascha pro illis tenementis que de me tenet in parochia sancti Thome martiris de Oseneya, que tenementa incipiunt a mesuagio quod fuit quondam Willelmi Speciarii[2] & extendunt usque ad pontem proximum mesuagio quod fuit aliquando Willelmi Hosarii ex parte occidentali,[3] & quicquid in eodem redditu uel tenementis habui uel habere potui sine ullo retinemento; tenendum & habendum in liberam, puram & perpetuam elemosinam in perpetuum. Dedi eciam potestatem eisdem canonicis namiandi in eisdem tenementis ubicunque uoluerint, si dictus redditus in dicto termino aretro fuerit. Et ego [&c. warranty]; & in huius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo carpentario, Hugone le Muner, Rollando clerico, Ricardo Stabler, Roberto de ponte, Willelmo de Wichthulle, Roberto portario de Osen' & aliis.

999.

[Oseney grants the tenement to Richard the miller and Alice Scot his wife.]

S. Thomas 20 Aug. 10, 1261 B. 211r

Omnibus [&c.] frater Ricardus miseracione diuina abbas de Osen' & eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse [&c.] Ricardo Molendinario & Alicie Scot uxori sue terram nostram cum edificiis & pert. suis, que fuit aliquando magistri Reginaldi Cementarii in parochia sancti Thome Martyris, que est angularis, iuxta paruum pontem, qui ducit uersus castrum, saluis nobis cotagiis nostris contiguis usque ad aquam que currit sub

[1] With half the seal of the Priory; the reverse seal is a figure, no doubt the prior, with both hands raised, on each side is the spire of a tower, a crescent above one, a star above the other. S. ROBERTI . . . . . ESWID' OXON'.

[2] For William Spicer see no. 1011.

[3] i. e. to the bridge on the west side of Hoser's land.

aula nostra, que aliquando fuit Willelmi Hosarii; tenendam & habendam eisdem Ricardo & Alicie & heredibus suis bene & in pace, libere & quiete inperpetuum; reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris quatuor solidos ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Michaelis XII d. [& Dec. 25, Mar. 25, June 24] pro omni seruicio & demanda, salua nobis & successoribus nostris secta curie nostre apud Oseneyam, quam idem Ricardus & heredes sui facere debent, unusquisque tempore suo. Et nos [&c. warranty]. Pro hac donacione [&c.] dederunt nobis dicti Ricardus & Alicia decem marcas in gersumam & domum illam[1] cum pert. quam de nobis tenuerunt ex opposito domus que fuit aliquando Willelmi Hosarii; de qua domo non poterit dicta Alicia dotem petere aliquo tempore. Et in huius [&c. sealing]; datum apud Oseneyam ad festum sancti Laurencii anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quadragesimo quinto. Hiis testibus, Willelmo carpentario, Waltero Bast, Thoma Tinctore, Roberto ad pontem, Willelmo de Fulewelle & aliis.

1000.

[William Pickering and his wife quitclaim a plot of land to Richard the miller.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus de Pikeringge & Emma filia magistri Reginaldi Cementarii uxor mea, remisimus & omnino quietam clamauimus pro nobis & heredibus nostris Ricardo Molendinatori & Alicie Schot uxori sue quamdam placeam terre nostre in parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxonie, scilicet placeam illam que iacet inter terras dicti Ricardi ex parte aquilonari terre nostre, que placea continet in longitudine tresdecim pedes & tresdecim pedes in latitudine & pertinet ad terram dicti Ricardi; habendam & tenendam dictis Ricardo & Alicie uxori sue & heredibus suis uel suis assignatis integre cum domo desuper existente; ita quod nec ego dictus Willelmus nec Emma uxor mea predicta, nec heredes nostri, nec aliquis pro nobis uel per nos quicquam de cetero in tota predicta exigere terra uel clamare poterimus in perpetuum. Pro hac autem remissione [&c.] dederunt nobis predicti R. & A. in magna necessi- **S. Thomas 27 c. 1270**

[1] The rentals give a *domus Alicie Scot* after the tenement of St. Frideswide; if this is the house mentioned here, we must assume that it was west of Hoser's and separated from it by the stream which ran under Knowles's bridge. Possibly the house which was opposite William Hoser's was the tenement afterwards known as Bookbinders.'

tate nostra unam marcam argenti pre manibus. Et in huius [&c. sealing], hiis testibus, Hugone de Burgo, Waltero le Tannur, Willelmo de Fulewelle, Thoma tinctore, Roberto ad pontem, Willelmo Medward, Waltero Bast & multis aliis.[1]

1001.

[John Scot quitclaims the house of Richard Scot, his grandfather.]

S. Thomas 23 Apr. 18 1327

Pateat uniuersis quod ego Iohannes Scot, filius Roberti Aunfrey de Litlemor & Auicie uxoris sue, remisi, relaxaui, & omnino quietum clamaui domino Iohanni abbati Oseneie, & eiusdem loci conuentui totum ius & clamium michi contingens in uno mesuagio cum pert. in suburbio Oxonie, quod quondam fuit Ricardi Scot aui mei, & quod situm est in cornario (*sic*) iuxta paruum pontem, ultra quam[2] itur a regali uia uersus Oseneyam, ex parte orientali, ita uidelicet quod nec ego nec heredes mei [&c.] aliquod ius in predicto mesuagio uendicare poterimus. Et ego [&c. warranty]; in cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelintone tunc maiore Oxonie, Henrico Hethorp, Thoma de Aluestone tunc balliuis eiusdem uille, Willelmo de Burencestre, Iohanne de Croxforde iuniore, Roberto de Watlintone, Ricardo Kari, Iohanne de Hamptone, Symone de Gloucestria, Willelmo de Schareshulle et multis aliis. Dat' Oxonie, quartodecimo Kal. May, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum primo.

1002.

[Oseney leases a tenement in the Hamel to Peter Brember.]

S. Thomas 55 Sept. 21, 1407

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Petrum Brembere, Matildam uxorem eius & Marcellum Brembere cognatum eiusdem Petri ex altera parte testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis Petro, Matilde & Marcello unum tenementum cum gardino in parochia sancti Thome

[1] The seals are pointed ovals, with a fleur-de-lis. S' WILLELMI PIKERING is the one inscription; the other is S' EMME FIL' REGINALDI LE MASVN. In no. 1007 we have the same donors, but with different seals.

[2] The scribe means *quem*, 'over which bridge you pass on your way from the highway towards Oseney'.

martiris iuxta Oxoniam, situatum in le Hamele, quod ab antiquo vocabatur tenementum sancte Frideswythe; habendum & tenendum predictis P., M., & M., & cuilibet eorum diucius viuenti ad terminum vite eorum; reddendo inde annuatim durante toto termino vite dictorum Petri & Matilde predictis abbati & conuentui aut eorum procuratori octo solidos bone & legalis monete ad quatuor anni terminos Oxonie usuales equis porcionibus. Et si dictus Marcellus superuixerit dict[os] Petr[um] & Matild[am], ipse soluet annuatim predictis abbati & conuentui aut eorum procuratori tresdecim solidos & quatuor denarios bone & legalis monete ad quatuor anni terminos equis porcionibus viz. [Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, and June 24]. Et predicti P., M. & M. de nouo edificabunt, seu quilibet eorum edificabit unam domum infra terminum trium annorum proximorum post datam presencium in gardino dicti tenementi per longitudinem quadraginta pedum iuxta decursum aque prope viam regiam & in latitudine infra parietes quatuordecim pedum sumptibus eorum propriis & expensis, excepto hoc quod predicti abbas & conuentus inuenient principale meremium, videlicet quinque couples cum syderesenis, walplates & furstes, quod predicti abbas & conuentus de propriis in aliquo loco competenter assignabunt. [The tenants are to keep the houses in repair: the owners may distrain for rent.] Data in domo nostra capitulari Oseneye in festo sancti Mathei apostoli, anno regni regis Henrici quarti post conquestum octauo.

1003.

[Oseney leases to Peter Brember a tenement in the Hamel.]

S. Thomas 54 May 10, 1424

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Petrum Brembere & Matildam uxorem eius ex altera testatur, quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis Petro & Matilde tria tenementa cum tribus gardinis in parochia sancti Thome martiris iuxta Oxoniam, situata in le Hamel, quorum duo tenementa de nouo edificantur, iuxta stratam regiam & ab antiquo vocabantur ten[ementum] sancte Frydeswyde; habenda & tenenda predictis P. & M. & alteri eorum diucius viuenti ad terminum vite eorum; reddendo inde annuatim predictis abbati & conuentui & eorum successoribus octo solidos bone & legalis monete Anglicane ad quatuor anni terminos Oxonie usuales equis porcionibus. [The owners may

distrain for the rent; the tenants are to keep the tenements in repair.] Data in domo capitulari Oseneye in festo sanctorum Gordiani & Epimachi, anno regni regis Henrici sexti post conquestum secundo.

1004.

[Oseney leases to Richard Tanner a tenement called Frideswide's].

S. Thomas 48 June 23, 1433

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii beate Marie de Oseneye ex parte una & Ricardum Tannere ex parte altera testatur, quod predicti abbas et conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt prefato Ricardo quoddam tenementum vocatum ex antiquo tenementum Frydeswyde, situatum in parochia sancti Thome martiris inter tenementum eorundem, quod modo inhabitat Willelmus Taylour, ex parte occidentali & paruum riuulum decurrentem ex parte orientali; habendum & tenendum usque ad finem viginti annorum, reddendo inde annuatim prefatis abbati & conuentui tresdecim solidos & quatuor denarios ad quatuor anni terminos. [The owners will keep it in repair. They may distrain for the rent. The tenants may not sublet.] In cuius [&c. alternate sealing]. Dat' in domo capitulari Oseneye in vigilia sancti Iohannis Baptiste anno r. r. Henrici VI undecimo.

16. Roland's Tenement.

The adjacent property on the south also belonged to Reginald the builder, having been bought by him from Roland of Reading. It paid a quitrent of 10*d.* to Oseney, as is recorded in the early rentals; but the rental of 1317 shows that the abbey had acquired the freehold; we do not know how.

1005.

[Roland of Reading grants a messuage to Reginald the mason.]

S. Thomas 24 Prob. Mich. 1251–Mich. 1252

Sciant [&c.] quod ego Rolandus de Rading' dedi [&c.] Reginaldo Cementario unum mesuagium cum omnibus pert. suis in parochia sancti Thome martyris uersus Oseneyam, uidelicet illud quod iacet inter mesuagium predicti Reginaldi le Mazun ex una parte & mesua-

gium Willelmi Amys ex altera: habendum & tenendum predicto Reginaldo & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis libere & quiete, bene & in pace, reddendo inde annuatim capitali domino feoudi decem denarios ad festum beati Michaelis, Henrico le Ferrur & Cristiane uxori sue & heredibus suis uel suis assignatis unum denarium ad Pascha, & predicto Rolando & heredibus suis uel suis assignatis unum denarium ad festum beati Iohannis Baptiste pro omni seculari seruicio, consuetudine & demanda. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi predictus Reginaldus pre manibus sex marcas sterlingorum in gersumma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Henxsteye, Thoma le Specer tunc prepositis, Iohanne de Coleshulle, Waltero Aurifabro & fratre eius, Henrico Inge & aliis.[1]

1006.

[Reginald of Abingdon, mason, grants the messuage to Emma his daughter.]

S. Thomas 25 Mich. 1258–Mich. 1259

Sciant [&c.] quod ego Reginaldus de Habendone cementarius dedi [&c.] Emme filie mee pro seruicio suo illud mesuagium meum cum omnibus pert. suis quod emi de Rolando de Redinges clerico, & situm est inter terram que fuit Willelmi Specer ex una parte & terram que fuit Willelmi Amis ex altera parte in Northosen' in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris; habendum & tenendum predicte Emme & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, integre & bene, in pace in perpetuum; reddendo inde annuatim abbati de Osen' decem denarios argenti ad duos anni terminos uidelicet ad festum sancti Michaelis quinque denarios & ad festum beate Marie in Marcio quinque denarios, & Rolando predicto de Redinge & heredibus suis uel suis assignatis unum denarium ad Pascha, & Cristine filie Amys le Lingedraper unum denarium ad Pascha, & michi & heredibus meis unum obolum ad Pascha pro omni seruicio & exaccione, consuetudine & demanda. Et ego [&c. warranty]. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc maiore Oxonie, Henrico Perle, Iohanne Pady tunc prepositis Oxonie, Ada filio Walteri, Nicholao de Kingestone, Iohanne de Coleshulle, Galfrido

[1] The seal is a pointed oval, 1 inch by 1½ inches, a lion rampant. S. ROVLANDI DE RADINGGES. The deed is endorsed *de mesuagio quod fuit aliquando Willelmi de Wodestone.*

Aurifabro, Henrico Ynge, Roberto ad pedem pontis, Waltero le Tannur, Iohanne de Stape, Lucas (*sic*) le Batur, Willelmo Hwiting, Willelmo Molendinario, Galfrido clerico & aliis.

1007.

[William of Lichfield and Emma, his wife, grant the messuage to William de Wodestone.]

S. Thomas 26 Mich. 1277–Mich. 1278

Sciant [&c.] quod ego Willelmus de Lichefeld, dictus Pikering, & Emma uxor mea dedimus [&c.] Willelmo de Wodestone unum mesuagium cum pert., uidelicet illud mesuagium quod iacet inter mesuagium quondam Reginaldi de Abingdone cementarii ex una parte & mesuagium quondam Willelmi Amys ex altera in parochia beati Thome martiris in suburbio Oxon'; habendum & tenendum dictum mesuagium cum pert. predicto Willelmo de Wodestone, heredibus & assignatis suis quibuscunque, de nobis Willelmo de Lichefeld & Emma uxore mea antedictis & heredibus nostris quibuscunque libere, quiete, bene & in pace inperpetuum; reddendo inde annuatim abbati de Osen' decem denarios argenti ad duos anni terminos, & ad luminare capelle beati Thome martiris unum denarium ad Pascha pro omni seruicio, exaccione, consuetudine & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dictus Willelmus de Wodestone nobis dedit pre manibus in nostra magna necessitate quadraginta solidos sterlingorum; ac de non ueniendo in contrarium in aliquo premissorum, ego dicta Emma uxor Willelmi de Lichefeld pro me & heredibus meis gratis corporale prestiti sacramentum. Insuper ad maiorem securitatem, & ad omnia predicta sine dolo uel fraude fideliter obseruanda, ego Emma antedicta inueni eidem Willelmo de Wodestone fideiussorem, uidelicet Hugonem le Hore iuniorem; qui quidem Hugo pro me & heredibus meis in integrum fideiussit & manucepit. Et in [&c. sealing] una cum sigillo dicti Hugonis fideiussoris; hiis testibus, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxon', Andrea de Derham, Iohanne de Ow tunc prepositis eiusdem, Nicholao de Coleshulle, Philippo de Ow, Iohanne Lespicer, Iohanne de Godestowe, Galfrido carpentario, Waltero le Mazun & multis aliis.[1]

[1] The seal of William is circular, 1 inch in diameter, a fleur-de-lis, S. WILL'I DE LICHEFELD. His wife has a pointed oval, $1\frac{1}{4}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a flower of eight petals, S' EMME FIL' [REGINALDI] LE MASVN. The seal of Hugo le Hore is circular, $\frac{3}{4}$ inch in diameter.

17. The House next on the South.

This also was acquired by Reginald the builder, and like the last house it passed into the possession of William of Wodesdon. It belonged to Oseney by 1314, but we do not know how.

1008.

[Reginald of Abingdon grants land to Walter his son.]

Sciant [&c.] quod ego Reginaldus de Habendona cementarius dedi [&c.] Waltero filio meo pro seruicio suo totam illam terram meam cum edificiis & cum omnibus pert. suis quam emi de Iohanne de la Stape & Agnete uxore eius, & iacet inter terram meam quam habui racione Iohanne uxoris mee ex una parte & terram que fuit Iohannis de Sybbeforde ex altera parte in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martiris; habendam & tenendam predicto Waltero & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, integre & pacifice in perpetuum; reddendo inde annuatim capitalibus dominis illius feodi debitum seruicium & consuetum, & michi & heredibus meis unum denarium ad Pascha pro omni seruitio & exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc maiore Oxon', Henrico Perle & Iohanne Pady tunc prepositis Oxon', Ada filio Walteri, Nicholao de Kingeston', Iohanne de Coleshulle, Galfrido Aurifabro, Henrico Yngge, Willelmo Witinge, Roberto ad pontem, Iohanne de la Stappe, Iohanne de Sybbeforde, Willelmo Amys, Willelmo molendinario, Luca le Batur, Galfrido clerico & aliis.

S. Thomas 16 Mich. 1258–Mich. 1259

1009.

[An agreement between Walter son of Reginald and Joan, his mother.]

Hec est conuencio facta inter Walterum filium Reginaldi de Habendon' cementarii ex una parte et Iohannam matrem predicti Walteri, uidelicet quod predictus Walterus concessit & dimisit predicte Iohanne ad totam uitam suam totam illam terram cum omnibus pert. suis quam habuit de dono predicti Reginaldi patris sui, quam idem Reginaldus emit de Iohanne de la Stappe, & iacet inter terram que tunc fuit Iohannis de Sybforde ex una parte & terram quam

S. Thomas 17 Mich. 1258–Mich. 1259

predictus Reginaldus habuit racione predicte Iohanne uxoris sue ex altera parte, in suburbio Oxon' in parochia sancti Thome martyris; habendam & tenendam predicte Iohanne quamdiu uixerit, libere, quiete, integre & bene in pace; reddendo inde annuatim capitalibus dominis illius feodi debitum seruicium & consuetum & predicto Waltero & heredibus suis uel suis assignatis unum obolum ad Pascha pro omni seruicio & exaccione & demanda. Et predictus Walterus [&c. warranty], ita tamen quod statim post decessum predicte Iohanne tota predicta terra cum pert. simul & cum toto illo tenemento solute, quiete, ac sine omni contradiccione predicto Waltero & heredibus suis uel suis assignatis reuertatur. Ad hanc igitur [&c. alternate sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc maiore Oxon', Henrico Perle, Iohanne Pady tunc prepositis Oxon', Ada filio Walteri, Nicholao de Kingestone, Iohanne de Coleshulle, Galfrido Aurifabro, Galfrido le Mercer, Henrico Yngge, Willelmo de Glouernia, Willelmo Hwiting, Iohanne de la Sta[ppe, Willelmo] Amys, Roberto ad pontem, Iohanne de Sybbeforde, Luca le Batur, Willelmo molendinario, Galfrido clerico & aliis.

1010.

[John Crompe grants to Roger Hering a rent from the tenement once of Reginald the mason.]

S. Thomas 21 Mich. 1271–Mich. 1272

Sciant [&c.] quod ego Iohannes Crompe de Oxon' dedi [&c.] Rogero Hering de Wytten' pro quadraginta solidis argenti quos michi dedit pre manibus in gersumma annuum redditum [quatuor][1] solidorum, quos solebam percipere annuatim de mesuagio illo cum pert. quod fuit aliquando magistri Reginaldi cementarii in parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxonie, & est inter tenementum Iohannis de Sybbeford ex parte una & tenementum Willelmi de Pyk[er]inges ex altera, ex opposito illius aule que uocatur aula sancte Helene; habendos & percipiendos annuatim de prefato tenemento, quod fuit aliquando prefati magistri Reginaldi cementarii, & de omnibus illis qui prefatum tenuerint tenementum, prefato Rogero Hering & heredibus suis uel quibuscunque & quandocunque dare, uendere, legare uel assignare uoluerit libere & quiete, bene & in pace in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxon', Helya le Quilter & Henrico Oweyn tunc balliuis eiusdem loci, Iohanne de Sybbeforde,

[1] This word is wanting, but may be supplied from the clause of warranty.

Willelmo Wyting, Iohanne de la Stappe, Willelmo le Medwarde, Ricardo le porter, Ricardo Scot & aliis.[1]

1011.

[Walter, son of Reginald, grants a messuage to William de Wodestone and Emma his wife.]

S. Thomas 18 Mich. 1277–Mich. 1278

Sciant [&c.] quod ego Walterus Cementarius filius Reginaldi Cementarii de Abingdon' dedi [&c.] Wyllelmo de Wodestone & Emme uxori sue unum mesuagium meum cum omnibus pert. quod iacet inter terram quondam Iohannis de Sybforde ex parte una & terram quondam Rouland' ex parte altera, uidelicet totum illud mesuagium quod quondam fuit Wyllelmi & Emme uxoris sue, Lespicers, in parochia beati Thome martiris Oxonie in suburbio eiusdem; habendum & tenendum dictum mesuagium cum omnibus pert. suis de me & heredibus meis & meis assignatis dictis Willelmo & Emme uxori sue, heredibus & assignatis suis quibuscumque & quandocumque dare, legare, uendere uel assignare uoluerint, libere, quiete, integre, bene & in pace in perpetuum; reddendo inde annuatim Rogero Hering de Wytten' seu eius attornato quatuor solidos argenti, [&] michi & heredibus meis unum par cyrotecarum, precii unius denarii, uel unum denarium ad festum Pasche, & Iohanni de la Stappe & heredibus suis unum denarium pro omni seruicio. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dederunt michi dicti Willelmus & Emma pre manibus in mea necessitate centum solidos sterlingorum, ac de non ueniendo in contrarium in aliquo premissorum ego dictus Walterus pro me & heredibus meis & Ysabella Robeioye uxor mea quod nunquam petet aliquid nomine dotis racione dicti mesuagii corporale prestitimus sacramentum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxon', Andrea de Derham, Iohanne de Ow tunc balliuis eiusdem, Henrico Blome, Ricardo le Lyndraper, Iohanne de Godestowe tunc balliuo de Northosen', Galfrido carpentario, Nicholao de Collushille, Iohanne Lespicer, Nicholao Crabbe, Stephano apparitore Oxon', Rogero de Sanford & multis aliis.[2]

[1] The seal is a pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a hound rampant, S. IOH'IS FIL' RICARDI. This rent is mentioned in *Hundred Rolls*, ii. 791, where Hering appears as Hernich. The tenement at that time was owned by William de Wodeston, under Oseney abbey, to which it paid a rent of 10*d*.

[2] Seal, a pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, the Virgin and Child, with a crescent and star on the left, and a pair of compasses on each side, a figure in adoration below, S' WAT' L' MASVN FIL' REGINAD'.

1012.

[Thomas of Witney, grandson of Roger Haring, quitclaims the rent to Oseney.]

S. Thomas 22 Mich. 1314–Mich. 1315

Uniuersis [&c.] Thomas de Witteneya salutem in domino. Noueritis me pro me, heredibus & meis assignatis & pro quibuscunque ex parte mea concessisse, remisisse & omnino quietum clamasse viris religiosis abbati & conuentui Oseneye et eorum successoribus totum ius et clamium quod habui seu quocunque modo et ex quacunque causa habere potui in illis quatuor solidatis redditus, quem quidem redditum Rogerus Haring de Witteneya quondam auus meus de Iohanne Crompe de Oxonia emit seu comparauit; habendum & tenendum uiris religiosis & eorum successoribus supradictis in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Et ne [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burencestre tunc maiore Oxonye, Ricardo Kary, Iohanne de Bisschopeston' tunc balliuis, Roberto de Wormenhale, Iohanne de Dokelinton', Iohanne Coleshulle, Andrea de Pyrie, Henrico de Linne, Willelmo Pennard & aliis.[1]

18. The Hall of St. Helen's.

The two last tenements on the east side of the Hamel are called in the rental of 1498 the tenement of Lucas Worthe and the tenement upon the conduit (*conductum*) next to Oseney (i. e. next to the wall of the abbey). We have no deeds about these tenements, and it is possible that they always belonged to Oseney. The conduit that is here mentioned ran from the west to the east on the north side of the road which adjoined the wall of the abbey. The collector then passed to the 'corner tenement on the west side, once of Nicholas de Weston, near (the wall of) Oseney'. This is the tenement described in the following deeds. It was acquired by *Philippus de sancta Helena*, who gave it to the Hospital of St. John at East Gate. It must have been a large property, as it was worth four marks a year. It passed ultimately into the hands of John de Bybury, who gave it to Oseney in 1333.

S. Thomas 33 Mich. 1240–Xmas, 1244

1013.

[Philip de sancta Helena grants a house to the Hospital of St. John.]

Sciant [&c.] quod ego Philippus de sancta Helena dedi [&c.] pro

[1] Endorsed *de tenemento quod fuit Willelmi de Wodesdone.*

anima mea & patris mei & matris mee & pro animabus parentum & omnium benefactorum meorum hospitali sancti Iohannis Oxonie extra portam orientalem & fratribus & pauperibus eiusdem hospitalis terram meam cum omnibus pertinentiis suis & omnibus edificiis in ea sitis, quam tenui de Andrea Halegod, que iacet inter Castrum Oxonie & abbaciam Oseneye; habendam & tenendam in perpetuum eidem hospitali & fratribus et pauperibus eiusdem hospitalis in liberam & perpetuam elemosinam, libere & quiete, saluo seruicio decem solidorum soluendorum annuatim dicto Andree Halegod & heredibus suis, et saluis inde annuatim michi in tota uita mea & Mabilie sorori mee in tota uita sua, si me superuixerit, quatuor marcis ad festum sancti Michaelis soluendis, sub pena quadraginta solidorum tociens reddendorum simul cum predictis quatuor marcis michi uel dicte Mabilie sorori, si me superuixerit, quociens dicti fratres hospitalis in solucione dictarum quatuor marcarum cessauerint; et preterea omnes expensas quas ego uel dicta Mabilia soror mea, si me superuixerit, circa dictas quatuor marcas perquirendas apposuerimus, plenarie persoluent, si in termino predicto predicte quatuor marce solute non fuerint, sicut predictum est; ita scilicet quod post uitam meam & uitam dicte Mabilie, si me superuixerit, absoluti erunt dicti fratres et quieti a prestacione dictarum quatuor marcarum in perpetuum. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, domino Willelmo Hay tunc vicecomite Oxonie, Petro Torold, Philippo Molendinario, Henrico filio Simeonis, Galfrido de Stocwelle, Philippo Pady, Andrea Halegod, Iohanne Halegod, Ricardo Aurifabro, Thoma Submuro et aliis.

1014.

[Andrew Halegod confirms the house to the Hospital.]

Omnibus Cristi fidelibus Andreas Halegod salutem. Noueritis me concessisse & quietum clamasse & presenti carta mea confirmasse pro me & heredibus meis Hospitali sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie totum ius & clamium quod habuimus uel habere potuimus in tenemento inter Abaciam de Oseneia & Castrum Oxonie, quod Philippus de sancta Elena predicto Hospitali caritatiue contulit: habendum & tenendum predicto Hospitali & fratribus & sororibus & eorum successoribus in puram & perpetuam elemosinam, libere & quiete ab omni seruitio & exactione; saluis tamen michi & heredibus meis decem solidis annuatim soluendis pro dicta terra

S. Thomas 32 Mich. 1246–Mich. 1247

scilicet ad festum sancti Michaelis v solidos, ad Pascha v solidos. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Laurencio Wy, tunc maiore Oxonie, Ada Submuro & Iohanne Curci tunc prepositis, Petro Torold, Ada Faiteplace, Waltero Aurifabro, Roberto clerico, et aliis.[1]

1015.

[The Hospital of St. John grants the messuage to Nicholas de Weston.]

S. Thomas 34 Mich. 1266–Mich. 1267

Omnibus Cristi fidelibus frater Walterus, magister Hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie & fratres eiusdem loci salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos communi assensu capituli nostri dedisse [&c.] Nicholao de Westune quoddam mesuagium nostrum in parochia beati Thome martiris in suburbio Oxon', uidelicet illud mesuagium quod fuit quondam domini Philippi de sancta Elena; tenendum & habendum dictum mesuagium cum omnibus suis pert. de nobis & successoribus nostris dicto Nicholao & heredibus suis uel quibuscumque dictum mesuagium cum pert. suis dare, legare, uendere, uel assignare uoluerit, tam in sanitate, quam in egritudine, exceptis Vniuersitate cleri Oxonie & Iudaismo & omni loco religioso alio quam nostro, libere, quiete, iure hereditario in perpetuum; reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris unam marcam argenti ad quatuor anni terminos, [viz. Sept. 29, Dec. 21, Mar. 25, June 24] pro omni seruicio seculari, exaccione & demanda. Et nos [&c. warranty]. Et licitum est nobis & successoribus nostris totum dictum tenementum intus & extra distringere, quotienscumque dictus redditus noster annualis in arreragio fuerit in parte uel in toto. Pro hac autem donatione [&c.] dedit nobis & domui nostre predictus Nicholaus duodecim marcas sterlingorum in gersummam pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon', Iohanne de Colleshulle & Philippo de O tunc balliuis, Willelmo Medward, Thoma tinctore, Roberto de capite pontis, Willelmo Whyting, Ricardo le Porter, Ricardo Molendinario, Iacobo clerico & multis aliis.[2]

[1] Circular seal, 1½ inches in diameter, a fleur-de-lis, SIGILLVM AND . . . . . .

[2] Seal, a pointed oval; see *Cart. Hosp. of St. John*, vol. iii, frontispiece. The deed is endorsed *de aula sancte Elene*.

1016.

[Nicholas and William de Wotesdone grant this messuage to Stephen de Adyngton.]

Sciant [&c.] quod nos Nicholaus de Wotesdone & Willelmus de Wotesdone, filii quondam Alicie de Westone,[1] dedimus [&c.] Stephano de Adyngtone burgensi Oxon' totum illud mesuagium cum pert. in suburbio Oxon' situatum in parochia beati Thome apostoli [*sic*] inter tenementum abbatis & conuentus de Oseneye ex parte una & tenementum Michaelis Pille ex parte altera, quod quidem mesuagium predictum cum pert. nuper habuimus ex dono & legato predicte Alicie matris nostre per testamentum suum, conditum tercio Idus Iunii anno Domini M CCC XXII & probatum coram Iohanne de Hamptone nuper maiore Oxon', quinto die Nouembris anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi sextodecimo, prout in dicto testamento plenius continetur; habendum & tenendum totum predictum mesuagium cum suis pert. ut premittitur prefato Stephano & heredibus suis ac suis assignatis libere, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta inperpetuum. Et nos [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc tenente locum Iohannis de Dokelyngtone maioris Oxonie, Andrea de Wormenhale & Iohanne de Bysshopestone tunc balliuis eiusdem uille, Iohanne Culuerd, Galfrido atte Kechene, Roberto de Westone, Michaele Pille, Thoma de Legh' clerico & aliis. Datum apud Oxoniam XXII die Maii anno regni regis predicti decimo octauo.

S. Thomas 28 May 22, 1325

1017.

[A release and quitclaim by N. and W. de Wodestone to S. de Adyngton in the same terms as the last deed, including the mistake 'apostoli']. Hiis testibus, Iohanne de Dokelyngton tunc maiore Oxon', Andrea de Wormenhale & Iohanne de Bysshopestone tunc balliuis eiusdem uille, Iohanne Culuerd, Ricardo de Gloucestre, Willelmo de la More, Thoma de Legh' clerico & aliis. Datum Oxonie XXX die Maii, anno regni regis predicti decimo octauo.

S. Thomas 29 May 30, 1325

[1] She was the daughter of Nicholas de Weston; see his will at the end of this volume. Apparently she married William de Wodestone jun. The deed is endorsed *carta N. et W. de Wodestone de tenemento Nicholai de Weston.*

1018.

[Michael Pille grants two cottages to Stephen de Adyngton.]

S. Thomas 30 Oct. 4, 1325

Sciant [&c.] quod ego Michael Pille de Oxonia dedi [&c.] Stephano de Adyngtone burgensi Oxonie duo cotagia mea cum omnibus pert. suis situata in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris, illa uidelicet que emi de Matilda filia Katerine de Wodesdone, iacencia inter tenementum predicti Stephani ex parte boreali & cursum aque currentis ab abbathia Regalis Loci versus Castrum ex parte australi; habenda & tenenda predicta duo cotagia cum pert. suis eidem Stephano & heredibus suis vel suis assignatis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruitia inde [debita][1] & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo de Burcestre tunc maiore ville Oxon', Stephano de Adyngtone & Iohanne le Notheren cissore tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Herdewyk', Roberto de Weston', Thoma le Mason, Galfrido de coquina, & multis aliis. Datum apud Oxon' die Veneris proxima post festum sancti Michaelis archangeli anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo nono.

1019.

[Stephen de Adyngton grants a tenement to John de Biburi].

S. Thomas 31 Mar. 13, 1333

Sciant [&c.] quod ego Stephanus de Adintone dedi [&c.] Iohanni de Biburi totum tenementum meum & quinque cotagia cum omnibus eorum pertinenciis, que fuerunt quondam Willelmi de Wodesdone, que scituantur in parochia sancti Thome in Northoseneye; habenda & tenenda predicta tenementum & cotagia ac cum omnibus eorum pert. predicto Iohanni de Biburi, heredibus ac assignatis suis inperpetuum. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cari tunc maiore Oxon', Henrico de Stodle, Iohanne Bloundel tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Watele, Thoma de Biburi, Iohanne de Watele. Dat' Oxon' die Sabbati, proxima post festum sancti Gregorii pape, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum septimo.

[1] Omitted.

1020.

[John de Bybury gives it to Oseney.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Bybury dedi, concessi & hoc presenti carta mea confirmaui deo & ecclesie beate Marie de Oseneye & fratri Thoma de Cudelynton abbati & canonicis ibidem deo seruientibus unum toftum et quinque cotagia cum omnibus eorum pertinenciis que sita sunt in suburbio Oxonie in parochia sancti Thome martiris inter tenementa eorundem abbatis & conuentus ex utraque parte et que aliquando fuerunt in possessione Willelmi de Wodesdone et Emme uxoris eius, et que tenentur de predictis abbate & conuentu per seruicium quatuor denariorum annuorum; habendum & tenendum predictum toftum et quinque cotagia cum omnibus suis pert. predictis abbati [&c.] in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Cary tunc maiore Oxonie, Henrico de Stodleye et Iohanne Blondel tunc balliuis eiusdem ville, Willelmo de Burncestre, Symone de Gloucestria, Thoma de Bybury clerico et multis aliis. Dat' Oxonie die Martis proxima post festum Assumpcionis beate Marie virginis, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum septimo.

O. C. 540 b Aug. 17, 1333

1021.

[The Hospital quitclaims its rent of 13s. 4d.]

Omnibus [&c.] Ricardus magister Hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxon' et fratres eiusdem loci salutem in domino. Nouerit uniuersitas vestra nos communi assensu capituli nostri remisisse, relaxasse & omnino pro nobis & successoribus nostris quietum clamasse Thome abbati monasterii beate Marie de Oseneye et eiusdem loci conuentui & successoribus suis imperpetuum totum ius nostrum et clameum que habemus, habuimus, seu aliquo modo in futurum habere poterimus in tresdecim solidatis & quatuor denaratis annui redditus quos recipere solebamus de predicto abbate annuatim ad festum sancti Michaelis pro quodam mesuagio cum pert. in parochia sancti Thome martiris, quod nuper Nicholaus Wodesdone & Nicholaus Westun & post ipsos Iohannes Bibury de nobis tenuerunt; ita quod nec nos predicti magister Hospitalis predicti nec fratres eiusdem loci nec successores nostri nec aliquis alius nomine nostro

S. Thomas 35 Mar. 25, 1445

aliquod ius uel clameum in predictis tresdecim solidatis & quatuor denaratis annui redditus predicti cum pert. nec in aliquibus aliis terris & tenementis eorundem abbatis & conuentus inter Castrum Oxonie & abbathiam eorundum de Oseneye de cetero exigere seu uendicare poterimus infuturum. Et nos [&c. warranty]. Et pro hac donatione [&c.] dederunt nobis idem abbas et conuentus de Oseneye pre manibus viginti marcas. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Roberto Wallford maiore uille Oxon', Thoma Daggevile, Iohanne Northe, Thoma Wythyg', & Ricardo Spragat aldermannis, Iohanne Hide & Willelmo Hanse balliuis, et Michaele Norton' clerico & aliis. Datum in festo Annunciacionis beate Marie virginis, anno regni regis Henrici sexti post conquestum vicesimo tercio et anno Domini M CCCC XLV.[1]

1022.

[Oseney leases to John Dalton a corner tenement in the Hamel.]

S. Thomas 57 Mar. 25, 1450

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii beate Marie uirginis Oseneye iuxta Oxoniam ex parte una & Iohannem Dalton, carpynter, de parochia sancti Thome martiris in suburbiis Oxonie ex parte altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt & dimiserunt prefato Iohanni unum tenementum angulare[2] in le Hamele eiusdem parochie ex parte occidentali versus Oseneyam, in quo idem Iohannes modo inhabitat; habendum & tenendum prefato Iohanni ad terminum vite sue; reddendo inde annuatim prefatis abbati & conuentui decem solidos legalis monete Anglicane ad quatuor anni terminos Oxonie usuales equis porcionibus; et idem Iohannes edificabit de nouo unam domum de bono & competenti nouo meremio quercino supra aquam currentem ex parte australi eiusdem tenementi, continentem in longitudine XXXVI pedes & in latitudine XIIII pedes, & supra aquam faciet unum solarium cum somers, iustys & plankys de nouo & sufficienti meremio quercino altitudin[e] pont[is][3] lapid[ei] ibidem, & supra altitudinem per VIII vel IX pedes faciet duo solaria pro duabus cameris & in medio unam aulam cum ostiis & fenestris & omnibus

[1] The deed is endorsed *de xiii s. iiii d. in le hamelle ex parte occidentali.*

[2] This was the southern part of what was once the hall of St. Helen's.

[3] i. e. the little bridge at the south end of the Hamel over the conduit.

aliis dicte aule & cameris necessariis. Et predictum edificium sic constructum cum tegulis vel tylys cooperiet, & durante vita sua cum tenemento predicto quociens necesse fuerit reparabit sumptibus suis propriis; et ad dictum edificium predictus Iohannes habebit de predictis abbate & conuentu XLIII s. IIII d., & VI carricatas lapid[um] tantum pro muro faciendo ex parte australi per longitudinem aque in altitudin[em] pont[is] predict[i]. [The owners may distrain for the rent.] Data in festo Annunciacionis beate Marie uirginis, anno regni regis Henrici sexti vicesimo octauo.

19. Bretel's.

On the north side of the land of Philip de sancta Helena was the tenement of John Bretel. A John Bratel, one of the serjeants of the bailiffs, was alive in 1249, but our John Bretel was a generation earlier. He must have been a servant of the abbey, and as his name occurs as a witness about 1200, he must have died by 1240. Perhaps he bequeathed his property to Oseney, for there is no grant among the Oseney deeds. As the rental of 1277 says that Bretel's widow occupied a tenement at the corner, it is probable that Bretel's land extended northward as far as High Street. The rental of 1498 gives eight tenements on the west side of the Hamel, and these must be divided between the land of St. Helen's and the land of Bretel.

1023.

[Juliana, daughter of Gilbert, grants land to John Bretel.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iuliana filia Gileberti dedi [&c.] Iohanni Bretel pro seruitio suo totam terram meam in Oseneia quam teneo de abbate & canonicis de Oseneia, que est inter terram Philipi Alegod & terram Ade Ianitoris, tenendam & habendam illi & heredibus suis de me & de heredibus meis libere & quiete & pacifice; reddendo michi & heredibus meis ad festum sancti Iohannis Baptiste dimidiam libram cimini pro omni seruitio, quod ad me spectat, saluo forensi, predicto uero abbati & canonicis VI denarios ad festum sancti Michaelis pro omni seruitio in die sancti Michaelis soluendis [*sic*]. Et pro hac donatione & concessione dedit michi predictus Iohannes unum pallium de una marcha argenti, & ipsum sepedictum Iohannem heredem meum in solidum constituo. Hec carta confecta fuit anno quinto rengni [*sic*] regis Iohannis. His testibus, Willelmo

S. Thomas 43 c. 1205

Ailnod, Willelmo Spesario, Adam Ianitore, Willelmo clerico de Osen', Ricardo de Cantia, Gerardo, Willelmo le Engles, Salamone & multis aliis.[1]

1024.

[Adam Ianitor grants to John Bretel the easement of a wall.]

S. Thomas I c. 1220

Sciant [&c.] quod ego Adam Ianitor de Osen' concessi & dimisi & liberaui [&c.] Iohanni Bretel clerico assensu Dulze filie mee & herede [*sic*] mee aisiamentum tocius gabuli mei quod est inter domum meam & suam, ut liceat illi eo gabulo uti & frui ad aisiamentum domus sue & immittere tingna sua & meremium suum imponere & superponere cum necesse habuerit, ille & heredes sui, & cui uel quibus domum suam assignauerit, de me & heredibus meis & de illis quibus domum meam uel terram illam assignauero; scilicet ut habeant & gaudeant & pacifice possideant libere & quiete illo aisimento [*sic*] ad profectum domus predicte; reddendo annuatim inde michi & heredibus meis uel meis assignatis, ipse & heredes sui uel sui assignati, unas albas cirotechas ad Pascha pro omni seruicio quod possit michi & meis accidere. Et pro hac concessione [&c.] dedit michi predictus Iohannes Bretel quatuor solidos argenti in gersumam. Et ego Adam de Oseneya [&c. warranty]. Hiis testibus, Waltero capellano de capella sancti Thome, Philippo de sancta Helena, Willelmo Huser, Philippo Burges, Amico Lingedraper, Michaele de Embertune, Fulchone Tanur, Helia de Norhosen', Waltero de Osen', Andrea Parmenter, Roberto Choc clerico, & multis aliis; & ut ratum sit & firmum quod fideliter est actum, in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum ego Adam Ianitor aposui.[2]

1025.

[Oseney grants to Walter le Tanner a tenement next to Philip de sancta Helena.]

B. 207r 1254–60

Sciant [&c.] quod ego Ricardus abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus concessimus, tradidimus & liberauimus Waltero le Tannur

[1] Seal, circular, $1\frac{1}{4}$ inches, a fleur-de-lis, SIGILLVM IVLIANE.

[2] With a circular seal, $1\frac{3}{8}$ inches in diameter, a sort of fleur-de-lis, SIGILL' ADE IANVARII.

de Oxonia & Dionisie uxori sue unum mesuagium cum pert. in parochia sancti Thome Oseneye, quod est inter terram que fuit aliquando Philippi de sancta Elena & terram nostram quam Walterus carpentarius aliquando tenuit; tenendum & habendum ad feodifirmam sibi & heredibus suis libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim sex solidos sterlingorum per annum [viz. Easter XVIII d., June 24, Sept. 29, Dec. 25] pro omni seruicio & demanda, salua secta curie nostre apud Oseneyam. Et dicti Walterus & Dionisia iurauerunt nobis fidelitatem de predicto redditu fideliter reddendo; quod si defecerint, licebit procuratori nostro namiare omnia tenementa eorum infra Oxoniam & extra, quocienscumque terminis [con]stitutis prefatus redditus fuerit aretro; nec licebit eis aliquo modo edificia a predicto tenemento transferre, siue aliis legare, uendere uel dare uel impignorare, sed ea suis propriis [sumptibus de]bent omni tempore susten[tare. Et nos] Ricardus abbas & conuentus [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Alexandro persona sancti Bodoci, Reginaldo Cementario,[1] Willelmo Amys, Hugone le Muner, Roberto de ponte, Henrico Purcel & aliis.

Memorandum quod mesuagium illud traditum W. le Tannur, ante tradicionem non soluit nisi V solidos & nos sumptibus nostris illud sustentauimus.

1026.

[Oseney grants a tenement to William de Foulewelle in fee-farm.]

Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quadragesimo primo ad festum apostolorum Petri & Pauli facta est hec conuencio inter dominum Ricardum abbatem & conuentum de Oseneya ex una parte & Willelmum de Foulewelle le Lingedraper ex altera, uidelicet quod idem abbas & conuentus concesserunt, dimiserunt & tradiderunt eidem Willelmo illud mesuagium cum pertinenciis suis in parochia sancti Thome Martiris, quod Willelmus de Doddeford quondam inhabitauit; tenendum & habendum dicto Willelmo & heredibus suis de se exeuntibus ad feodifirmam, libere & quiete, imperpetuum; reddendo inde annuatim dicto abbati & conuentui & successoribus suis decem solidos esterlingorum ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Michaelis proximum sequens duos solidos & sex

O. C. 538 June 29, 1257

[1] He died in 1260, as we learn from *Cart. St. Frid.*

denarios, ad Nathale Domini duos solidos & sex denarios, ad festum sancte Marie in Marcio duos solidos & sex denarios, & ad festum sancti Iohannis Baptiste duos solidos & sex denarios pro omni seruitio & demanda, salua eisdem abbati & conuentui & eorum successoribus secta curie sue apud Oseneyam cum necesse fuerit. Quod si dictus Willelmus & heredes sui cessauerint a solutione dicti redditus in aliquo predictorum terminorum, licebit procuratori dictorum abbatis & conuentus & eorum successoribus dictum mesuagium ingredi & namiare & distringere dictum Willelmum & heredes suos, donec redditum,[1] qui aretro fuerit, reciperint plenarie. Idem uero Willelmus & heredes sui domos dicti mesuagii sumptibus suis sustentare debent omni tempore & ne corruant uel deteriorentur integras conseruare. Quod si non fecerint, licebit dicto procuratori prefatum mesuagium in manus dictorum abbatis & conuentus & eorum successorum saisiare, donec per uisum legalium hominum restaurentur in statum pristinum. Et si aliquod edificium in dicto mesuagio contigerit eos construere, non licebit eis illud ammouere. Item non licebit dicto Willelmo uel heredibus suis prefatum mesuagium alicui Cristiano uel Iudeo uendere, uel dare, uel inuadiare, uel aliquo modo obligare. Idem uero Willelmus pro se & heredibus suis tactis sacrosanctis euangeliis iurauit se redditum predictum in prefatis terminis fideliter soluturum & suprascripta in omnibus obseruaturum. Dicti uero abbas & conuentus & eorum successores prenominatum mesuagium cum pertinenciis dicto Willelmo & heredibus suis, secundum quod predictum est, per predictum redditum warantizabunt contra omnes gentes inperpetuum. In huius rei testimonium partes presenti scripto in modum cyrographi confecto sigilla sua altrinsecus apposuerunt, hiis testibus, domino Nicholao de Henred' tunc uicecomite Oxonie, Willelmo de Mildecumbe clerico, Nicholao de sancto Walerico, Thoma le Teingturer, Hugone molendinario, Iohanne de la Stappe, Willelmo molendinario, Willelmo Wyting, Iordano clerico & aliis.

1027.

[Oseney grants a tenement to Hugh de Burgo in fee-farm.]

O. C. 537
Aug. 10, 1257

Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quadragesimo primo ad festum sancti Laurentii facta est hec conuencio inter dominum Ricardum abbatem & conuentum de Oseneya ex una parte, &

[1] redditus, MS.

Hugonem de Burgo le Mazun & Iohannam uxorem eius ex altera, uidelicet, quod idem abbas & conuentus concesserunt, dimiserunt & tradiderunt eidem Hugoni & Iohanne uxori sue illud mesuagium cum pertinenciis suis in parochia sancti Thome Martiris quod est inter terram Willelmi de Foulewelle le lingedraper & terram que fuit aliquando Ade Portarii, tenendum & habendum dictis Hugoni & Iohanne uxori sue & heredibus suis de se exeuntibus ad feodifirmam, libere & quiete, inperpetuum ; reddendo inde annuatim dictis abbati & conuentui & successoribus suis decem solidos esterlingorum ad quatuor anni terminos, uidelicet ad festum sancti Michaelis proximum sequens duos solidos & sex denarios [&c. the rest as in no. 1026, in identical words], hiis testibus, domino Nicholao de Henred' tunc uicecomite Oxonie, Willelmo de Mildecumbe clerico, Nicholao de sancto Walerico, Thoma Le Teingturer, Willelmo de Foulewelle, Iohanne de la Stappe, Willelmo Witing, Iordano clerico, Willelmo Molendinario & aliis.

1028.

[Oseney leases a tenement in the Hamel to Thomas Gardener.]

S. Thomas 56 Dec. 6, 1449

Hec indentura facta inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii beate Marie virginis Oseneye iuxta Oxoniam ex parte una & Thomam gardenarium iuniorem & Agnetem uxorem eius ex parte altera testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt predictis Thome & Agneti & eorum alteri diucius viuenti unum tenementum [1] cum gardino adiacenti cum suis pert. situatum in le Hamylle in parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxonie inter tenementum quod modo inhabitat Thomas Smart wefer ex parte australi & tenementum quod nunc inhabitat Oliuerus Rowelond ex parte boriali ; habendum & tenendum predictis T. & A. a die confeccionis presencium usque ad terminum viginti annorum proximo sequencium ; reddendo inde annuatim eisdem abbati & conuentui & eorum successoribus decem solidos legalis monete Anglicane ad quatuor anni terminos Oxonie usuales equis porcionibus. Et predicti abbas & conuentus predictum tenementum quociens necesse fuerit reparabunt & emendabunt sumptibus suis propriis & expensis, preter sepes & bundas & domum

[1] The rentals show that this was on the west side of the Hamel towards the north end.

stramine coopertam, quas predicti Thomas & Agnes reparabunt & emendabunt sumptibus suis propriis & expensis, durante termino supradicto, & bene reparatum & emendatum in fine termini sui dimittent. [The owners may distrain for rent.] Data in domo nostra capitulari Oseneye in festo sancti Nicholai episcopi, anno regni regis Henrici sexti post conquestum vicesimo octauo.

20. Land of Adam the Porter.

If we may trust the rentals of the fifteenth century, in which this property is described as *super conductum*, i. e. on the conduit running east from St. Thomas's chapel, it must have been on the west side of the land of Philip of St. Helen's; but it also adjoined the land of John Bretel, as we have seen by a previous deed. There were, according to the rentals, about twelve tenements reaching to the entrance to the abbey, of which the first four are called tenements of Adam the Porter and the last eight *mansure fundatoris*, i. e. properties given to Oseney at its foundation. After Christ Church came into possession there was some alteration in the number of the tenements, but probably their shape was always much the same, being strips of land extending from Oseney Lane to High Street; but the words *super conductum* suggest that in the Middle Ages the houses were at the south end of the strips, whereas in modern times the chief buildings have been at the north end.

1029.

[Alice, the daughter of Adam the Porter, grants to Oseney her father's land.]

S. Thomas 2 c. 1240

Sciant [&c.] quod ego Alicia filia Ade quondam portarii de Osen' dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' [&c.] totam partem meam terre cum pert. in parochia sancti Thome martiris extra portam Osen', que aliquando fuit Ade portarii patris mei, & quicquid iuris umquam habui uel habere potui in prefata terra cum pert. sine ullo retinemento; tenendum & habendum dictis ecclesie & canonicis bene & in pace, libere & quiete in liberam, puram, & perpetuam elemosinam in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac uero donacione [&c.] dederunt michi dicti canonici octo solidos argenti. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Philippo Molendinario, Willelmo de Dodef[ord], Amis le lingedraper, Fulcone, Henrico Purcel, Petro de Sibeford', Iohanne de Sibeford', Reinero de Aula & multis aliis.

1030.

[Cristiana, widow, daughter of Adam the Porter, grants her father's land to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Cristiana filia Ade quondam portarii Oseneye, in uiduitate mea existens, dedi [&c. in the same words as the last]. Pro hac uero [&c. as above]. Hiis testibus [as above, omitting the last].[1] S. Thomas 3 c. 1240

1031.

[William le Waleys and Agnes his wife, daughter of Adam the Porter, grant and deliver to Oseney the land of Adam.]

Sciant [&c.] quod ego Willelmus le Waleys de Farendone & ego Agnes uxor eiusdem Willelmi, filia Ade quondam portarii Oseneye, dedimus, liberauimus, concessimus [&c. as above] extra portam Osen' cum pert. suis de feodo dictorum canonicorum Oseneye, & quicquid iuris [&c. as above]. Pro hac [&c. as above]. Hiis testibus [&c. as in no. 1030].[2] S. Thomas 4 B. 112r c. 1240

1032.

[Juliana, widow of Adam the Porter, grants and quitclaims to Oseney her life interest in her husband's land.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iuliana relicta Ade quondam portarii Oseneye in uiduitate mea existens concessi, dimisi, liberaui & quietum clamaui & presenti carta confirmaui deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya & canonicis ibidem deo seruientibus totam partem meam terre que aliquando fuit prefati Ade mariti mei in parrochia sancti Thome martiris Oseneye, que me contingebat ratione dotis mee, & quicquid in eadem terra cum pertinentiis unquam habui uel habere potui sine ullo retinemento. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui: hiis testibus, Philippo Molendinario, Amis le [Lin]gedraper, Fulcone, Willelmo de Dodef', Henrico Purcel, Petro de Sibeford & multis aliis.[3] O. C. 533 c. 1240

[1] With a seal, a pointed oval, an elongated star, S. CRISTIANE.

[2] With two seals, both circular, $1\frac{1}{8}$ inches in diameter: one is a fleur-de-lis, S. AGNETIS; the other a cross, S. WILLELMI WALEIS.

[3] Endorsed *Carta Iuliane relicte Ade Portarii de terra in Oxonia, que post mortem eius nichil ualebit. Ad tempus.*

21. Land of Robert the Weaver.

This seems to have been in the High Street, on the west side of Bretel's land.

1033.

[Alice, daughter of Robert Textor, grants, quitclaims, and delivers a house to Oseney.]

S. Thomas 58. 1
B. 103r
c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Alicia filia Roberti textoris dedi, concessi & liberaui & quietum clamaui deo & ecclesie sancti Marie Osen' [&c.] totam terram meam que est de feudo eorundem Canonicorum que iacet iuxta terram Iohannis Bruthel uersus orientem; habendam & tenendam libere & quiete & integre in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione, dimissione, liberacione [&c.] dederunt michi dicti Canonici decem solidos esterlingorum in gersoma. Et quia [&c. sealing], hiis testibus, Waltero capellano de capella sancti Thome, Thoma de Deuerel capellano, Nicholao Molendinario, Amis, Iohanne Bruthel, Fulcone, Willelmo Braban, Henrico Purcelle, Henrico de Camera & multis aliis.[1]

1034.

[Her husband joins in the grant.]

S. Thomas 58. 2
B. 102v
c. 1230

Sciant [&c.] quod ego Willelmus le Boltere concensu & assensu Alicie uxoris mee, filie Roberti textoris, dedi [&c. as above]. Pro hac autem concessione [&c.] dederunt nobis decem solidos [&c.]. Hiis testibus [&c. as above, omitting 'Fulcone'].[2]

22. The Founder's Cottage.

The Founder's Cottage is described in the rentals as on the west side of the road which led from Rewley to Oseney abbey; the next deed deals with this site. In the rental of 1498 it had become four tenements, the first of them being called *domus capellani*, and the fourth being *mansura angularis super conductum aque*. This agrees with the first four tene-

[1] With a seal, pointed oval, two fleurs-de-lis, end to end, SIGILLVM ALICIE. The endorsement says *de domo que uocatur scola*; this is mentioned in the rental of 1277; it was probably in High Street, somewhat to the west of the Hamel.

[2] The seal is a pointed oval, a variety of a fleur-de-lis, S. WILLELMI LE ARCENER.

ments in North Oseney in the leases of Christ Church, the first of them being called the Vicarage House, and the fourth being the corner tenement.

1035.

[Matilda de Leye quitclaims a house which belonged to Oseney.]

S. Thomas II 1268–77

Omnibus [&c.] Matildis de Lega salutem. Nouerit uniuersitas uestra me resignasse, remisisse & quietumclamasse pro me & heredibus meis domino Willelmo abbati de Oseneya & eiusdem loci conuentui quandam domum in parochia sancti Thome martyris Oxon', sitam inter dictam capellam & conductum aque; quam quidem domum habui ad inhabitandam ad totam uitam meam ex concessione dictorum abbatis & conuentus per Andream de Langeport; ita uidelicet quod ego nec heredes mei aliquod ius uel clamium in predicta domo de cetero uendicare poterimus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Wyting, Iohanne de Sibeford, Ricardo de Fulewelle, Eustachio cementario, Daniele, Sampsone, Thoma de Fulewelle & aliis.[1]

1036.

[Oseney grants a lease of the Founder's cottage to Thomas Tackele.]

S. Thomas 68 Oct. 2, 1421

Hec indentura facta inter religiosos uiros abbatem & conuentum monasterii Oseneye ex parte una & Thomam Tackele, Agnetem uxorem eius, Willelmum, Andream, Thomam & Willelmum filios & Iulianam filiam eorundem Thome & Agnetis ex altera, testatur quod predicti abbas & conuentus concesserunt, tradiderunt & ad firmam dimiserunt prefatis T., A., W., A., T., W. & I. unum tenementum vocatum ab antiquo cotagium fundator[is], situatum in parochia sancti Thome martiris; habendum & tenendum prefatis T., A., W., A., T., W. & I. & eorum cuilibet diucius viuenti ad terminum LXXX annorum a die confeccionis presentium; reddendo inde annuatim durante vita predictorum Thome & Agnetis VI s. VIII d. ad duos anni terminos, uidelicet [III s. IIII d. Mar. 25, III s. IIII d. Sept. 29]. Et post decessum predictorum T. & A., prefati W., A., T., W. & I.

[1] Seal, a pointed oval, $1\frac{3}{8}$ inches by $\frac{7}{8}$ inch, a fleur-de-lis, S. MATILDIS DE LEGA.

soluent annuatim x s. ad quatuor anni terminos usuales equis porcionibus; nec licebit predictis W., A., T., W. & I. dictum tenementum vendere, locare, inuadiare seu ad firmam tradere sine licencia speciali predictorum abbatis & conuentus. [The owners will keep in repair &c. the messuage], preter domos cum stramine coopertas, quas prefati T., A., W., A., T., W. & I. sumptibus suis quandocunque necesse fuerit sustentabunt [&c. The owners may distrain for rent]. Uolunt insuper & concedunt predicti abbas & conuentus predictis Thome & Agneti & eorum alteri diucius viuenti, quod ipsi possint uel alter eorum diucius viuens possit predictum tenementum uni filiorum suorum vel filie superius nominatorum secundum propriam voluntatem eorundem T. & A. assignare & quandocunque sibi placuerit eidem liberare. In cuius [&c. sealing]. Dat' in domo capitulari Oseneye, secundo die mensis Octobris anno regni regis Henrici quinti post conquestum nono.

23. Chapel of St. Thomas.

In the later Cartulary, now at Christ Church, the account is as follows: 'Durante obsidione castelli Oxonie a rege Stephano, qui Matillidem imperatricem in dicto castello diu obsedit, edificata fuit capella sancti Thome, quia parochiani sancti Georgii in castellum intrare non potuerunt. Et sciendum quod edificata est super feodum sancti Walerici super medietatem decem et septem acrarum quas nobis dedit Bernardus de sancto Walerico.' This was the tradition current at that time, i. e. about 1284, but it cannot be historical. In the first place the Empress was besieged for only three months, which cannot be called a long siege. In the next place there could be no church of St. Thomas the Martyr, until St. Thomas had been martyred. And thirdly, the land on which the church was built was not given to Oseney until 1182 at the earliest, as the following deed shows. If, as is generally thought, the deed of bishop Hugh (no. 1040) refers to the chapel of St. Thomas, not the chapel of St. Nicholas, it must have been built in the years 1187 to 1191; but in any case it was in existence before the year 1200, as is shown in *Cart. Eynsham*, ii. 267.

1037.

[Bernard of St. Walery gives land to Oseney.]

B. 13
B. 138
1182-9

Sciant [&c.] quod ego Bernardus de sancto Walerico dedi, concessi & presenti carta mea confirmaui ecclesie dei et sancte Marie de Oseneia & canonicis ibidem deo seruientibus medietatem decem et

septem acrarum et dimidie acre de dominio meo in Oseneia, que iacent ad aquilonem proxime eorundem canonicorum curie & tenemento, quarum acrarum longitudo extenditur a uia, qua itur ab Oseneia ad ecclesiam sancti Georgii, usque ad aquam que currit ad molendinum eorundem canonicorum, in perpetuam & liberam elemosinam ab omni seruicio, saluo iure domini regis, pro salute domini mei regis Henrici & mea & Aanor uxoris mee & Bernardi filii mei & aliorum liberorum meorum & parentum & amicorum meorum, & specialiter pro anima Reginaldi filii mei & pro animabus patris & matris mee & Matildis uxoris mee & Simonis auunculi mei & aliorum parentum & amicorum meorum. Hanc donacionem feci ego in abbatia de Oseneia, cum moram facerem in ea in quadam Quadragesima, presenti Aanor uxore mea & huic donacioni mee assensum prebente, & presentibus hiis hominibus meis & amicis & seruientibus, existentibus testibus, scilicet Gerardo nepote meo, uicedomino de Pinkeny, magistro Iohanne de Brideport, Milone capellano, Nicholao capellano, Anskero clerico, Willelmo clerico, Bernardo Cachelu, Roberto de Bauencurt, Amisio de Wudestoc, Ulard Fue, Rogero de Hasteles, Waltero filio eius, Herberto de Peri, Nigello filio eius, Radulfo Cordewanario, Waltero Drapier.[1]

1038.

[Bernard, his son, confirms the gift.]

Sciant [&c.] quod ego Bernardus filius Bernardi de sancto Walerico concessi [&c.] ecclesie sancte Marie de Oseneia [&c.] medietatem decem & septem acrarum & dimidie acre de dominio patris mei in Oseneia, que iacent [&c. as in the last] molendinum eorundem canonicorum, quam terram pater meus Bernardus de sancto Walerico eisdem canonicis dedit in perpetuam & liberam elemosinam ab omni **Ch. Ch. B. 138 1182-9**

[1] As Reginald, son of Bernard, was alive in the year 1181 (Round, *Docs. in France*, p. 380), i. e. after Mar. 25, 1181, the date of this deed cannot be before Lent 1182. The land given was the half of a field consisting of thirty-five half-acre strips, which apparently ran east and west; if it was meadow, it may have been common to the two manors, and by this deed the whole is given to Oseney. The road by which the canons went to St. George's would be High Street in St. Thomas's, and from the end of High Street on the east to the river on the west is about 400 yards. The land that was given reached northward as far as Oseney road, i. e. what is now the high road to Botley. The land bounded by Botley road on the north, the *curia* of Oseney on the south, Hollybush lane on the east, and the river on the west, is about 17½ acres.

seruicio, saluo iure domini regis, pro salute sua & suorum & specialiter pro anima Reginaldi fratris mei; unde & ego hanc concessionem & confirmacionem meam eisdem canonicis facio specialiter pro anima predicti Reginaldi fratris mei, consilio & assensu Aanor matris mee & aliorum amicorum meorum. His testibus, Engelrammo de Bealreim, Bernardo Cachelu, Willelmo de Friwencurt, Uiuiano, Waltero de Westberi, militibus.[1]

1039.

[Thomas of St. Walery confirms the gift.]

Ch. Ch. B. 13 B. 137 1192–9

Sciant [&c.] quod ego Thomas de sancto Walerico pro salute mea & meorum & pro animabus antecessorum meorum concedo & presenti carta confirmo in liberam & perpetuam elemosinam ecclesie sancte Marie de Oseneia et canonicis [&c.] quicquid de feodo meo ad ecclesiam sancti Georgii de Oxeneford pertinet tam de dominiis meis quam de tenaturis hominum meorum, sicut carta Bernardi patris mei eis testatur. Preterea concedo eisdem canonicis & presenti carta confirmo medietatem decem & septem acrarum & dimidie in Oseneia quas pater meus eis dedit, sicut carta eius illis testatur. Hiis testibus, Hugone de Camberun, Roberto de Aumeri, Radulfo Hareng, Nigello decano, Stephano capellano de Harewelle, Milone presbitero de Horspade, magistro Sansone, Willelmo clerico, Rogero de Astel*es*[2] & Waltero & Otuello & Henrico & Philippo filiis eius.[3]

1040.

[Bishop Hugh authorizes the building of a chapel.]

A. 31 B. 86[v] 1189–91

Omnibus [&c.] Hugo dei gratia Lincolniensis episcopus salutem in domino eternam. Nouerit uniuersitas uestra dilectos filios nostros abbatem & canonicos de Oseneya quandam capellam de nostro assensu & uoluntate ante ianuam curie sue in fundo suo proprio

[1] With part of an equestrian seal.

[2] i. e. Asthall, Oxfordshire.

[3] With a seal different from any of those of Thomas of St. Walery given in the British Museum *Catalogue of Seals*, nos. 6408 to 6412, the legend being SIGILLV[M THOM]E DE SAC . . WALARICO; the reverse is a gem, SIGILLVM GALTERI DE SANCTO GALERICO ROTHOMAG' ARCHID[IACONI]. The deed is endorsed 'Carta Thome de sancto Walerico de sancto Georgio & terra in Oseneia, sed de sancto Georgio eiusdem alibi melius habemus'. The date must be before 1200, when Nigel the Dean died.

construxisse, ad hoc specialiter, ut in ea famulis & hospitibus suis, vel eciam parochianis suis in ipso confinio manentibus, cum commodum eis fuerit, diuina celebrentur. Et ne iidem fratres occasione huius oratorii iniustis vexacionibus aut exaccionibus in posterum fatigentur, decernimus ipsam capellam in perpetuum liberam esse a sinodalibus & gaudere omnibus immunitatibus quibus gaudet monasterium de Oseneya. Quod ut ratum habeatur & firmum, presenti pagina & sigilli nostri apposicione duximus roborandum. Hiis testibus, magistro Stephano cancellario Lincoln., magistro Rogero de Roluest[on], magistro Simone de Siwelle, magistro Gaufrido de Lechelad[e], Walkelino capellano nostro, magistro Ricardo de Eilesburi vicearchidiacono de Oxeneford, Nigello decano de Oxen' & multis aliis.[1]

1041.

[Pope Honorius confirms the chapel to Oseney.]

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati & conuentui de Oseneya, salutem & apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis, & honestis petencium precibus fauorem beneuolum impartiri. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinati, capellam sancti Thome cum pertinenciis suis sicut eam iuste & canonice ac pacifice possidetis uobis & per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, indignacionem omnipotentis dei & bonorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Da[tum] Laterani[2] &c.

A. 31
C. 73
1216–27

[1] The original, which was seen and copied by Wood in Ch. Ch. Treasury (Wood MS. D. 2, p. 501), is now lost. Wood remarks that it was endorsed 'Sancti Hugonis Lincolniensis episcopi de capella sancti Thome'; he himself assigned it wrongly to Bishop Hugh Wells. Twyne also saw the original (Twyne xxiii. 94). Stephen became chancellor of Lincoln in 1189, according to Le Neve; Roger de Rolveston became archdeacon of Leicester about 1191. It may be noticed that the bishop gives no name when he speaks of the chapel. The compiler of Cartulary A assumed that it referred to the chapel of St. Thomas, but the canons of Oseney, in 1520, took this deed to be the bishop's permission to build the chapel of St. Nicholas (see *Eynsham Cart.*, ii. 267). Wood (*City of Oxford*, ii. 116) says that Twyne saw at Christ Church a deed by which bishop Hugh authorized the canons to erect 'capellam sancti Nicholai ante januam curie sue', and refers to Twyne xxiii. 94, but the deed that Twyne gives is this deed, and is without the words *sancti Nicholai*. The chapel of St. Nicholas probably was *infra januam curie*.

[2] This deed occurs among the Papal bulls to Oseney (C. 73[v]), but without date.

1042.

[An agreement between Oseney and the archdeacon about the chapel of St. Thomas.]

B. 152v
1222

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. . . Cancellarius & . . Cantor Sar' & . . Prior de Alnbrebr[1] salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos litteras domini pape Honorii III in hec uerba suscepisse :—Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . Cancellario & . . Cantori Sar' & . . Priori de Anbrebr' Sar' diocesis salutem & apostolicam benediccionem. Querelam dilectorum filiorum abbatis & conuentus de Oseneya recepimus continentem quod archidiaconus Oxonie & [quidam] alii Lincolniensis diocesis ipsos indebitis exactionibus grauare presumunt co[ntra ius. Quare] discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus partibus conuocatis audiatis causam & appellatione remota fine debito terminetis, facientes [quod][2] decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerunt nominati si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili cessante appellatione cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Lateran' nonas Iulii pontificatus nostri anno sexto. Cum igitur auctoritate istarum litterarum inter abbatem & conuentum de Oseneya ex una parte & A.[3] archidiaconum Oxonie ex altera coram nobis lis moueretur super subiectione & subiectionis possessione capelle beati Thome de Oseneya & super archidiaconali iurisdictione & iurisdictionis possessione parrochianorum eiusdem capelle & super quoddam [*sic*] annuo redditu qui dicitur Letare Ierusalem, [tandem] lis inter eos mota coram nobis amicabiliter in hunc modum conquieuit, uidelicet quod capellanus qui in eadem capella deseruiet per dominum abbatem Oseneye ibidem constituetur. Qui quidem capellanus nec presentabitur archidiacono Oxonie, nec obedientiam ei prestabit nec capitula eius sequetur. Ueniet tamen bis in anno ad sinodum ipsius archidiaconi. Qui uero capellanus si deliquerit uel insufficiens fuerit per ipsum abbatem emendabitur ; et si forte super incontinentia uel aliquo crimine sit diffamatus fiet trina admonitio per interualla eidem abbati ex parte eiusdem archidiaconi quod excessum illum corrigat ; quem si forte corrigere non curauerit

July 7,
1222

[1] Amesbury, Wilts.
[2] Omitted in MS.
[3] Adam de sancto Edmundo. He became archdeacon early in 1222.

idem archidiaconus corriget. Preterea idem archidiaconus non exiget procurationem ratione uisitationis nec uisitationem uel sinodalia de predicta capella, sed quantum in se est ea remisit. Archidiaconus uero predictus habebit plenam iurisdictionem archidiaconalem in omnes parrochianos eiusdem capelle; [et si forte in aliquem parrochianorum sententiam suspensionis uel excommunicationis uel aliquam aliam tulerit, capellanus eiusdem capelle][1] sine difficultate eam exequetur. Post decessum uero eiusdem archidiaconi saluum erit ius abbatis & [conuent]us Oseneye in predictis rebus & archid[iaconi] Oxonie similiter [ita quod omnia] sint in eodem statu quo fuerunt ante dictam [litem motam] quoad possessionem & proprietatem, & quod nullum [preiudicium alterutri parti per istam com]positionem generetur. [Promiserunt etiam dicti abbas & conuentus Oseneye] bona fide [quod non impedient quantum in ipsis est nec procurabunt][2] quominus redditus qui dicitur Letare Ierusalem soluatur eidem archidiacono de ecclesiis eorum in archidiaconatu Oxonie sicut ante litere [*sic*] metam[3] [*sic*] solui consueuit. Hanc ita formam pacis firmiter & fideliter obseruandam partes prenominate hinc inde bona fide promiserunt super predictis impetratis quo ad uitam dicti A. archidiaconi penitus renuntiantes[4] [*sic*]. In huius rei robore testimonium [*sic*][5] de consensu partium ad eorum instanciam presentibus litteris sigilla nostra apposuimus. Valete.

1043.

[A second agreement.]

Compositio inter nos et A. de Sancto Edmundo archidiaconum Oxonie super subiectione capelle et paroch[ianorum] sancti Thome iuxta Oseneyam.[6] **B. 152r May 22, 1225**

[1] The scribe omitted the words in brackets, having lost his place; they are restored from the next deed.

[2] The missing words are restored from the next deed.

[3] 'lrē metā' probably the scribe misread 'litē motā' = litem motam.

[4] The scribe has omitted several words, such as 'in hiis omnibus privilegio fori &c.'.

[5] The original probably had 'robor et testimonium'.

[6] This heading, now illegible, is restored from Wood MS. D. 2, f. 399. He says, in the same volume (f. 500), that he saw in Ch. Ch. Treasury two similar deeds, one of the year 1236, between John, abbot of Oseney, and mag. Roger de Weseham, archdeacon of Oxford; 'testibus Willelmo priore Oseneye, et fratre Ada de Bernieres, canonicis Oseneye, magistris W. de Werministre, et Radulfo de Semplingham', endorsed 'ad tempus'; the second between John, abbot of Oseneye, and dominus J., archdeacon of Oxford, dated St. Agatha's day, 1240 [= Feb. 5, 124$\frac{0}{1}$]. He said the deeds seemed to be word for word the same. These deeds are now missing. Twyne xxiii. 98 adds that the former ended 'Acta sunt hec in ecclesia B. Petri versus Castrum in crastino sancti Nicholai A. D. 1236', and that the second differed in some points from the former.

Nouerint omnes ad quos presens scriptum peruenerit quod cum lis moueretur auctoritate domini pape inter dominum R. abbatem et conuentum Oseneye ex una parte & A. archidiaconum Osen' [*sic*] ex altera super subiectione capelle et capellani[1] sancti Thome de Oseneya et archidiaconi iurisdictione parochianorum eiusdem capelle, tandem per dominum R. de Heiles archidiaconum Lincolnie tunc domini Lincolniensis officialem de consensu partium mediatorem electum lis amicabiliter inter partes in hunc modum conquieuit :— uidelicet quod capellanus qui in eadem capella deseruiet per dominum abbatem Oseneye ibidem constituetur ; qui quidem capellanus nec presentabitur archidiacono Oxonie nec obedientiam ei prestabit nec capitula eius sequetur ; ueniet tamen bis in anno ad sinodum ipsius archidiaconi ; qui uero capellanus si deliquerit uel insufficiens fuerit per ipsum abbatem emendabitur, et si forte super incontinentia uel aliquo crimine fuerit diffamatus, fiet trina admonitio per interualla eidem abbati ex parte eiusdem archidiaconi quod excessum illum corrigat ; quem si forte corrigere non curauerit idem archidiaconus illum corriget. Preterea idem archidiaconus non exiget procurationem ratione uisitationis nec uisitationem vel sinodalia de predicta capella, sed quantum in se est ea remisit. Archidiaconus uero predictus habebit plenam iurisdictionem archidiaconalem in omnes parochianos eiusdem capelle. Et si forte in aliquem parochianorum sententiam suspensionis uel excommunicationis uel aliquam aliam tulerit, capellanus eiusdem capelle sine difficultate eam exequetur. Dictus etiam archidiaconus Lincolniensis [sponte sua promisit quod] diligenter & bona fide procura[bit, si potest, confirmationem huius compositionis per dominum episcopum, proviso quod tali confirmationi][2] archidiaconus Oxonie bona fide assensum prebebit & nullum impedimentum. Si autem ipsa confirmatio impetrari non poterit, durabit dicta compositio toto tempore istius archidiaconi Oxonie. Post cuius decessum saluum erit ius ipsius abbatis & conuentus Oseneye in predictis rebus & archid[iaconi] Oxonie similiter ; ita quod omnia sint in eodem statu quo fuerunt ante dictam litem motam quoad possessionem & proprietatem & quod nullum preiudicium alterutri parti per istam compositionem generetur. Promiserunt etiam dicti abbas & conuentus Oseneye bona fide quod non impedient quantum in ipsis est nec procurabunt quominus redditus qui dicitur Letare Ierusalem soluatur eidem archidiacono de ecclesiis

[1] 'capellarii', MS.
[2] Two whole lines are missing ; the words restored are nothing but a guess.

eorum in archidiaconatu Oxonie, sicut ante [litem motam] solui consueuit. Acta sunt hec apud Oseneyam in [capella] sancti Nicholai XI Kalendas Iunii anno ab incarnatione domini M° CC° XX° V° et signata sigillis predictarum partium & si[gillo] prefati domini archidiaconi Lincolniensis, presentibus Osberto priore Abbendonie, Henrico priore Oseneye, Willelmo de Kenefar, Simone de Brakele, Ric' cellarario, Adam de Bener' [*sic*], Willelmo de Derhm [*sic*] canonicis Oseneye, Willelmo decano Oxonie, W[illelmo] decano de Hasele, Gileberto decano de Icteheslepe, [ ] Helias de Heiles tunc capellanus archidiaconi Lincolniensis, [ ] Rich' tunc capellanus archidiaconi Oxonie, Walt[erus] de s[ancto] Edmunclinco [1] et alii.

1044.

[An agreement between the canons of Oseney and the parishioners of St. Thomas.]

Ch. Ch. Drawer 163 Jan. 20, 142$\frac{4}{5}$

Uniuersis Cristi fidelibus has litteras inspecturis ad perpetuam rei memoriam nos Henricus permissione diuina Cantuariensis archiepiscopus, tocius Anglie primas & apostolice sedis legatus, ad quem omnis & omnimoda iurisdiccio spiritualis & ecclesiastica in ciuitate & diocesi Lincoln' visitacione nostra metropolitica in eisdem adhuc pendente inexpleta dinoscitur notorie pertinere, innotescimus per presentes quod nos quandam composicionem indentatam inter religiosos uiros abbatem & conuentum monasterii de Oseneye dicte Lincolniensis diocesis, capellam sancti Thome martiris extra muros ville Oxonie in suos proprios usus optinentes, & inhabitantes parochiam sancti Thome predicti, parochianos eiusdem capelle appellatos, de & super quadam materia questionis super inuencione, ordinacione, emendacione missalis, calicis, uestimentorum & aliorum ornamentorum ad sacramenta & sacramentalia ministranda & alia diuina officia dicenda & exercenda inter prefatos religiosos viros & inhabitantes siue parochianos factam inspeximus in hec uerba :—Ad futuram pacem has litteras indentatas in scripturam redactas Cristi fideles uniuersi visuri vel audituri nouerint per presentes quod cum nuper in visitacione metropolitica reuerendissimi patris & domini Henrici dei gracia Cantuariensis archiepiscopi, tocius Anglie primatis, & apostolice sedis legati, ciuitatem & diocesim Lincoln' iure suo metro-

[1] Probably for 'Edmundo' or 'Edmundo clericus'. He was official to Adam de sancto Edmundo, the archdeacon (*Cart. Eynsham*, i. 306).

politico actualiter visitantis inter religiosos viros abbatem & conuentum monasterii de Oseneye dicte Lincolniensis diocesis capellam sancti Thome martiris uulgariter nuncupatam extra muros ville Oxonie in proprios usus optinentes ex parte una & inhabitantes parochiam sancti Thome predicti parochianos eiusdem capelle appellatos ex parte altera de & super inuencione, ordinacione, emendacione missalis, calicis, uestimentorum ac aliorum ornamentorum ad sacramenta & sacramentalia ministranda & alia diuina officia dicenda & exercenda in eadem fuerit & sit mota materia questionis, prefate tamen partes de consilio & assensu iurisperitorum eis assistencium plurimorum quandam composicionem pro bono pacis & concordia ac pro eorum utriusque utilitate non modica & quiete sub forma que sequitur inierunt & pro se & eorum successoribus conquieuerunt & finaliter concordarunt in hunc modum :—in primis predicti abbas & conuentus non ex debito sed ex gracia & liberalitate suis concedunt dictis inhabitantibus siue parochianis hac uice dumtaxat propter eorum indigencias euidentes quod ipsi ordinabunt, reparabunt & emendabunt missale, calicem, uestimenta & cetera ornamenta quecunque necessaria, prout decet & conueniens est altari in capelle cancello situato huiusmodi ad diuina celebranda & sacramenta siue sacramentalia ministranda ad usum ipsius altaris haberi & exhiberi quodque predicti inhabitantes siue parochiani aut eorum successores hac occasione quouis exquisito colore seu alia quacunque uia directe vel indirecte ab ipsis religiosis viris, eorum successoribus, seu eorum monasterio ordinacionem, reparacionem, inuencionem & sustentacionem missalis, calicis, uestimentorum & ceterorum ornamentorum iure & nomine capelle & altaris predictorum extunc deinceps post primam vicem predictam non petent seu vendicabunt seu petere seu vendicare facient seu fieri procurabunt, sed ipsi de cetero extunc pro se & successoribus suis onus reparacionis, inuencionis, ordinacionis & emendacionis librorum, calicis, uestimentorum & ceterorum ornamentorum quorumcunque ad usum dictorum capelle & altaris necessariorum suis propriis expensis subibunt imperpetuum & recognoscent, quodque eciam parochiani predicti & successores sui uestimenta omnia, calices, libros & cetera ornamenta quecunque supradicta & in futurum ad usum dictorum altaris & capelle ordinanda sub sua custodia, & sicut pro eisdem sub eorum periculo cauere & respondere uoluerint, saluo custodient & seruabunt, seruari custodiriue facient eorum propriis sumptibus & expensis. Subieceruntque partes predicte pro se & successoribus suis examini, correccioni & districcioni

nostris & successorum nostrorum ac, pro tempore uacacionis, capituli ecclesie nostre Cantuariensis & cuiuslibet iudicis ecclesiastici ut liceat eis & cuilibet eorum tociens quociens pro eorum uoluntate ipsos ad premissa omnia & singula seruanda summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii per quascumque censuras ecclesiasticas compellere & cohercere ; renunciaueruntque partes predicte & eorum quilibet hinc inde pro se & successoribus suis omni excepcioni doli mali, fraudis ac circumuencionis & decepcionis cuiuscunque ac omnibus excepcionibus iuris & facti ac cauillacionibus, defencionibus [*sic*], & cautelis quibuscunque per quos siue per que premissa uel eorum aliquod poterint seu poterit quomodolibet impediri vel differri & presertim iuri dicenti generalem renunciacionem non ualere nisi precedat specialis. Et quia huiusmodi composicio realis sine assensu & uoluntate superioris, cuius interest, minime fieri poterit, prefate partes cum omni humilitate qua decet citra festum Purificacionis beate Marie proximo futurum superiori, ad quem iurisdiccio in hac parte pertinet, supplicabunt & diligenciam effectualem facient & procurabunt, ut presens composicio robur realitatis habeat quatinus ad omnia & singula & alia quecunque necessaria presenti composicioni confirmande & perpetuo firmande, suam auctoritatem apponere dignetur realiter & cum effectu. In cuius [&c. alternate sealing], & parochiani predicti quia sigillum autenticum non habuerunt sigillum Officialis archidiaconi Oxonie apponi procurauerunt. Et ego Willelmus Dymond, Officialis archidiaconi suprascripti, ad specialem & personalem rogatum dictorum inhabitancium siue parochianorum sigillum officii mei duxi presentibus apponendum. Dat' Oxonie XVII die mensis Ianuarii anno domini M CCCC XXIIII. Post cuius quidem composicionis inspeccionem per nos diligenter factam & ipsius examinacionem, fuit per partes predictas nobis supplicatum quatinus ad robur perpetue firmitatis & realitatis eiusdem ipsam iuri consonam decernere & in utilitatem dicti monasterii & capelle ac parcium predictarum tendere manifeste declarare ac eandem composicionem acceptare, approbare, ratificare, roborare & confirmare & realem decernere dignaremur. Nos igitur auditis & intellectis meritis & circumstanciis negocii antedicti, quia inuenimus prefatam composicionem ad bonum pacis perpetue parcium predictarum & utilitatem monasterii & capelle predictorum tendere manifeste eandemque iuri consonam nichilque obuiare de canonicis institutis quare ad confirmacionem siue ratificacionem ipsius procedere minime debeamus idcirco Cristi nomine inuocato predictam composicionem & omnia

contenta in eadem uocatis in hac parte uocandis iure acceptamus & ipsam iuri consonam in utilitatem predictorum monasterii & capelle tendere decernimus & declaramus ac auctoritate nostra metropolitica eandem composicionem validamus, roboramus, ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac robur realitatis & perpetue firmitatis de consensu omnium & singulorum quorum interest habere decernimus futuris temporibus in hiis scriptis. In cuius [&c. sealing]. Dat' apud Lamehithe vicesimo die mensis Ianuarii anno domini M CCCC XXIIII et anno nostre translacionis undecimo.

24. Land for a Road.

This is the beginning of the Botley Road. Both Oseney abbey and the lord of North Oseney had land to the west of what is now Oseney Bridge, and would be glad to have a causey to the ford.

1045.

[Thomas of St. Walery gives land for a road.]

N. Osen. 10 B. 98 B. 137 C. 1210

Sciant [&c.] quod ego Thomas de sancto Walerico dedi [&c.] deo et ecclesie beate Marie de Oseneia & canonicis [&c.] pro me & uxore mea & pro animabus patris et matris mee & omnium antecessorum meorum in puram & perpetuam elemosinam duas selliones terre[1] ad quandam uiam faciendam apud North Osen' iuxta fossatum terre predictorum canonicorum quam Bernardus pater meus illis dedit, simul cum roseio,[2] quod est inter uadum quod uocatur Wereford[3] & terram canonicorum,[4] uia longitudine se extendente a uado prefato usque ad domum Galteri le Lingedraper[5]; uadum etiam quod iuris mei consistit & in utraque parte ascensionem & descensionem absque dampno prati mei. Et sciendum est quod ego condonaui canonicis prenominatis firmam sex denariorum, si tantum de predicta terra fuerit soluendum; et si aliquid ultra illos sex denarios fuerit soluendum, illud reddent annuatim scaccario meo ad festum sancti Michaelis.

[1] As the road is 400 yards long, it is probable that the two *selliones* were end to end, and the strip was 16½ feet wide.

[2] In the English version of the Oseney Cartulary this is rendered 'roses path'; Wood suggests 'rushes bed'; Ducange gives *rosetum*, *roseria*, and *rosia* as meaning a bed of reeds, *arundinetum*.

[3] This must have been where now is Oseney Bridge.

[4] This was probably Fulling-mill Ham, which is separated from the Botley road by a stream.

[5] No doubt in Hollybush Row. Perhaps he is the same as Walter de Oseney of no. 1048.

Hanc uiam cum supradictis prefatis canonicis concedo tenendam de me & heredibus meis libere & quiete, bene & pacifice in perpetuum sine uexacione. Et ut hec mea [&c. sealing], hiis testibus, domino Ada abbate de Bethlesdene, Radulfo Hareng senescallo meo, Willelmo de Leukenor, Nigello de Peri, Willelmo de Pichecote clerico, Ada Portario de Oseneia, Rogero de Lancport, Luca de Oseneia, Iohanne de Bertone, Radulfo de Cauersham & multis aliis.[1]

25. Land for a Causey towards Hincksey Ferry.

This deed, which was copied by Twyne but is no longer in existence, seems to describe the north end of the road to Hincksey Ferry. Oseney Abbey grants to the owner of the ferry a half-acre strip of meadow running southwards from the causey, now Botley Road. What is called Hithe Bridge in this document is not the ordinary Hithe Bridge but what we call Oseney Bridge. In the Dean's Register, p. 93, there is a summary of this deed showing that it concluded with an agreement by John Heyns to grant to the canons and their servants free passage at the ferry 'in cimbis, batellis sive bargiis' without any payment; also that there was another deed of the same date by which John Heynes agreed that the abbot and convent might deposit at the south side of the ferry any goods they chose, and that he would convey them to Oseney (apparently by water) free of charge except that he would receive food and drink at Oseney. No doubt the owner of the ferry made this new causey not from love of the public but to attract business to the ferry which belonged to him. It may be that some of those going westward were beginning to use a track which ultimately developed into Botley causey; if a raised road was made towards Hincksey, all wheeled traffic, and in time of flood all other traffic, would be drawn to the ferry.

1046.

[Oseney grants a strip of land to John Heyns to make a road.]

Hec indentura facta inter religiosos uiros Iohannem Walton permissione diuina abbatem monasterii beate Marie Oseneye et eiusdem loci conuentum ex parte una et Iohannem Heyns[2] de Laurence Henxsey in comitatu Berks, tenentem, occupantem et possessorem **Twyne 23. 79 Mar. 1, 1465**

[1] Seal, pointed oval, 1¼ inches by ⅞ inch, broken, a branch; the inscription ends . . . ALER'.

[2] He is found in *Snappe*, pp. 245 and 250, as holding the ferry at Hincksey.

hythe, riuagii siue passagii de Henxsey vocati Henxseyhithe ex parte altera, testatur quod predictus abbas concessit pro se et successoribus suis prefato Iohanni quod ipse, heredes et assignati sui, tenentes, occupatores siue possessores hithe, riuagii siue passagii predicti et aliorum terrarum et tenementorum ipsius Iohannis Heyns in Henxsey predicta, in quadam pecia terre siue prati eorundem abbatis et conuentus iacente retro Oseneyam, continente in longitudine xxx perticas et dimidiam, per perticam xvi pedum et dimidii, et in latitudine xxxii pedes, que quidem pecia terre siue prati extendit in longitudine a quodam loco uocato Kyngesswathe ex parte australi usque calcetum lapideum siue uiam que ducit a ponte uocato Hithebrigge alias dicto Osneybrigge uersus occidentem ex parte boreali, fodere et quandam uiam siue quoddam calcetum ducentem uersus hitham, riuagium siue passagium predictum pro quibuscunque personis tam pedestribus quam equestribus per totam parcellam terre siue prati predictam usque hytham, riuagium siue passagium predictum illud transeuntibus et ab eodem diuertentibus facere, erigere, sustentare & manutenere possint, perpetuis futuris temporibus duraturum. Concesserunt etiam predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis eidem Iohanni Heyns quod si contingat eosdem abbatem & conuentum uel eorum successores in solo suo apud le Brokenheys iuxta Oxoniam pro arena inde habenda fodere in futurum ex tunc bene liceat prefato Iohanni Heyns, heredibus & assignatis suis in predicto solo uocato Brokenheys fodere & arenam inde pro reparacione & emendacione calceti siue uie predicte quotienscunque necesse fuerit capere, asportare et per dictum pontem uocatum Hythebrigge alias dictum Oseneybrigge usque calcetum predictum cariare libere & impune absque contradictione aliquali in perpetuum &c. Dat' primo die Martii anno regni regis Ed. IV sexto.

26. Gifts of Roger Comenore.

The rent collector passed from St. Thomas's northward along the street which led from Oseney to Rewley, on the east side of which were several small tenements which had been given to Oseney by Roger de Comenore. We have deeds of two of his grants, but probably there was a third as well. The plans of the tenements of Christ Church, which were made in 1829, show three chief holdings, one on the south side of Hithebridge street, extending to the river on the east; then adjoining it on the south a large property, covering an acre, and reaching also to the

river; it was through this property that the new road was made in 1771; then, lastly, was a detached property further to the south which did not extend eastward as far as the river. Roger de Comenore seems to have obtained these properties from Henry de Crokesford, Thomas son of Elias, and Henry Wirile respectively.

1047.

[Claremunda, widow of Henry Wirile, quitclaims to Oseney her husband's land.]

Sciant presentes & futuri quod ego Claremunda relicta Henrici Wirile in mea viduitate ac ligia potestate dimisi, concessi & omnino quietum clamaui abbati Oseneye & eiusdem loci conuentui & eorum successoribus totum ius & clamium quod habui uel habere potui nomine dotis vel aliquo alio modo in illo mesuagio cum pertinenciis suis quod Rogerus de Comenore habuit ex vendicione dicti Henrici quondam viri mei, quod situm est in Northosen' in suburbio Oxonie: habendum & tenendum dictis abbati & conuentui & eorum successoribus sine aliqua reclamacione mei vel alicuius ex parte mea hereditarie inperpetuum. Pro hac autem dimissione, concessione & quieta clamacione dederunt michi predicti abbas & conuentus dimidiam marcam argenti pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Iohanne Culuert, Thoma de Sowi tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Iohanne Sewi, Willelmo de Woddestone, Paulino de Creditone & aliis. **O. C. 539 Mich. 1284–Mich. 1285**

1048.

[John Billuc grants a croft, pasture, and meadow to Dionisia, daughter of Walter of Oseney.]

Notum[1] sit presentibus & futuris quod ego Iohannes Billuc concessi & dimisi & liberaui Dionisie filie Walteri de Oseneia totam terram meam in Oseneia, scilicet croftum & pratum & pasturam, quicquid ibi habeo, illi & heredibus suis, habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere & quiete & ita integre, sicut ego tenuerim de [domino] meo Thoma de sancto Walerico, reddendo inde annuatim capitali domino, illa & heredes sui pro me **O. C. 4 c. 1200**

[1] The mention of meadow and pasture in Oseney held of Thomas de St. Walery suggests that this deed is about the large holding which was subsequently the Holly Bush; it had a meadow on the east side.

& heredibus meis uiginti sex denarios ad quatuor terminos anni pro omnibus seruicio uiz. [June 24, Sept. 29, Dec. 21, & Mar. 25], et insuper michi & heredibus meis illa & heredes sui unum denarium annuatim ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni seruicio michi & heredibus meis pertinente in recognicione illius feodi. Et ego [&c. warranty]. Et pro concessione mea & dimissione mea & liberatione & warentizacione mea predicti tenementi habendi & tenendi sicut prediuisum est, prenominata Dionisia dedit michi duas marcas argenti de recognicione. Et quia uolo [&c. sealing], hiis testibus, Clemente de Osenaia, Willelmo filio Roberti, Willelmo clerico de Osenaia, Waltero Halgot, Roberto Piscatore, Waltero genero Clementis, Thoma & Helia filiis Walteri, Willelmo filio Eilnodi, Philippo Halgot, Philippo filio Roberti molendinarii, Willelmo de Butte & pluribus aliis.

1049.

[Thomas le Lingedraper grants his land to Roger de Comenore.]

Ch. Ch. Mich. 1261–Mich. 1262

Sciant [&c.] quod ego Thomas filius Elie le Lingedraper de Osen' dedi [&c.] Rogero de Comenor clerico & heredibus suis uel suis assignatis totum ius meum de terra que iacet inter terram El[ie] de la Wike & quandam uiam que se tendit ad quoddam curtilagium & ad quasdam insulas;[1] habendum & tenendum totum predictum ius de predicta terra cum pert. quod aliquo modo habui uel habere potui predicto Rogero & heredibus suis & cuicumque uel quibuscumque illud dare, uendere, legare uel inuadiare uoluerit sine aliquo retinemento michi uel heredibus meis; ita tamen quod nec ego Thomas nec heredes mei nec aliquis nomine meo aliquid iuris de predicta terra cum pert. exigere amodo possumus; reddendo inde predictus Rogerus & heredes uel sui assignati redditum debitum & consuetum, qui pro predicta terra cum pert. reddi debet. Pro ista autem donatione [&c.] dedit michi dictus Rogerus uiginti solidos pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace, Nicholao de Kingestone tunc maiore Oxon', Iohanne Pady, Willelmo de Ho prepositis eiusdem uille, Henrico Gamage, Willelmo Wyting, Henrico de Crokesford, Iohanne de la Stappe, Luca de Osen', Roberto Forn, Willelmo de Wodestok & multis aliis.

[1] The curtilage and the islands were the land which belonged to this holding at its east end.

1050.

[Roger de Comenore grants the tenement to Oseney.]

Sciant [&c.] quod ego Rogerus de Cumenore clericus pro mea & meorum salute dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya & domino Ricardo abbati [&c.] illud tenementum in North Oseneye cum insulis & aliis pert. suis, quod habui de dono Thome filii Elye le Lingedraper; quod quidem tenementum iacet inter terram Henrici de la Wyke & terram Alicie le Lingedraper & extendit a strata publica usque ad filum Tamisie,[1] tenendum & habendum dictis ecclesie & Canonicis & eorum successoribus in puram & perpetuam elemosinam, quantum ad me & heredes meos pertinet; reddendo inde capitalibus dominis feodi seruicium debitum & consuetum. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Rogero le Sauser, Willelmo Wytinc, Iohanne de Sybbeford, Luca de North Osen', Iohanne ad Stappe & aliis. **Ch. Ch. Mich. 1265–Mich. 1266**

1051.

[Robert, son of Hugh the Mason, grants and quitclaims a messuage to Henry de Crokesford.]

Sciant [&c.] quod ego Robertus filius Hugonis le Macun de Northoseney concessi, dimisi & quietum clamaui pro me & heredibus meis in perpetuum Henrico de Crokesford & heredibus suis uel suis assignatis, totum ius quod habui uel habere potui in quodam messuagio cum pert. suis quod iacet inter messuagium quod fuit Hugonis patris mei ex una parte & terram Nicholai Braban ex altera, in parochia sancti Thome martiris in suburbio Oxon'; habendum & tenendum pre me & heredibus meis in perpetuum cum toto iure quod habui uel habere potui in dictum messuagium cum pert. suis dicto Henrico & heredibus suis uel suis assignatis, libere, quiete, integre, pro omni seruicio, & consuetudine, & demanda. Et propter istam concessionem [&c.] dedit michi dictus Henricus unam marcam argenti in gersummam. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace tunc maiore Oxon', Galfrido Aurifabro, & Ricardo filio Nicholai tunc balliuis, Willelmo Wytinge, Henrico de Gamages, Luca filio Alani, **S. Thomas 13 Mich. 1260–Mich. 1261**

[1] The holding extended from Holly Bush Row on the west to the backwater on the east.

Iohanne de Stappe, Philippo Burg[eis], Willelmo Fabro & aliis multis.[1]

1052.

[Henry de Crokesford grants land to Roger de Comenore.]

Ch. Ch. March–Sept. 1261

Sciant [&c.] quod ego Henricus de Crokesforde dedi, concessi & quietum clamaui pro me & heredibus meis sine aliquo retenemento Rogero de Comenor clerico totam illam terram cum pert. suis, quam emi de Ioya, que fuit uxor Hugonis le masun, in Oseneya in suburbio Oxonie; habendam & tenendam totam predictam terram cum pert. suis predicto Rogero & heredibus suis uel suis assignatis adeo libere & quiete sicut ego dictus Henricus eam emi; reddendo pro dicta terra prout continetur in carta confecta inter predictam Ioyam & dictum Henricum. Pro ista autem donatione [&c.] dedit michi dictus Rogerus uiginti solidos pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Coleshulle, Ricardo filio Nicholai prepositis Oxon', Henrico Inge, Galfrido Aurifabro, Willelmo Wyttinge, Iohanne de la Stappe, Luca de Northoseneye, Nicholao de [Wes]ton, Roberto Forn, Willelmo Attehuthe, Willelmo de Wodestoke, Willelmo Kint, Roberto Attebrughende, Willelmo Medward & multis aliis.[2]

1053.

[Roger de Comenore grants the land to Oseney.]

S. Thomas 13 b Mich. 1265–Mich. 1266

Nouerint uniuersi quod ego Rogerus de Comenore clericus dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Osen' & domino Ricardo abbati [&c.] terram illam cum edificiis & aliis pert. in Northosen', quam habui de dono Henrici de Crokesford, que aliquando fuit Ioye uxoris Hugonis cementarii, & iacet inter terram que fuit dicti Hugonis ex una parte & terram quam Nicholaus Braban tenuit ex altera; tenendam & habendam dictis ecclesie, abbati & canonicis & eorum successoribus de me & heredibus meis in puram & perpetuam elemosinam. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Rogero le Sauser tunc balliuis, Willelmo Whitync, Luca de North Osen', Iohanne de Sybbeford, Iohanne ad Stappe, Ric[ardo] le porter, Roberto le Forn & aliis.

[1] Endorsed *de terra uersus nouum pontem in Northosen'*.

[2] An endorsement in the original hand says *uersus nouum pontem.*

1054.

[Oseney leases to William Elys the sixth tenement of Roger Cumnor.]

This indenture made the xiii^th^ day of october the thyrtie yere of the reigne of oure sovereigne lorde kyng Henry the viii^th^ betwene the reverend father in god Robert byshoppe of Reonens', abbot, commendatory of the monastery of Osney, & the Couent of the same place on the oon partie & Wyllyam Elys seruant of the said monastery on the other partie, wytnessyth, that the said abbot & Covent have dimysed and to ferme lett to the said Wyllyam Elys & his assignes a tenement of theirs lyeng in the paryshe of saynt Thomas in the subarbs of Oxford, cawled the syxte tenement of Roger Cumnar, late in the holde of Wyllyam Stryngar, sytuate & beyng in northe Osney, commynly namyd Ruley lane, with a close & garden yarde & all other commodities therunto longyng : to have & to hold to the said Wyllyam & his assigns from the feast of the Nativity of our lord god next cummyng to the ende and terme of threscore yeres and one ; yeldyng & payng therfor yerly to the said abbot & Couent x s. at iiii usual termes in the yere, that ys to say [ii s. vi d. Mar. 25, June 24, Sep. 29, Dec. 25]. [The tenant shall pay for all necessary repairs, except 'great timber', which the owners will provide.] And further the said abbot & Couent graunteth to & with the said Wyllyam Elys, that he & his assignes shall have all manner of topps & lopps of all trees pertenyng to the close & garden yarde of the sayd tenement except appull tries & plume treis. [The owners may distrain for the rent.] Gevyn in the chapter howse of the said monastery the day & yere aforesayd. **Ch. Ch. Oct. 13, 1538**

27. Land for Hithebridge Road.

This deed implies that Hithebridge was built before 1205. Although the land is said to reach to the *filum aque Tamisie que currit ad molendinum*, perhaps it reached only to the backwater. The few yards between the two streams seem to have been acquired from the lord of the manor, and the rentals of 1317 and 1324 record that Oseney paid 6*d.* a year *communitati de Northoseneye pro insula iuxta le Huydbrugge.*

1055.

[Alan of North Oseney grants land to Oseney.]

North-osen. 9 before Apr. 1205

Sciant [&c.] quod ego Alanus de North Oseneya dedi [&c.] deo

& ecclesie sancte Marie de Osen' & Hugoni abbati [&c.] totam placiam meam cum pert. quam habui in North Osen', que incipit a filo aque Tamisie, que currit ad molendinum iuxta castellum Oxonie, & se extendit in longitudine usque ad uiam & cursum aque,[1] que ducunt uersus capellam sancti Thome martiris; que quidem placia continet ubique in latitudine triginta duos pedes regales. Hanc quidem placiam cum libero introitu & exitu & libera communa mea dictis ecclesie & canonicis in puram & perpetuam elemosinam dedi & concessi cum omnibus pert. suis, ad faciendum inde quicquid eis placuerit. Et ego [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo Anketil, Turald le Cordwaner, Gileberto Burewold, Lambard le Cordwaner, Hugone filio Roberti, Hugone Aurifabro, Laurentio Godescalc & aliis.[2]

28. Rewley.

The Oseney Cartulary tells us little about the relations with Rewley abbey, nor is there any Cartulary of Rewley to help us. But the Cartulary of Thame abbey, which was the mother house of Rewley, supplies two deeds. In the time of abbot John Bucklond (1403–30) *facta est compositio inter nos et Regalem Locum* (E.H.R. xxxiii. 500), but it has not been found.

1056.

[The abbeys of Oseney & Thame refer their dispute about the foundation of Rewley to the bishop of Lincoln.]

Ch. Ch. 1281

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint frater R. abbas de Thama et eiusdem loci conuentus ordinis Cisterciensis Lyncolniensis diocesis salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra quod cum inter nos nomine nostro et ordinis nostri Cisterciensis ex parte una & abbatem et conuentum Oseneye capellam beati Thome martyris Oxonie in proprios usus obtinentium ex altera super episcopali benedictione aree de Northosney infra parochiam dicte capelle monachis ordinis nostri ibidem in perpetuum deo seruituris nuper per nobilem uirum dominum Edmundum comitem Cornubie in puram et perpetuam elemosi-

[1] i. e. the conduit running south from Rewley.

[2] Endorsed *carta Alani de North Osen' de uia ad nouum pontem.* This deed must be a copy of the original, for the handwriting cannot be earlier than 1250.

nam concesse et collate coram venerabili patre domino Oliuero dei gracia Lyncolniensi episcopo diocesano controuersia suborta fuisset, super eo quod nos abbas de Thame pro nobis et nostris prefate aree pro monasterio ibidem construendo munus benedictionis a dicto patre peteremus impendi, dicti abbas et conuentus Oseneye huiusmodi benedictionem aree predicte impendi non debere firmiter asserebant, allegantes & instanter proponentes huiusmodi benedictionem in magnum sui monasterii necnon et capelle sue enorme preiudicium et grauamen ex multis et variis causis coram officiali domini archidiaconi Oxonie per dictum patrem ad hoc specialiter deputato propositis, tum racione iuris parochialis quod dicti canonici a dicto loco et ipsius inhabitatoribus prius habebant, tum racione priuilegii eisdem a sede apostolica concessi quod nullus possit capellam uel oratorium infra parochiam suam sine diocesani et eorum consensu de novo construere, tum racione vicinitatis locorum, inundacionis aquarum per elevacionam dicte aree et aliis causis variis prout in dictis racionibus exhibitis dicto patri plenius continetur; tandem post varias altercaciones nos, litis amfractus amicabiliter euitare volentes, pro bono pacis et favore religionis hinc inde pro nobis ac aliis de dicto ordine Cisterciensi, quorum interest vel interesse poterit predicta fieri, pure, sponte et simpliciter, alte et basse super plena indemnitate dictis canonicis Oseneye pro dampnis omnibus que occasione ingressus nostri vel aliorum eiusdem ordinis in aream predictam in parochia predicta, vel occasione benedictionis eiusmodi possunt accidere quoquomodo in hac parte prestanda, in omnibus et singulis premissis ac omnia premissa seu eorum aliquod qualitercumque contingentibus laudo, diffinitioni, pronuntiationi, seu ordinacioni patris predicti, non obstantibus priuilegiis generalibus seu specialibus cuiuscumque tenoris existant nobis seu ordini predicto communiter uel diuisim a sede apostolica uel aliunde concessis, submisimus et tenore presentium submittimus, ratum habituri et firmum et promittentes sub pena ducentarum librarum argenti nos curaturos & facturos cum effectu quod monachi nostri ordinis ibidem deo seruituri & alii eiusdem ordinis quorum interest vel interesse poterit ratum habebunt & firmum quicquid pater predictus sine strepitu, figura vel ordine iudiciali, die seruato vel non seruato, laudauerit, diffinierit, pronunciauerit seu ordinauerit in presentia partium vel absentia, si earum alterutra ad terminum assignatum non venerit, in premissis seu aliquo premissorum subicientes nos compulsioni, cohercioni & districtioni dicti patris & successorum suorum quod ad huiusmodi laudi, diffini-

cionis, pronunciacionis seu ordinacionis obseruacionem & dicte pene solutionem, quociens & quando eam committi contigerit, nos per suspensionis, excommunicacionis seu interdicti sententias ac aliam quamcumque censuram ecclesiasticam de plano & sine strepitu, figura & ordine iudiciali possint compellere, non obstantibus dictis priuilegiis seu aliis quibuscumque priuilegiis, indulgenciis, seu beneficiis a iure vel principe aut alio quocumque, et omnibus aliis beneficiis nobis concessis vel concedendis, que nobis prodesse poterunt & huic facto obesse, quantum ad submissionem, ordinacionem & compulsionem predictas vel aliqua alia de predictis quibus omnibus & singulis specialiter & expresse renunciamus in hiis scriptis; que omnia fideliter obseruare & in nullo contrauenire, aliam uel maiorem securitatem prestare vel facere, qualem & quantam dictus pater voluerit ordinare per sollempnem stipulam, necnon in verbo veritatis & sacerdocii, iuramus et promittimus per presentes. Et nos frater W., miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus, quantum ad formam, vim et effectum submissionis, caucionis, securitatis & obligacionis, super omnibus dampnis supradictis, occasione aliquorum de predictis nobis prestande, laudi, diffinicionis, pronunciacionis seu ordinacionis predictarum memorati patris ordinacioni sub omni, eo modo quo dicti abbas & conuentus de Thama superius promiserunt, in omnibus et singulis quatenus premissa nos contingunt seu contingere poterunt & ad forum ecclesiasticum de iure canonum spectare noscuntur tenore presencium versa vice submittimus per presentes, que omnia fideliter & constanter obseruare & in nullo contrauenire in forma in personis dictorum abbatis & conuentus de Thame prenotata promittimus & iuramus. In quorum omnium fidem & testimonium presentibus in modum cyrographi confectis sigilla nostra alternatim sunt appensa. Dat' &c.[1]

1057.

[The abbey of Thame promises to Oseney a yearly payment of 36 s. 8 d.]

O. C. 564 Aug. 15, 1281

Uniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, frater Ricardus abbas de Thame, & eiusdem loci conuentus Cisterciensis ordinis salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra quod

[1] This is not an original; it has no seal, nor is it an indenture; it is a contemporary copy.

cum nos unanimi consensu & voluntate nostra religiosis uiris abbati & conuentui de Oseneya pro recompensacione dampnorum que sibi per subtraccionem seu retencionem decimarum personalium & ortorum & aliarum minutarum decimarum t[antu]m hactenus acciderunt seu accidere poterunt in futurum occasione ingressus nostri seu aliquorum de ordine nostro in aream de Northoseneya infra parochiam dictorum canonicorum per nobilem uirum dominum Eadmundum comitem Cornubie pro monasterio ibidem construendo monachis nostri ordinis imperpetuum deo seruituris ibidem sub certis finibus & terminis designatis iam concessam & collatam, triginta sex solidos et octo denarios annui redditus in loco competenti & sibi utili temporibus perpetuis pro nobis & aliis omnibus ordinis nostri ibidem habitantibus uel habitaturis fideliter promisissemus, quia in instrumento nostro inde confecto tantum de triginta solidis annui redditus per omissionem fecimus mencionem, uolentes agnoscere bonam fidem & omnia secundum quod conuenit fideliter adimplere, annuum redditum residuorum sex solidorum & octo denariorum eisdem abbati & conuentui Oseneye unanimiter concedimus, & nos ac omnes alios ordinis nostri ibidem deo seruituros, ac nostros & ipsorum omnium successores coniunctim & diuisim ad prestacionem eiusdem annui redditus sicut & superioris triginta solidorum in loco competenti & sibi utili faciendam tenore presentium obligamus, uolentes & consencientes quod hoc ipsum uenerabilis pater dominus Oliuerus dei gracia Lincolniensis episcopus pronunciet ordinando. Ad quam ordinacionem & pronunciacionem super omnibus & singulis predictis audiendam, admittendam & ratificandam, & ulterius in negocio tam benedictionis aree predicte a dicto domino episcopo petite, quam ordinacionis per ipsum faciende etiam in animas nostras iurandum & quicquid nos si presentes essemus facere possemus faciendum, dominum Warinum abbatem de Gracia Dei procuratorem nostrum facimus & ordinamus. Pro eodem etiam rem ratam haberi & iudicatum solui sub ypotheca rerum nostrarum exponimus cauciones, attento tamen quod si dictus dominus comes Cornubye uel ad instanciam nostram seu motu suo proprio quamdam peciam terre iuxta capellam de Frees,[1] quam Walterus de Crocford aliquando de dictis canonicis pro dimidia marca per annum tenuit, prefato Waltero quiete & pacifice restituat in futurum, seu predictus dimidie marce annuus redditus ad manus dictorum abbatis & conuentus Oseneye per impetracionem dicti Walteri seu alio quoquo[2] modo iure pristino

[1] A wayside chapel between Woodstock and Oxford. [2] quoque, MS.

reuertatur, quod tunc ad prestacionem eiusdem annui redditus dimidie marce predictis canonicis nullatenus teneamur, annuo tamen triginta solidorum redditu supradicto manente nichilominus semper saluo quousque in loco competenti ad utilitatem dictorum canonicorum in comitatu Oxonie tantumdem annui redditus dictis canonicis racionabiliter prouiderimus, ita tamen quod pro annuo triginta sex solidorum & octo denariorum redditu memorato nullam vendicare nobis uel allegare possimus immunitatem seu quietanciam contra predictos canonicos uel ipsorum successores de locis & terris infra parochiam suam per nos aut successores nostros decetero adquirendis ; que omnia & singula fideliter obseruare, & nichilominus omnimodas maiores decimas prediales bladi garbarum & feni de terris & pratis a nobis seu aliis quibuscumque ordinis nostri in parochia predicta canonicorum Oseneye hactenus adquisitis & deinceps adquirendis predictis canonicis & eorum successoribus seu procuratoribus cum omni integritate sine fraude & difficultate qualibet fideliter persoluere, nisi cum eisdem canonicis de eorum uoluntate possimus super ipsis decimis racionabiliter componere, & in nullo horum omnium unquam de decetero contravenire, in uerbo ueritatis & sacerdotii pro nobis ac aliis quibuscumque ordinis nostri infra aream predictam de Northoseneya decetero habitaturis & nostrum omnium successoribus fideliter promittimus & iuramus ; subicientes nos omnes & singulos nostrum ac omnia bona nostra in diocese Lincolniensi ac omnes alios ordinis nostri ibidem deo seruituros ac nostros & ipsorum omnium successores coniunctim & diuisim iurisdiccioni & cohercioni dicti patris & successorum suorum, ut ipsorum quiuis quociens forsan fidem fefellerimus in aliquo de predictis, possit nos statim visa presenti littera, de plano & sine strepitu seu figura & ordine iudiciali de die in diem per interdicti, suspensionis & excommunicacionis sententias ac bonorum nostrorum sequestracionem compellere ad plenam obseruacionem omnium predictorum, scilicet solucionis annui redditus triginta sex solidorum & octo denariorum in forma predicta, necnon & solucionis maiorum decimarum predialium bladi garbarum & feni de terris adquisitis & adquirendis in forma predicta, non obstantibus priuilegiis seu indulgenciis generalibus seu specialibus cuiuscumque tenoris existant nobis seu ordini nostro communiter uel diuisim a sede apostolica uel aliunde concessis seu concedendis ; quibus omnibus ac aliis excepcionibus & omni supplicacioni & beneficio in integrum restitucionis, appellacionibus, prouocacionibus, defensionibus & remediis

uniuersis, quibus nos forsan contra premissorum aliqua tueri possemus, specialiter, nominatim & expresse renunciamus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Act' apud Thame die Assumpcionis beate Marie virginis anno domini MCC octuagesimo primo.

1058.

[The bishop of Lincoln gives his award and the parties accept it.]

Uniuersis[1] sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit frater Rogerus, prior de Thame & eiusdem loci conuentus ordinis Cisterciensis, Lincolniensis dyocesis, ac frater Warinus, abbas domus de Gratia Dei, procurator domini Ricardi abbatis loci eiusdem de Thame, habens potestatem & speciale mandatum ab eodem ad ratificandum ordinacionem subscriptam ex parte una, ac frater Willelmus, miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci Conuentus ordinis sancti Augustini dicte dyocesis ex altera, salutem in domino. Noueritis nos composicionem inter nos dictas partes initam, ac ordinacionem [&] sentenciam venerabilis patris domini Oliueri dei gracia Lincolniensis episcopi super eadem composicione subsecutas in modum cyrographi conscriptas, sigillo dicti patris consignatas inspexisse, coram nobis legi fecisse & plenarie intellexisse sub hac forma:—In dei nomine, Amen. Presenti pagina pateat uniuersis quod cum inter religiosos uiros nostre diocesis fratrem Ricardum abbatem & conuentum de Thame ordinis Cisterciensis ex parte una & fratrem Willelmum abbatem & conuentum Oseneye ordinis sancti Augustini ex altera super quibusdam decimis & aliis iuribus[2] parochialibus de loco seu area de Northoseneya, quam infra limites parochie dictorum abbatis & conuentus Oseneye nobilis vir dominus Edmundus comes Cornubie monachis prefati ordinis Cisterciensis imperpetuum deo seruituris ibidem sub certis finibus & terminis designatis pio proposito nuper dedit, suborta [esset][3] materia questionis, predictis abbati & conuentui de Thame tam humiliter quam instanter petentibus a nobis Oliuero permissione diuina Lincolniensis episcopo locum seu aream predictam deo dedicatam pontificali benediccione solempni, sicut iuris & moris est, primitus insigniri prefatis abbate & conuentu Oseneye se opponenti- Aug. 25, 1281

[1] This document is not among the Oseney deeds, but is from the Thame Cartulary.
[2] iuris, MS.
[3] Not in MS.

bus, & asserentibus ex aduerso id de iure fieri non debere cum id in grande preiudicium & dampnum ipsorum, quantum ad decimas, oblaciones & alia iura parochialia inde sibi debita, si fieret, cederet manifeste; fuissetque incontinenti ex parte predicti abbatis de Thame pro se & suo conuentu coram nobis in iudicio constituti ex sana consciencia constanter propositum & nobis in presencia partis alterius instanter oblatum, quod cum omni promptitudine parati erant per quamcunque ydoneam caucionem nostro iudicio vel arbitrio faciendam dictorum abbatis & conuentus Oseneye indempnitati, quantum ad decimas & alia omnia supradicta protinus prospicere, parte eorundem [1] canonicorum post aliqua verba consentiente similiter in idem, tandem nos pro bono pacis & quiete parcium confouenda certos diem & locum partibus de consensu eorundem expresse ad audiendum & suscipiendum ordinacionem nostram, cui alte & basse se submiserant in predictis, de plano duximus assignandos. At illi expedire se breuius intendentes & ordinacionem nostram amicabili composicione suaui [2] prudencius preuenientes, se inuicem sub forma inferius anotata ante diem interim concordabant, videlicet quod dicti abbas & conuentus de Thame unanimi consensu & voluntate sua predictis abbati & conuentui Oseneye fideliter promiserunt pro recompensacione dampnorum que eisdem canonicis per subtraccionem seu retentionem decimarum personalium & ortorum ac aliarum minutarum decimarum tantum hactenus acciderunt seu accidere poterint in futurum, occasione ingressus monachorum eorundum in aream de North-oseneye supradicta, [quod] [3] triginta sex solidos & octo denarios annui redditus, in loco competenti & eisdem canonicis utili, dictis abbati & conuentui Oseneye prestare de cetero futuris temporibus teneantur, se ac omnes alios ordinis eiusdem in loco seu area predicta deo seruituros ac ipsorum omnium successores coniunctim & diuisim ad prestacionem eiusdem annui redditus in forma predicta faciendam per suas patentes litteras obligando; volentes etiam & consencientes expresse, quod nos hoc ipsum pronunciemus ordinando, ad quam ordinacionem & pronunciacionem (per nos super omnibus & singulis predictis faciendam) audiendam, admittendam & ratificandam, & ulterius in negocio benediccionis petite ac ordinacionis per nos faciende & ad iurandum in animas suas & ad faciendum pro eis quicquid ipsi facere possent, si presentes essent, dicti abbas & conuentus de Thame dominum Warinum abbatem domus de Gracia

[1] horundem, MS. [2] *sic*; but perhaps should be 'sua vi'.
[3] Not in MS.

[Dei][1] eiusdem ordinis procuratorem suum fecerunt & litteraliter ordinarunt, attento tamen quod si dictus dominus comes Cornubie, vel ad instanciam dictorum monachorum seu motu suo proprio, quandam peciam terre iuxta capellam de Frees quam Walterus de Crocforde aliquando de dictis canonicis pro dimidia marca per annum tenuit prefato Waltero quiete & pacifice restituat in futurum, seu predictus dimidie marce annuus redditus ad manus dictorum canonicorum per impetracionem dicti Walteri seu quoquomodo[1] iure pristino reuertatur, extunc ad prestacionem eiusdem annui redditus dimidie marce predictis canonicis nullatenus teneantur, annuo tamen triginta solidorum redditu supradicto remanente nichilominus semper saluo, quousque in loco competenti ad utilitatem dictorum canonicorum in comitatu Oxonie tantundem annui redditus dictis canonicis racionabiliter prouideruut cum effectu; ita tamen quod pro annuo triginta sex solidorum & octo denariorum redditu memorato predicti monachi nullam vendicare sibi vel allegare possint immunitatem seu quietanciam contra canonicos prelibatos vel ipsorum successores de locis & terris infra parochiam predictam per dictos monachos aut successores eorum de cetero adquirendis. Que omnia & singula fideliter obseruare & nichilominus omnimodas maiores decimas prediales bladi garbarum & feni de terris & pratis ab ipsis monachis seu aliis quibuscunque eiusdem ordinis in parochia predicta canonicorum Oseneye hactenus adquisitis & deinceps adquirendis predictis canonicis & eorum successoribus seu procuratoribus cum omni integritate sine fraude & difficultate qualibet fideliter persoluere, nisi cum eisdem canonicis aliter super eisdem decimis possint amicabiliter componere & in nullo omnium predictorum unquam de cetero contrauenire, prefati abbas & conuentus de Thame pro se & aliis quibuscunque eiusdem ordinis infra aream predictam de Northoseneye de cetero habitaturis & ipsorum omnium successoribus in verbo veritatis & sacerdocii predictis canonicis promiserunt fideliter & iurarunt, subicientes se omnes & singulos monachos supradictos ac omnia bona sua in dioces[e] Lincolniensi uidelicet existencia ac omnes successores suos iurisdiccioni & cohercioni nostre & successorum nostrorum, ut quociens idem monachi forsan fidem fefellerint in predictis, possit ipsos statim, visis patentibus litteris suis inde confectis de plano & sine strepitu seu figura & ordine iudiciali de die in diem per interdicti, suspensionis & excommunicacionis sententias ac bonorum suorum sequestracionem compellere ad plenam

[1] Not in MS. [2] quoquemodo, MS.

obseruacionem omnium predictorum, non obstantibus priuilegiis seu indulgenciis, generalibus seu specialibus, cuiuscumque tenoris existant, prefatis monachis seu ordini Cisterciensi communiter vel diuisim a sede apostolica vel aliunde concessis seu concedendis; quibus omnibus ac aliis excepcionibus & omni supplicacioni ac beneficio inintegrum restitucionis, appellacionibus, prouocacionibus, defensionibus & remediis uniuersis, quibus se contra premissorum aliqua defendere forsan possent, specialiter & nominatim in scriptis renunciarunt expresse, sicut hec omnia & singula in litteris suis patentibus, de quibus supra fit mencio, oculata fide videmus contineri. Cumque die a nobis prefixo partibus antedictis ad recipiendum ordinacionem nostram, sicut superius est expressum, dictus dominus Warinus abbas domus de Gracia Dei, dictorum abbatis & conuentus de Thame legittimus procurator ex parte una & frater Robertus dictus Maynarde canonicus domus Oseneye ac dictorum abbatis & conuentus Oseneye legittimus procurator ex altera, coram nobis pro tribunali sedentibus legittime conparentes litteras dictorum abbatis & conuentus de Thame patentes, de quibus fit mencio sepe supra, nobis ostenderent & omnia contenta in eisdem recognoscerent, insuper viua uoce hinc inde simul communi uoto petentes concordiam & composicionem eandem auctoritate nostro firmius roborari, confirmari & quod perpetuo valeant per nos insuper ordinari, nos ad instanciam & de consensu utriusque partis expresso composicionem predictam cum omnibus & singulis contentis in eadem auctoritate nostra roboramus, confirmamus & hec omnia futuris temporibus fideliter obseruari debere [iudicamus]: consimiliter ordinamus locum de quo ac locum in quo & terminos in quibus annuus redditus predictus solui debeat, sic de utriusque partis expresso consensu describentes, videlicet de manerio ipsorum monachorum de Otteleya comitatus Oxonie & ad festum natiuitatis gloriose virginis proximo futurum medietas annui redditus predicti, & reliqua medietas ad festum Annunciacionis eiusdem gloriose virginis proximo sequens in capella beati Thome martiris extra portam Oseneye & sic de anno in annum imperpetuum, nisi partes interim super hiis aliter duxerint componendum; ad quorum omnium obseruacionem in forma predicta faciendam utramque partem predictam de ipsius expresso consensu sententialiter condempnamus. Quas composicionem, ordinacionem & sentenciam nostram predictas ambo procuratores predicti coram nobis cominus constituti acceptarunt, & se ac dominos suos omnia predicta fideliter obseruaturos in animas eorundem dominorum suorum prestito iura-

mento coporali iurauerunt ; quas etiam composicionem, ordinacionem & sentenciam nostram uolumus ordinando utrique conuentui predicto sine more dispendio recitari & illas ab eisdem protinus euolgari & suis patentibus litteris hinc inde conficiendis & parti alteri liberandis sine calumpnia qualibet approbari & sic demum munus petite benediccionis inpendi, ac canonicis predictis super opposicione sua predicta in perpetuum silencium imponi ; ad hec, execucionem huius ordinacionis & sentencie nostre in forma predicta de die in diem de plano & absque strepitu vel ordine iudicii, si necesse fuerit faciendam, necnon & interpretacionem seu declaracionem eorum, que forsan dubia, diminuta fuerunt vel obscura, quociens necesse fuerit vel oportunum equanimiter faciendam nobis & successoribus nostris exnunc reseruamus expresse. Actum & datum apud Ludam octauo kalendas Septembris, anno domini MCC octogesimo primo & pontificatus nostri secundo. Nos igitur prefatas composicionem, ordinacionem & sentenciam in omnibus suis articulis ratas habentes & firmas, ipsas tenore presencium approbamus, ratificamus, acceptamus & euolgamus [&c.]

1059.

[Oseney surrenders tithe and rights of common in North Oseney.]

Anno[1] domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo die dominica proxima post festum translacionis sancti Thome martiris anno regni regis Edwardi filii regis Henrici xxv^to^ ita conuenit inter Iohannem miseracione diuina abbatem Oseneye & eiusdem loci conuentum ordinis sancti Augustini ex parte una & fratrem Ricardum eadem miseracione abbatem de Regali Loco iuxta Oxoniam & eiusdem loci conuentum ordinis Cisterciensis ex altera, uidelicet quod [cum][2] predicti abbas & conuentus Oseneye & predecessores sui decimas annuatim percipere & habere solebant in prato quod uocatur le Mor & in prato quod uocatur Swerham iacente iuxta le Mor, & de terra illa arabili & capitibus suis que terra uocatur le Croft, & de tota illa placea que uocatur Snowdon & de omnibus astris seu tenementis que dicti abbas & conuentus de Regali Loco sibi imperpetuum adquesiuerunt [*sic*] post primam composicionem inter dicta monasteria super rebus aliis factam usque ad diem predictum anno supradicto, idem abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus concesserunt, remiserunt ac omnino pro se & successoribus suis quietum clama- July 14, 1297

[1] This is from the Thame Cartulary. [2] Not in MS.

uerunt predictis abbati & conuentui de Regali Loco & successoribus suis totum ius & clameum quod habuerunt uel habere potuerunt in predictis decimis de pratis, terris, astris & tenementis supradictis, uidelicet a fossato quod dicitur Corndiche iuxta barram ex parte occidentali uie, que ducit a dicta barra, usque ad clausum dicte abbatie de Regali Loco, & a predicto clauso usque ad gurgitem dicti abbatis Oseneye, que vocatur le lok', sicut bunde & mete dictorum abbatis & conuentus de Regali Loco plenius proportant & docent, [&][1] a predicto gurgite usque ad uadum iuxta pontem qui uocatur Quakyngbrugge, & a predicto uado ex parte boriali uie, que ducit usque ad predictam barram. Remiserunt etiam dicti abbas & conuentus Oseneye, ac pro se & successoribus suis quietum clamauerunt dictis abbati & conuentui de Regali Loco totum ius & clameum quod habuerunt uel habere poterunt in communa seu communis[2] infra clausum predictum ; ita quod nec dicti abbas & conuentus Oseneye seu successores eorum aliquod iuris uel clamei in predictis decimis & communa de predictis terris, astris seu tenementis infra predictas bundas contentis de cetero exigere seu uendicare poterunt imperpetuum. Conuenit etiam quod predicti abbas & monachi de Regali Loco uel aliqui[3] eorum nomine in eadem clausura uel circa eandem nichil omnino faciant vel aliquid fieri quoquomodo procurent, per quod cursus aque a predicto gurgite ad molendina abbatis & conuentus Oseneye currentis tollatur, subtrahatur, artetur uel minuatur, seu quouis uel alio modo, opere uel artificio impediatur, dampnum seu nocumentum ob clausuram predictam qualitercunque generetur. Pro hac autem concessione, remissione, & quieta clamatione dederunt pre manibus predicti abbas & conuentus de Regali Loco abbati & conuentui de Oseneye quadraginta marcas sterlingorum. In cuius rei testimonium sigillum commune utriusque partis alternatim huic scripto in modum cirographi confecto est appositum. Datum & actum apud Oseneyam die & anno supradictis.

1060.

[Claims for tithe by Oseney.]

B. 112v
1300-50

Abbas[4] Oseneye petit de abbate & conuentu Regalis Loci decimas

[1] Not in MS.
[2] comunis, MS.
[3] qui, MS.
[4] The page is injured by fire. Twyne xxiii. 112, and Wood MS. D. 2, p. 398, give some of the words, and Wood says 'sequuntur aliae petitiones', but what follows has been burnt.

de quodam prato paruo iuxta le Huythebrugge quod uocatur Braboneseyte, uidelicet de toto tene[mento pro tempore quo abbas et conuen]tus Regalis Loci illud pratum tenuerunt.

Item de quodam prato parum distante a uia que ducit a capella sancti Thome ad castrum Oxonie ex parte boreali iuxta uicum qui ducit a ponte qui appellatur le Smalebrugge usque ad Tamisiam ex parte occidentali, quod pratum emerunt de Willelmo de Wodesdon uidelicet [unde] fenum uel herbagium uendiderunt anno isto pro IIII s[olidis] & anno [ ].

Item de terra que dicitur le Hurst,[1] que iacet inter monasterium Regalis Loci et Bulstake [ ] uendiderunt pasturam eiusdem pro XXI s.

1061.

[Rewley quitclaims a house on Warham Bank, and allows Oseney to pass through the meadow of Rewley for dragging their net.]

Omnibus [&c.] Henricus abbas de Regali Loco iuxta Oxon' & eiusdem loci conuentus salutem. Cum Thomas abbas Oseneye recuperauit de nobis coram maiore & balliuis uille Oxon' in eorum Gyhalda unum tenementum cum pert. in Sowthoseney, situatum supra waram molendinorum Castri Oxon' inter tenementum Agnetis nuper uxoris Roberti Tretherf ex parte boriali, et tenementum[2] dicti abbatis & conuentus de Oseneye ex parte australi per breue domini regis de cessauit, anno domini regis nunc duodecimo; noueritis nos remisisse, relaxasse & omnino quietum clamasse prefatis Abbati de Oseneye & successoribus suis totum ius & clameum quod habemus, habuimus, seu quouismodo in futurum habere poterimus in predicto tenemento, necnon in omnibus aliis terris & tenementis eorundem abbatis & conuentus supra waram predictam. Preterea nos prefati abbas & conuentus de Regali Loco concedimus & licenciam damus specialem, quod predicti abbas & conuentus de Oseneye & eorum seruientes possint super pratum nostrum transire et rethe eorundem ad piscandum super dictum pratum nostrum trahere, quociens eosdem contigerit inter gurgitem eorundem abbatis & conuentus de Oseneya uocatum le lok iuxta clausum eorundem abbatis & conuentus de Regali Loco ex parte occidentali & usque pontem uersus Oseney

S. Thomas 10 Jan. 12, 144$\frac{4}{5}$

[1] This was Rewley Mede, now Twenty Pound Meadow, between Oseney Bridge and Bulstake Bridge.

[2] See no. 990.

uocatum Hythebrygge[1] piscari, sine impedimento nostri uel successorum nostrorum. In cuius rei [&c. alternate sealing]. Dat' quoad sigillacionem partis remanentis penes prefatos abbatem & conuentum de Oseneya in domo nostra capitulari de Regali Loco duodecimo die mensis Ianuarii; et quoad sigillacionem partis remanentis penes nos prefatum abbatem & conuentum de Regali Loco in domo capitulari predictorum abbatis & conuentus de Oseneye eodem die, anno domini M CCCC quadragesimo quarto, & anno regni regis Hen. VI vicesimo tercio.

29. Rewley Lock.

The next four documents refer, we may assume, to the same lock, weir, or sluice, which is what the word *gurges* means. It is not stated where this lock was situated. There is to this day a small sluice at Rewley at the north end of Upper Fisher Row, but it is too small to be the Rewley Lock; for we read that between 1403 and 1430 the abbot of Oseney rebuilt the lock by Rewley (*Eng. Hist. Review*, xxxiii. 500), and it is implied that it was a building operation worth mention. It is also clear from Isaac Williams's map of 1750 that the moat of Rewley Abbey, both on its northern and southern branches, was connected with the river which flows to Castle Mill, and the inlet of the water was probably regulated by sluices. But all these sluices must have been small, and they would not affect, as far as we can see, the supply of water by which Oseney Mill was driven. A deed of 1502 states that Rewley lock was across the main course of the river at the north-west corner of the island of Oseney (*Properties of the City of Oxford*, p. 190). It must be remembered that when the Thames was canalized and pound locks were built instead of flash locks, the level of the water was raised at Oseney Mill by two feet or more, and now Oseney Mill and Castle Mill are on about the same level, and the stream at the north end of Oseney island is practically stagnant. But in the Middle Ages the Castle Mill would have been left with very little water if there had not been a lock across the main stream to hold the water up. Under normal conditions the water flowed over this weir, which was 2½ feet high, and passed down to Oseney Mill; but in dry weather the lock was raised to 3 feet, and apparently the whole stream was diverted to the Castle Mill except what flowed through three bores or holes, of 4 inches in diameter. In this case no doubt Oseney Mill could not be worked, but the circumstances would be exceptional.

Oseney Mill does not seem to be mentioned in the *Hundred Rolls*, but deeds nos. 1037 and 1062 show that it was in existence before 1189. The possession of the lock was evidently of value to Oseney abbey, for any

[1] This must be another name for Oseney Bridge, as on p. 444.

lord of North Oseney might injure the abbey by his management of the lock. The complaint of 1412, practically a repetition of the complaint of 1371, that Oseney had taken so much of the water that it had four mills, is intelligible, if Oseney Mill was a double mill like the Castle Mill, and if there was a double fulling mill besides, perhaps on the stream which flowed round Fulling-mill Ham (i.e. the district between the modern church of St. Frideswide and Oseney Mill).

1062.

[Bernard de St. Walery gives a weir or lock.]

Notum sit [&c.] quod ego Bernardus de sancto Walerico dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui ecclesie dei & sancte Marie de Oseneia [&c.] gurgitem meum iuxta Tamisiam cum cursu aque que currit ad molendinum eorundem canonicorum in Oseneia in liberam, puram & perpetuam elemosinam ab omni seruicio seculari & demanda pro salute domini mei regis Henrici et mea & Aanor uxoris mee & Bernardi filii mei & aliorum amicorum meorum. Hiis testibus, Gerardo nepote meo, vicedomino de Pinkeni, magistro Iohanne de Brideport, Milone capellano, Nicholao capellano, Anschero clerico, Willelmo clerico, Bernardo Cachelu, Roberto de Bauencurt, Amisio de Wudestoc, Ulard Fue, Rogero de Asteles, Waltero filio eius, Herberto de Peri, Nigello filio eius, Radulfo Cordewanario.[1] **Ch. Ch. 1182-9**

1063.

[Verdict of a jury about the amount of water which might pass towards the abbey.]

Inquisicio capta per Willelmum de Hakeburn tunc balliuum Hundredi extra portam borealem Oxonie anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi nono per sacramentum Gilberti de Schiptone, Willelmi de Eynesham, Ade de Tylhurste, Roberti de Quenintone, Willelmi Broun, Roberti le Gryndere, Walteri de Wareburwe, Hugonis de Bartone, Iohannis de Leyge, Ricardi de Bloxham, Walteri de Hereford, Walteri Mareschal, Roberti de Leyge, Willelmi de Westone, qui dicunt per sacramentum suum quod abbas de Oseneya ponet in **Ch. Ch. 1315**

[1] The original is endorsed *Carta Bernardi de sancto Walerico de gurgite iuxta Osen' qui uocatur Lok.* It has a brown seal, broken, a knight in armour galloping to the right; SIGIL' B[ERNARDI DE SANCT]O WALERICO. On the reverse an illegible seal, $1\frac{1}{8}$ inches in diameter. The witnesses are the same as in no. 1037, and the date must be the same, i.e. Lent 1182, at the earliest.

gurgite suo unam tabulam de latitudine duorum pedum et dimidii cum tribus bores : et si necesse sit et defectus aque, superponetur unum filetum de latitudine dimidii pedis. In cuius [&c. sealing]. Datum Oxonie die & anno supradictis.[1]

1064.

[Presentments against the abbot of Oseney and his answers.]

Oseney Roll 91 Aug. 1, 1371

Inquisicio[2] ex officio capta apud Oxoniam in comitatu Oxonie primo die Augusti anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo quinto coram Iohanne Froyle escaetore domini regis in comitatu predicto per sacramentum &c. qui dicunt quod abbas de Oseneye attraxit sibi & abbatie sue fere medietatem cursus aque molendinorum domini regis subtus Castrum per quendam gurgitem & hoc per viginti annos elapsos; et obstruxit cursum aque predicte vocatum Bakwater apud quendam gurgitem suum vocatum Kyndelwere per duo molendina per ipsum abbatem ibidem in communi cursu aque de nouo edificata ad nocumentum molendinorum predictorum et graue dampnum domini regis et balliuorum ville Oxonie videlicet c s.; item dicunt quod dominus abbas fecit purpresturam in communi cursu aque predicte infra Postmanneyt iam viginti annis elapsis super terram communitatis ville Oxonie per quatuor pedes in latitudine et IIII^xx pedes in longitudine ad grave dampnum domini regis et balliuorum predictorum, que quidem purprestura valet per annum VI s. VIII d.; item dicunt quod dominus abbas solebat et de iure facere debuit elemosinam panis pretii dimidii quadrantis pro domino rege et progenitoribus suis qualibet septimana diebus Mercurii et Veneris omnibus pauperibus ibidem venientibus distribuere, dictusque abbas de predicta elemosina per septemdecim annos ante datam presencium cessauit et adhuc cessat; item quod predictus abbas tenet de dono et fundacione domini regis unam capellam sancti Georgii infra Castrum Oxonie cum terris et tenementis aliis et obuencionibus et proficuis ad dictam capellam spectantibus, pro quibus de iure tenetur et semper consueuit die

[1] The original has the fourteen seals of the jurors attached. In the translation of this deed in the English Oseney Cartulary (printed by the Early English Text Society) *bores* is rendered *borys or holys*.

[2] This roll is for the most part illegible at the beginning, but it can be restored by the help of *Royal Letters addressed to Oxford*, ed. O. Ogle, p. 198.

Mercurii in qualibet septimana distribuere cuilibet pauperi elemosinam dei petenti pro salubri statu domini regis & animabus progenitorum suorum panem precii I d. apud Oseneye, de qua quidem elemosina cessauit per septemdecim annos elapsos et adhuc cessat; item dicunt quod Galfridus Rockele clericus conuictus pro quadam felonia coram Iohanne Moubraye et sociis suis iusticiariis domini regis apud Henlee anno XLI habuit unum cotagium in suburbiis Oxonie quod tenuit de abbate de Oseneye per redditum VIII s. per annum soluendum ad festa Annunciacionis beate Marie et sancti Michaelis per equales porciones; qui quidem abbas dictum messuagium cum bonis et catallis ipsius Galfridi ad valenciam C s. cepit penes se et detinuit et adhuc detinet.

Quo ad illos articulos quod abbas attraxit sibi medietatem cursus aque molendinorum regis et etiam quod dictus abbas obstruxit cursum aque predicte ad nocumentum molendinorum predictorum ad dampnum regis et balliuorum, sciendum est quod non declaratur in qua villa nec in quo hameletto transgressio predicta facta fuit, et sic pres*entatio* minus suffic*iens*, & eo minus sufficiens ex quo loci in quibus transgressio fieri supponitur sunt in suburbio Oxonie; quinetiam dominus rex & balliui ville Oxonie tenent predictum molendinum in communi participando tolnetum inde singulis diebus cum acciderit & sic accio [ ] balliuis per presentacionem non de [ ]. Et etiam per totum tempus quo supponitur transgressio predicta fieri molend*inum* predict*um* [ ] sicut patet per litteras patentes domini regis.

Quoad hoc quod abbas, predecessor nunc abbatis, attraxit medietatem aque sicut idem abbas illam attraxit, sciendum [ ] iuste quia dicit quod ipse & omnes predecessores sui a tempore cuius contrarii memoria non existit habuerunt quendam gurgitem [vocatum Lok in parte] australi aque currentis ad predictum molendinum; quod quidem lok erit de latitudine duorum pedum et dimidii, et si necesse fuerit ad opus molendini debet addi unum filet de altitudine dimidii pedis ultra predictos duos pedes et dimidium; in quo quidem lok erunt III grossi [*sic*] foramina videlicet in circuitu quodlibet continens XII pollices; per que foramina aqua predicta secundum exigenciam foraminum predictorum currere debet ad molend*inum* ipsius abbatis in Oseneya; per que quidem foramina aqua predicta extracta est ad molend*inum* ipsius abbatis, prout a toto tempore fieri consueuit. Et etiam iuxta australem partem eiusdem aque habentur diuersa prata diuersorum hominum inter quendam pontem vocatum

Longebrugge et Bampton quasi per xv leucas inter loca predicta; infra quem quidem purcinctum abbas & predecessores habent & habuere prata; et ipse et omnes predecessores sui, Thomas Ha[rcourt] miles & ceteri domini de Staunton qui pro tempore fuerunt quamplures & ceteri habentes prata infra predictum purcinctum pro saluacione pratorum suorum, ne prata sua inundarentur usitati sunt prosternere quoddam gappe in ripa australi aque predicte iuxta predictum lok ex parte occidentali eiusdem lok, quod quidem gappe continet spacium in latitudine unius pertice xvi pedum & dimidii in longetudine, ut aqua per predictum gappe se extrahere poterit ne prata predicta inundarentur, quod quidem gappe sic fieri & frangi debet infra quindenam ante festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste vel infra quindenam post predictum festum singulis [an]nis & sic illud gappe apertum erit usque post xv^am^ post predictum festum; et tunc dominus rex & balliui Oxonie siue firmarii habentes predicta molendina subtus Castrum Oxonie operabuntur predictum gappe ad commodum predictorum molendinorum rationabiliter sicut eis placuerit; et sic aqua predicta per predicta gappe & lok retrahebatur [1] per predictum abbatem et predecessorem suum et non aliter &c.

Quoad hoc quod supponitur quod predictus abbas obstruxit per duo molendina de novo edificata predictam aquam, idem nocumentum amotum fuit tempore predecessoris eiusdem nunc abbatis, & nullum nocumentum, unde presentacio facit mensionem, tempore eiusdem nunc abbatis contentum [2] fuit, & pat*et* exonerari.

Item quoad purpresturam factam super terra communitatis ville Oxonie, accio inde maiori ville Oxonie pertinet & communitati & non regi.

Item quoad hoc quod [predictus] abbas solebat & debuit facere elemosinam panis precii dimidii quadrantis distribuend' quibuscumque pauperibus venientibus pro animabus regis & progenitorum suorum diebus Mercurii & Veneris singulis septimanis, predictus nunc abbas omnia [ ] sua que habet, de dono regis ea habet in puram elemosinam, sicut carte regis hoc testantur, & nunquam ad mandatum regis nec aliter usitati sunt illam elemosinam nec aliam elemosinam dare nisi secundum quod eis placuerit ad reuerenciam dei.

Quoad capellam sancti Georgii predictus abbas eam tenet in puram & perpetuam elemosinam & fiat responsio inde ut prius.

Quoad hoc quod abbas occupauit unum messuagium Galfridi

[1] retrahetur, MS. [2] Perhaps *contractum* was meant.

Rokele clerici conuicti, idem Galfridus fecit purgationem & mesuagium predictum nunquam seisitum in manum abbatis. Et quoad catalla eiusdem Galfridi predecessor predicti nunc abbatis catalla predicta seisiuit & deuenerunt in possessionem predicti nunc abbatis, que non sunt tanti valoris prout per presentacionem supponitur, nec declaratur ubi predictus abbas nec in qua villa ea cepit nec cuiusmodi bona illa fuere, & eciam illa bona deliberata fuere predicto clerico conuicto post purgationem. Et abbas et omnes predecessores sui usitati sunt a toto tempore memorie omnia talia catalla felonum tenencium suorum seisire. Et idem Galfridus tenuit unum mesuagium de capella sancti Georgii que est de fundacione abbatie, & sic predictus abbas ea cepit. Et sciendum quod idem Galfridus fecit purgationem coram Iohanne episcopo Lincolniensi nunc.

De termino Michaelis anno XLVII [rot.] XXX inter placita regis responsum datum ad articulos predictos per abbatem qui nunc est **Mich. 1378**

per Willelmum de Hulton attornatum suum quoad[1] hoc quod presentatum est quod abbas de Oseney attraxit sibi & abbatie sue fere medietatem cursus aque molendinorum domini regis subtus Castrum Oxonie per quendam gurgitem & hoc per viginti annos elapsos, dicit quod ipse habet quendam gurgitem super aquam predictam apud la lok, & ipse & predecessores sui gurgitem illum habuerunt & tenuerunt a tempore quo non extat memoria, ut de iure abbatie sue predicte, absque hoc quod dictus tunc abbas predecessor suus aliquem alium gurgitem ibidem attraxit sicut presentatum est. Et de hoc ponit [se] super patriam. Et quoad hoc quod presentatum est quod idem nuper abbas obstruxit cursum aque predicte vocate Bakwater apud quendam gurgitem suum vocatum Kyndelwere per duo molendina per ipsum abbatem ibidem in communi cursu aque de nouo edificata ad nocumentum &c., idem abbas qui nunc est dicit quod predictus nuper abbas non obstruxit cursum aque predicte, nec habuit aliquem gurgitem vocatum Kyndelwere super aquam illam sicut presentatum est; et de hoc ponit se super patriam. Et quoad hoc quod presentatum est quod idem nuper abbas fecit quandam purpresturam in communi cursu aque predicte infra Portemaneyt iam viginti annis elapsis super terram communitatis ville Oxonie per IIII pedes in latitudine et IIII^XX in longitudine ad dampnum

[1] This latter half of the roll is found on Coram Rege 451, rot. 30, whence much of what follows has been copied.

domini regis a balliuorum ville Oxonie &c., idem abbas qui nunc est dicit quod dictus nuper abbas non fecit aliquam purpresturam in communi cursu aque predicte sicut per presentacionem predictam supponitur. Et de hoc ponit se super patriam &c. Et quoad hoc quod presentatum est quod dictus nuper abbas solebat & de iure facere debuit elemosinam panis dimidii quadrantis pro domino rege & progenitoribus suis qualibet septimana diebus Mercurii & Veneris omnibus pauperibus ibidem venientibus distribuere, dictusque abbas de predicta elemosina per XVII annos ante datam presencium cessauit & adhuc cessat, idem abbas qui nunc est, non dedicit quin predictus nuper abbas predecessor eius & eiusdem abbatis predecessores distribuerunt elemosinam panis pauperibus ibidem venientibus aliquibus diebus per septimanam aliquando maius aliquando minus iuxta eorum voluntatem pro animabus benefactorum suorum & omnium fidelium defunctorum, set dicit quod ipse & predecessores sui non tenentur talem elemosinam facere nec facere debuerunt diebus predictis sicut per presentacionem predictam supponitur; et de hoc ponit se super patriam &c. Et quoad hoc quod presentatum est quod predictus nuper abbas tenuit de dono et fundacione domini regis unam capellam sancti Georgii infra Castrum Oxonie cum terris & tenementis & aliis obuencionibus & proficuis ad dictam capellam spectantibus pro quibus de iure tenetur & semper consueuit die Mercurii in qualibet septimana distribuere cuilibet pauperi elemosinam dei petenti pro salubri statu domini regis & animabus progenitorum suorum unum panem precii I d. apud Oseneyam, idem abbas qui nunc est dicit quod quidam Robertus de Oylly dudum ante tempus memorie dominus castri Oxonie fundauit ecclesiam ibidem que modo nominatur capella sancti Georgii & inibi posuit canonicos seculares & eos de terris et tenementis predictis & aliis possessionibus dotauit, et postmodum Robertus de Oilly filius eius & heres predicti Roberti & dominus Castri predicti ob deuocionem quam habuit fundauit abbatiam de Oseneye in insula de Oseneya iuxta Castrum predictum & inibi posuit canonicos regulares & capellam predictam per nomen ecclesie cum terris, tenementis & possessionibus annexis transtulit & dedit canonicis regularibus qui tunc fuerunt diu ante tempus memorie, tenendis in puram & perpetuam elemosinam, absque hoc quod ipse aliquam elemosinam in forma predicta facere tenetur, sicut per presentacionem predictam supponitur. Et profert hic in curia cartam predicti Roberti Oylly premissa testificantem in euidenciam &c. Et sic dicit quod ipse tenet capellam predictam cum terris, tenementis & possessionibus

annexis ex dono et fundacione dicti Roberti Oylly in puram & perpetuam elemosinam. Unde non intendit quod dominus rex de huiusmodi elemosina siue distribucione facienda ipsum abbatem onerare velit aut debeat &c. Et quoad hoc quod presentatum est quod Galfridus Rokaille clericus, conuictus pro quadam felonia coram Iohanne Moubray apud Henley anno XLI, habuit in suburbio Oxonie unum mesuagium quod tenetur de abbate de Oseneye per redditum VIII s. per annum, soluendum ad festum sancti Michaelis & Annunciacionis per equales porciones, qui quidem abbas dictum mesuagium cum bonis & catallis Galfridi ad valenciam c s. cepit & penes se detinuit, dicit quod bene cognouit quod predictus Galfridus tenuit de eo mesuagium predictum &c., set dicit quod ipse non occupauit mesuagium illud postquam dictus Galfridus conuictus fuit, sicut per presentacionem predictam supponitur, et hoc paratus est verificare &c. Et quoad catalla predicta dicit quod catalla illa non fuerunt nisi de valore XLII s., et quod Iohannes Froille tunc temporis fuit escaetor domini regis & catalla illa colore officii sui seisiuit in manum ipsius regis & bona & catalla tradidit prefato abbati ad custodiendum & eidem liberandum, quando requisitus fuerit. Et postea dictus Galfridus coram ordinario episcopo Lincolniensi loci diocesano de felonia illa debite & secundum legem & consuetudinem regni Anglie se purgauit et tulit breue domini regis dicto escaetori de terris & tenementis predictis ac bonis & catallis suis eidem Galfrido reliberandis; super quo dictus escaetor petiit catalla illa a prefato abbate, et idem abbas catalla illa eidem escaetori liberauit. Et hoc paratus est verificare &c., et petit iudicium si dominus rex ipsum de catallis illis velit onerare &c.

Et quoad hoc quod presentatur quod abbas de Oseneye & al' obstupauit quandam viam regiam apud Walton inter Bromanneswell & Portmanneyt in longitudine ad nocumentum &c., idem abbas qui nunc est dicit quod dictus nuper abbas habuit ibidem quandam parcellam cuiusdam fossati & alii vicini sui habuerunt ibidem alias parcellas fossati predicti, quod quidem fossatum inundatum fuit ita quod via regia ibidem diruta fuit; que quidem parcella fossati ipsius abbatis modo mundata est bene et competenter & via ibidem sufficiens pro omnibus ibidem transeuntibus, absque hoc quod ipse aliquam obstupacionem vie predicte fecit, sicut per presentacionem predictam supponitur, et hoc paratus est verificare &c.

1065.

[A complaint that the abbey has been taking too much water.]

Twyne 23. 200 Oct. 17, 1412

Oxonie: Visus franciplegii tentus ibidem die Lune proxima ante festum sancte Frideswyde virginis coram Edmundo Kenyan maiore, Adam Ryver et Thoma Draper balliuis, Johanne Merston, Johanne Sprunt, Waltero Daundesey & Johanne Gybbys aldermannis anno r. r. Hen. IV quartodecimo.

Jurati XII de Northwestward quorum nomina &c. dicunt quod abbas de Oseney, colore quod ipse habet per licenciam burgensium ville Oxonie, et non aliter, tria parua foramina in quodam gurgite iuxta Regalem Locum, accrociauit abbatie sue per magnum tempus fere totum cursum aque domini regis et burgensium Oxonie que deberet currere ad molendinum regis subtus Castrum Oxonie, ubi solummodo haberet nisi tantum cursum aque predicte quantum posset currere per dicta tria foramina ad mundandum foetores et latrinam dicte abbatie, occasione cuius accrochiamenti cursus aque predicte quatuor molendina[1] de nouo sunt leuata in abbatia predicta ad graue damnum et nocumentum domini regis et burgensium ville predicte: ideo ipse abbas in misericordia; et preceptum est quod de cetero non accrochiet cursum predictum sub pena X librarum &c.

30. About Upper Fisher Row.

The next document is taken from Twyne MSS. xxii. 327, and is not properly an Oseney deed, but it is worth printing because the original is no longer to be found at the Record Office; the old catalogue shows that it was at one time in the series of inquisitions *ad quod damnum*, but it was missing by 1808, and probably much earlier. Twyne does not say where he saw it; it may have been at the Tower of London, where these records were then kept, or the authorities of Christ Church may have made a transcript when they had a lawsuit with the City about the Castle Mill in the reign of James I. Rewley Abbey having been founded in 1280, the monks in 1286 had applied to the king for the *wara* of the mill. The word *wara* means the bank of a mill, which holds the water up and in which is the sluice or lock. The *wara* of Castle Mill extended to a spot 110 yards

[1] This is hardly credible, unless it means fulling mills, which required but little water. This was seen by Twyne at Christ Church; it is missing now.

north of the *pons de la Hide* (now Hythe Bridge) and southward 150 yards as far as the mill. It is the piece of ground between the river and the back stream, and is now so covered with houses that it does not appear to be a bank. The verdict of the jury was that the northern part of the *warra* might be given to Rewley provided that it was kept in repair, but that the southern part, in which is still situated the sluice of the mill, must be retained by those who own the mill, viz. the king and the burgesses of Oxford. It is not easy to understand how the meadows as far as Cricklade could be injured by bad manipulation of the sluice at Oxford, but medieval juries did not weigh their words. Wood (*City of Oxford*, i. 334) gives a summary of this inquisition, but misses the meaning of 'warram teneant clausam sine apertura', translating 'warram' weir. The Latin for weir was *gurges*. This land has now belonged to the City for 300 years and more. Perhaps Christ Church, which received the site of Rewley, exchanged it with the City, or it may be that on the dissolution of the monasteries this strip of land was given to the owners of the Castle Mill.

1066.

Inquisitio facta Oxonie coram Radulfo de Werners die Mercurii proxima post diem Palmarum anno regni regis Edwardi XIV, per breue domini regis sibi directum in hec uerba, ut patet inferius :— Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilecto & fideli suo Radulfo de Werners salutem. Sciatis quod assignauimus uos ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de visn[eto] [1] Oxonie, per quos rei veritas melius sciri poterit, quantum illa placea terre ex utraque parte pontis de la Hide, que uocatur warra aque, et que se extendit a domo monachorum loci Regalis Oxonie super ripam Tamisie versus molendinum nostrum Oxonie tam in longitudine quam in latitudine in se contineat, et quantum valeat per annum in omnibus exitibus, & quis modo [*sic*] et quo titulo eam teneat, et utrum esset ad damnum nostrum aut aliorum, si eandem placeam concedamus dilectis nobis in Cristo abbati & conuentui Regalis Loci Oxonie, tenendam in perpetuum, necne ; et si esset ad damnum nostrum aut aliorum, ad quod damnum nostrum et quod damnum aliorum, et quorum et qualiter & quomodo ; et ideo uobis mandamus quod ad certum diem & locum, quos ad hoc prouideritis, inquisitionem illam facias, et eam distincte & aperte factam sub sigillo vestro et sigillo eorum per quos facta fuerit nobis sine dilatione mittatis et hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti

Feb. 16, 1286

[1] Twyne writes *visu*, but no doubt the original had *visn'*.

nostro Oxonie, quod ad certum diem & locum quos ei scire facias, venire faciat coram vobis tot et tales probos et legales homines de predicto uisn[eto][1] per quos rei veritas melius in premissis sciri poterit et inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium, sextodecimo die Februarii anno regni nostri XIV.

Apr. 10, 1286

Inquisitio ergo inde facta est per sacramentum subscriptorum viz. Henrici Oweyn, Iohannis de Eu, Radulfi le Plomer, Andree de Pyrye, Rogeri de Trillemulla, Iohannis de Ardern, Thome de Orleyns, Henrici de Gamages, Walteri Feteplace, Ricardi Ouerhee, Petri folii Iohannis et Euerardi Pistoris, qui dicunt per sacramentum suum quod una pars predicte placee et warre ex parte boreali predicti pontis de la Hide continet viginti & unam perticam in longitudine & quatuor perticas & dimidiam in latitudine, & non valet plus quam sustentatio warre inde reprendit, et est pertinens ad molendinum domini regis Oxonie, unde medietatem tenet domina regina mater predicti domini regis ex dimissione eiusdem domini regis et burgenses domini regis Oxonie tenent aliam medietatem in perpetuum pertinentem ad firmam uille sue Oxonie per cartam domini regis Iohannis. Dicunt etiam quod si dominus rex illam partem placee et warre concedat predictis abbati & conuentui Loci Regalis Oxonie in perpetuum, non esset ad damnum domini regis nec aliorum, dum tamen predictam warram teneant clausam sine apertura; et quod si ibidem ullam faciant aperturam esset ad damnum domini regis XX li. per annum, eo quod per eandem aperturam subtraheretur aqua que venire deberet ad predicta molendina domini regis Oxonie. Item dicunt quod alia pars predicte placee et warre ex parte australi predicti pontis de la Hyde continet in longitudine XXVIII perticas et latitudine duas perticas et dimidiam et ualet per annum X s. & est pertinens ad predicta molendina domini regis Oxonie, unde medietatem tenet predicta domina regina ex dimissione domini regis, et predicti burgenses sui Oxonie tenent aliam medietatem in perpetuum pertinentem ad firmam ville sue Oxonie per cartam predicti domini regis Iohannis. Item dicunt quod si dominus rex illam partem placee et warre concedat predictis abbati & conuentui in perpetuum et quod aliquo modo esset extra custodiam qua nunc est, esset ad damnum domini regis in pratis suis XX li. per annum & etiam ad damnum eiusdem domini regis in molendinis suis predictis Oxonie

[1] visu, MS.

xx libras per annum, eo quod custodes predictorum molendinorum et prati non possent tunc ad commodum & utilitatem domini regis & aliorum, cum necesse fuerit, predictam warram aperire et claudere, cum inundatio et diminutio aque accidere contigerit. Item dicunt quod esset ad damnum abbatis de Osney & omnium burgensium burgi et suburbii Oxonie, mansionis fratrum predicatorum, abbatisse de Godstowe et prioris sancte Frideswide c libras, et ad damnum omnium tenentium prata et pasturas juxta Tamisiam de predictis molendinis domini regis Oxonie usque Kryklad cccc libras et amplius per annum, quod dicti jurati nesciunt estimare. In cuius rei testimonium predicti duodecim iurati huic inquisitioni sigilla sua apposuerunt.

In dorso. 'Coram Rege. Albi monachi Cistercienses Oxonie petunt illam placeam & warram que est in parte boriali pontis de Hythe, que continet xxi perticas in longitudine et quatuor in latitudine et dimidiam de dono regis; et inquisitores dicunt quod burgenses Oxonie habent inde unam medietatem et regina mater regis aliam.'

Ibidem. Memorandum quod pro illa parte placee et warre que est ex parte boreali pontis de la Hythe que continet xx et unam perticam in longitudine & iiii perticas et dimidiam in latitudine que non valeant[1] secundum quod dicunt iurati plus quam sustentatio warre inde reprendit, obligabunt se scholares Cisterciensis ordinis Oxonie studentes ad dictam warram claudendam in perpetuum, & quod nulla erit ibidem apertura que posset alicui cedere in damnum vel grauamen. Dicta uero warra coniuncta est cimiterio ordinis et loci predicti, quod dedicauit uenerabilis pater B. Bathoniensis et Wellensis episcopus, quam petunt dicti scholares sibi a domino rege confirmari cum onere dicte warre.

31. St. George's.

The chapel of St. George's, which was founded in 1074 for secular canons, was given to Oseney in 1149, as will be shown in the second part of the Cartulary. As it was sometimes the case that secular canons founded and maintained a school, some historians of the University have suggested that the origin of the University might be from some school

[1] i. e. placea et warra.

maintained by St. George's or St. Frideswide's, both of which were originally foundations of secular canons; but no trace of any such school can be found. In the middle of the fifteenth century we hear of some scholars in the Castle, who lived upon the alms of Oseney,[1] and later in the century some statutes[2] were drawn up for a College of St. George's in the Castle, under one of the canons of Oseney, who was to have the title of *custos* or *magister*. The accounts which we print for the year 1501 suggest that the College had a seal, but as the oblations for a whole year in the chapel of St. George's were only 61*d.*, the College must have been little more than a name.

In an Oseney account,[3] apparently for 1328, we find 'solut' capellano de Castro pro stipendiis suis XIII s. IIII d.; solut' subdiacono & II clericis ibidem X s.' In the annual accounts at the beginning of the sixteenth century the abbey granted a gratuity of 10*s.* a year to the poor scholars in the Castle, but there seems to be no other grant. Probably they were maintained on the broken meat from the abbey, of which there was abundance.

1067.

[Grant of an indulgence by the archbishop of Cashel to those who visit the chapel of St. George.]

O. C. 21
July 29, 1277

Uniuersis Cristi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Dauid miseracione diuina Cassellensis archiepiscopus salutem in domino sempiternam. Cum sacra sanctorum limina visitare & ea pietatis studio venerari coram Altissimo sit acceptum, mentes fidelium ad opus ita salutiferum, quasi quibusdam illectamentis, indulgentiarum muneribus duximus excitandas. Ideo omnipotentis dei misericordia & gloriose dei genitricis virginis Marie & beatorum Petri & Pauli apostolorum, ac beati Patroci patroni nostri omniumque sanctorum meritis ac precibus confidentes, omnibus parochianis nostris & [alii]s quorum diocesani hanc indulgenciam nostram ratam habuerint, de peccatis suis vere contritis, & confessis, qui capellam beati Georgii Martiris in Castro Oxon' sitam in festo & per octabas eiusdem orandi causa adierint & eam aliquo caritatis officio honorauerint, decem dies de debita & iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum apud Oseneyam, quarto Kal. Augusti anno domini M CC LXX septimo.

[1] Wood, *City of Oxford*, i. 640.
[2] MS. Rawlinson Statutes 34.
[3] Oseney Charter, 104.

1068.

[An account of the guardian of St. George's church.]

In[1] quodam computo fratris Iohannis Grandepont custodis ecclesie sancti Georgii infra castrum Oxonie anno 17° regni Henrici septimi. Twyne 23. 105 1501

Item computat de v s. i d. receptis pro oblacionibus ad summum altare ibidem hoc anno &c. Et de 12 d. receptis de Iohanne Tomlyns pro decimis suis in Stockwellstret. Expense ibidem; imprimis, solut' Iohanni Wayte pro factura cere et pro candelis erga Purificacionem et aliis temporibus ut patet, 8 d. ob. Item solut' Matilde Brygg' pro reparacione superpellicii pro capellano 8 d.; et solut' pro factura quinque clavium de novo viz. pro cameris domini Roberti Baron, Thome Davy, pauperculi, pro ostio gardini et pro armariolo in sede custodis in choro ibidem, et pro reparacione serarum eorundem et pro twysts[2] de novo, ut patet, ii s. viii d.; pro reparacione muri et camini in camera custodis, pro reparacione pavimenti ecclesie x d.; item solut' pro erubiginacione gladii sancti Georgii iiii d.; item solut' Ricardo Sawtry pro reparacione organorum iiii d.; item solut' pro redemptione sigilli sancti Georgii v s.

32. The Castle Mill.

At its foundation Oseney was endowed by Robert Doiley with the tithes of the mills beneath the Castle, but in 1147 surrendered these tithes in exchange for Medley, as will be shown in volume iv of the Cartulary. It is not easy to understand by what right Robert Doiley made this grant, as the mills were the property of the king. In 1199 one of the mills was granted to the burgesses of Oxford, and on September 20, 1386, Richard II by Letters Patent granted the other mill to Oseney in perpetuity together with King's Mead, at a rent of £20. A writ of 1310, which is printed below, shows that when the mill and the meadow were part of the dowry of Queen Margaret, widow of Edward I, the abbot of Oseney had a lease of them. After the Dissolution the mill became part of the endowment of the bishopric of Oxford; ultimately it was acquired by the City.[3]

[1] This was seen by Twyne at Christ Church, but it is not there now.

[2] hinges.

[3] *Properties of the City of Oxford*, p. 200.

1069.

[The abbot of Oseney has rendered his account for the mill.]

O. C. 36 Feb. 6, 1310

Rex vicecomiti Oxon' salutem. Scias quod abbas Oseneye fuit coram baronibus de Scaccario nostro apud Westmonasterium a die sancti Hillarii proximo preterito in xv dies ad reddendum domine matri nostre Margarete regine Anglie compotum nondum ei redditum pro tempore quo habuit custodiam mollend*inorum* Oxon', item prati de Kyngesmede. Quare tibi precipio quod exitus terrarum suarum quos ea occasione leuaueris sine dilacione restituas eidem. Teste T. de Cantebr' apud Westmonasterium vi die Februarii anno regni nostri iii°.

1070.

[A receipt for a half year's rent of Castle Mill and King's Mead.]

Ch. Ch. Dec. 12, 1404

Nouerint uniuersi per presentes me Thomam Chaucer nuper vicecomitem Oxon' & Berk' recepisse de Abbate & Conuentu de Oseneye decem libras argenti de firma medietatis duorum molendinorum aquaticorum subtus Castrum Oxon' & [totius] prati iuxta Oseneye vocati Kyngesmede ac medietatis cuiusdam piscarie aque vocate Themese a ponte vocato Hydebrigge usque eadem molendina, que Ricardus Forster tenuit ad terminum vite sue ex concessione regis, pro termino sancti Michaelis ultimo preterito. De quibus quidem x libris fateor me fore solutum, dictumque Abbatem & Conuentum inde acquie[tatos] per presentes, sigillo officii mei signatas. Dat' xii die Decembris anno r. r. Hen. IV post conquestum sexto.

33. The Dispute about the Boundary between Oseney and the City.

In February 1377 the Bishop of Lincoln gave a verdict in a dispute between Oseney and the City about the eastern boundary of the manor of Oseney; the abbey claimed that the main branch of the river was the boundary, and that Warham Bank was within the manor. The Bishop decided that Warham Bank was within the jurisdiction of the City. A document which refers to this dispute is printed in *Medieval Archives of the University*, i. 193, and in the *Calendar of Charters and Rolls in the*

Bodleian (p. 311) is a description of the boundaries of Oxford which was probably drawn up at this time. An English translation of this verdict was made about 1460 and is printed in *The English Register of Oseney Abbey*, p. 48 (E.E.T.S.).

1071.

Comme diuerses debates & chalanges sunt estez meuz enis ces heurs, entre labbe & couent Doseneye dune part et le maire & communialte Doxenford dautre part, des franchises realx & autres choses touchantz eux, cestassauoir de tut la part del Isle Doseneye qest as ditz abbe & couent, ensemblement oue touz lour tenantz sour la Ware des molyns de chastel Doxenford, quele Ware les ditz abbe & couent clamerent comme parcelle de lour part del Isle auantdite, deniz quelle part del Isle auantdite ensemblement oue la dite Ware ils clamerent veue de frankplege & quantque a veue appartient, chatelx de futyfs & felons, sok, sak, tol, tem & infangthef, et que les ditz abbe & couent, lour tenantz et hommes seront quitz des shires, hundredez, wardes, danegeld & toutes plees & autres exaccions & quereles, forspris mordre & larcine aproue,[1] et deniz mesmes les boundes le mair & les communes Doxenford clamerent toutes maneres fraunchises comme eux ont deinz la ville Doxenford, comme parcelle de suburbe de dite ville ; de queux debates & chalangez les parties auantditz se sont mys en submission & ordinance de lour honore seigneur & reuerent piere en dieu Iohan euesque de Licole, empriant a lui comme lour pere espirituel de faire entre eux final discussion & bon accorde en celle partie ; le dit euesque, veues les euidences dune part & dautre & considerant le dit Isle sibien la part les ditz abbe & couent come la part del honour seint Wallerey & les fraunchises dycelles, par bone deliberacione si ad declare & iugge finalement en manere que suit ; cestassauoir que les ditz abbe & couent ont droit come de la fundacione de lour esglise dauoir & enioier toutes les franchises & quitances auant ditz a eux & a lour successours, tenantz & reseantz en tute labbe Doseneye, et en tut le remenant del part les ditz abbe & couent del dite Isle Doseneye tanque al pont & en tut le pont appelle le Bookbynderbrugge, & en tut lewe que court desouz mesme le pont tanque al ryuer de Thamese vers le south & deuers le north tanque al fyn de lour frank tenement, issint que nul molyn illoeqes soit leue ; et par altercacione del non' du dit pont, a cause que illoqes sont

Oseney Roll 90 A. fol. 23 and fol. 358 Feb. 22, 1377

i. e. latrocinium probatum.

deux pontz pres ensemblement, si est declare par le dit euesque que le pont que se extent outre le russelle currant plus pres a lestank des molyns de Chastel Doxenford en la west partie de dit estank est le dit pont appelle le Bookbynderbrugge ; et que les ditz mair & communialte, lour heirs ne successours par eux ne par lour ministres ascune demande, exaccion, claime ou execucion par cause de iurisdiction ou autre colour queconque, puissent faire de deinz la p*ar*seynte suisdite, forspris que le ditz abbe & couent ne disturbent les ditz tenantz & reseantz que sont ou seront deinz la p*ar*seynte suisdite destre contributoirs oue la communialte Doxenford au disme ou quinszime ou autre subside grantez ou a granters a roi en plein parlement par la communialte du roialme & a les dispenses de burgeis a tiel parlement esluz, & ceo en mesme la manere comme les tenantz & reseantz que sont ou serront de deinz le honour de seint Wallery font ou ferront en temps auenir, & ce solonc lafferant de ceo que auncienement soleit estre assis sour la parochie de seint Thomas Stokwelle & Twentiacre, queux soleient estre assiz en commune a tiel contribucione faire, sanz plus encrestre sur eux par ascune cause auenne ou que puisse sourdre en temps auenir ; issint que les ditz mair & communialte, lour heires & successours acquiteront & deschargeront les ditz tenantz & reseantz de ditz abbe & couent que sont ou serront de deinz la p*ar*seynte suisdite qils ne seront chargez a tiele contribucione faire ouesque autres foreynz queconques ; et aussi ad le dit euesque declare & iugge que les ditz mair & communialte lour heirs & successours ount droit dauoir & enioier touz les franchises et iurisdictione dela le dit pont appelle Bookbynderbrugge vers lest entre le pont appelle Hithebrugge & le pont desouz les molyns de chastel Doxenford deuers les Freres Menours de touz les tenantz & reseantz des ditz abbe & couent sur la ware illoeque comme ils ont de deinz la ville Doxenford ; issint que les ditz tenantz & reseantz que sont ou serront sur la ware suisdite ne soient destourbez de franchement user & auoir lour esement de lewe de Thamese en honeste manere & sauf as ditz abbe & couent & lour successours leur franktenement, rentes & seruices & lour soyl sur mesme la ware comme droit del fundacione de leure esglise. Et sur ce sibien les ditz abbe & couent comme les ditz maire & communialte soiont greablement assentuz a les ditz declaracione & iuggement issint faitz par le dit euesque comme desuz est dit & les tiegnent & afferment pour accord & final iuggement & discussion pour touz iours delune part & de lautre sanz fraude ou mal engyne. En

tesmoignance de quelle chose al une partie de ceste endenture demurant deuers les ditz maire & communialte les ditz abbe & couent ont mys lour seal, et al autre partie de mesme lendenture demurant deuers les ditz abbe & couent les ditz mair & communalte ont mis lour commune seal ; et pour la greindre seurtee & tesmoignance del accorde & choses dessusditz, le dit euesque ad mis son seal a une & lautre partie de meismes les endentures. Don' a Londres le XXII iour de Feuier lan du regne nostre seignour le roi Edward tierz puis le conquest cestassauoir Dengleterre cynquant primer et de France trent octisme.

34. Unidentified.

1072.

[A grant of land to Richard the miller.]

[Contra Ricardum molen]dinarium & Agnetem uxorem eius de terra [ ].

Notum sit cunctis fidelibus quod ego [Edwardus[1] abbas] Oseneye B. 176
assensu tocius conuentus concessi [& presenti car]ta confirmaui 1168-84
Ricardo Molendinario & A[gneti] uxori sue & heredibus eorum terram nostram de [Sleibrand][2], tenendam in feudum & hereditatem de ecc[lesie sancte] Marie de Osen' per quatuor solidos [conuentui eius]dem loci annuatim ad duos terminos in[de reddendos], scilicet ad festum sancti Michaelis duos solidos & [ad Annunti]ationem sancte Marie II solidos ; & si Ricardus ex [eadem] Agnete heredem non habuerit & ea uiuente [decesse]rit, Agnes uxor eis prefatam terram teneat in [pace in] uita sua per supradictum redditum, siue nupserit [si]ue uidua permanserit. Inde fecit nobis idem [Ricardus] fidelitatem iurando super textum in capitulo [ ] & redditus ad iamdictos terminos reddendi. His testibus, Ricardo presbitero, Iohanne clerico, Roberto moln', Gileberto Parmentario, Nicholao, Willelmo Fullone, Henrico molendinario.

[1] The name has perished, but all the deeds at this point in the Cartulary are grants by this abbot.

[2] The word is supplied from the next deed. It is not known who Sleibrand was, nor is it certain that the land was in the parish of St. Thomas.

1073.

[Grant of the same land to his nephew.]

Contra Andream nepotem Ricardi molendinarii de terra de Sleibrand.

B. 180v[1] 1184–1205

Sciant [&c.] quod ego Hugo Abbas Oseneie & Conuentus eiusdem domus concessimus [&c.] Andree nepoti Ricardi Molendinarii & heredibus eiusdem Andree terram de Sleib[rand], quam predictus Ricardus auunculus eius de nobis tenuit; [haben]dam ipsi Andree in feodo & hereditate libere [& quiete per IIII solidos annua]tim nobis persoluendos uidelicet [ad festum sancte Mar]ie in Marcio II solidos & ad festum [sancti Michaelis II] solidos & preterea VI denarios in festo [sancti Marti]ni ad [ ]ortarium[2] capelle [ ]. [Inde iu]rauit se nobis fidelitatem seruaturum [& in recog]nitione dedit nobis II solidos. Hiis testibus, [ ]e Wicheford presbitero, Waltero Rufo presbitero, Willelmo [ ]is, Waltero cord[e-wanario].

1074.

[A grant of land to Richard of Stokingberi.]

Contra Ricardum nepotem Willelmi de Stockingeberi & Robertum fratrem eiusdem Ricardi.

B. 180r 1184–1205

Sciant [&c.] quod ego Hugo Abbas Oseneie & conuentus eiusdem loci concessimus [&c.] Ricardo nepoti fratris nostri Willelmi de Stokingeberi[3] & Roberto fratri eiusdem Ricardi, capitalem domum cum cellario & solario terre illius quam Wigerus de nobis in Oseneia tenuit, simul cum medietate tocius curie illius in longitudine; tenendam de nobis in uita eorum tantum libere & quiete per XVI denarios annuatim inde ad duos terminos reddendos, scilicet ad [festum sancti Micha]elis VIII d. & ad Pascha VIII d.; ita [tamen quod si Ric]ardus aliquo modo istud tenementum [tenere desierit],

[1] This page has been wrongly bound, so that the deed begins on 180v and ends on 180r.

[2] Perhaps the word is *mortarium*, i. e. a lamp over a shrine.

[3] This canon is mentioned in *Materials of the history of archbishop Thomas*, i. 509. The canons of Oseney testify that William de Stokingbery, one of the canons, who had suffered from epilepsy for twenty years, visited Canterbury at Whitsuntide 1171, and was healed by invoking the prayers of St. Thomas.

Robertus frater eius illud in uita sua tantum [tenebit. Inde] fecerunt nobis fidelitatem & in rec[ognitione de]derunt nobis dimidiam marcham a[rgenti.]

1075.

[A grant of land to Lucas de Wurth and his heirs.]

Contra Lucam de Wurda de terra super calceiam. B. 181r

XXV. 125 Dec. 4, 1799; a lease to Thomas Pasco of High Street, druggist, and John Swift of Butcherrow, plumber, trustees for Elizabeth, daughter of the late Thomas Richings, in the same words; fine £24.

XXVIII. 88 Oct. 19, 1801; James Jones of Lambourn, brewer, and Elizabeth his wife for £378 assign the lease to William Rowland, mealman.

Feb. 14, 1814; a lease to William Rowland, mealman, in the same words; fine £40.

XXXI. 191 Nov. 16, 1829; his lease is renewed of the same tenements and meadow ground; 40 years; rent 10*s.* 8*d.* and two capons; fine £40.

Rewley Lane. Sixth and Seventh Tenements.

Oct. 1, 15 Eliz.; a lease to Richard West; rent 13*s.* 4*d.* and two capons or 2*s.* 6*d.*

Oct. 1, 30 Eliz.; his lease is renewed.

Dec. 12, 13 Jac.; a lease to William Arnold of St. Michael's, cordwainer, of two adjoining tenements occupied by Simon Harte and Nicholas Lardner in Rewley Lane; John Whitfield N. and E.; Dorothy Turpin S.; it was formerly dimised to Richard West, yeoman; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons or 2*s.* 6*d.* **III. 348**

Dec. 13, 1627; a lease to John Burges of St. Ebbe's, slatter, in the same words. **III. 710**

Dec. 19, 1654; a lease to Robert Burges of St. Ebbe's, yeoman, and Nicholas Davis of All Saints, stationer; they are occupied by Thomas Hawkes and — Gould; Thomas Whitfeild N.; John Comes, slatter, S.; same rent. **IV. 391**

Apr. 12, 1658; a lease to Susan Raunce of St. Ebbe's, widow, and Robert Burges of St. Ebbe's, yeoman; they are occupied by Thomas Hawkes and Lawrence Saunders; same rent. **IV. 501**

Dec. 26, 1679; Richard Haynes, assignee of Zacharias Roberts, who was the assignee of Susan Raunce and Robert Burges, for £87 assigns the lease to Richard Lumley. **VI. 108**

Jan. 26, 16$\frac{79}{80}$; a lease to Richard Lumley of St. Mary Magdalen's, plumber, in the same words; rent 13*s.* 4*d.* and two capons or 5*s.*

Jan. 26, 169$\frac{7}{8}$; the lease is renewed; fine £7. This is not entered in the Lease Book.

Nov. 2, 1711; a lease to Judith Lumley, widow; fine £4. This is not entered in the Lease Book.

Mar. 2, 172$\frac{5}{6}$; a lease to Fanshaw Wearg, butler, and Thomas Wearg, barber, executors of Judith Lumley, widow; the tenements were late in the occupation of Richard Picke, now of Jezreel Agg and Charles Mathews; Joseph Benson, gardener, N.; William Cox, plasterer, S.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £5 5*s.* **XIII. 23**

Nov. 10, 1739; a lease to Thomas Wearg, barber; the tenements are occupied by Joseph Locke and Mary Moore; the rest as before; fine £5 5*s.* **XIV 185**

Sept. 14, 1743; the heirs of Thomas Wearg for £70 sell the lease to George Webb. **XVI. 225**

Dec. 18, 1756; a lease to George Webb, barber, of two tenements occupied by Joseph Lock, maltster, and Mary Crawford, widow; the rest as before; fine £5 10*s.*

Sept. 4, 1792; James White for £42 assigns the lease to John Hughes. **XXIV. 187**

May 4, 1796; a lease to John Hughes, cooper, of five tenements occupied by John Drewitt, Richard Keene, and Robert North; John

Haynes, breechesmaker, N. and E.; Alice King, widow, S.; 40 years; rent 13*s.* 4*d.* and two capons; fine £140 after 39½ years.

XXVII. 195 Mar. 13, 1807; John Hughes for £205 sells the lease to John Keep.

June 20, 1810; a lease to John Keep, victualler, in the same words; fine £15 15*s.*

XXX. 165 Aug. 4, 1824; a lease to John Evetts in the same words; fine £25.

XXXIII. 206 Aug. 21, 1838; a lease to Guy Thomson, banker, in the same words; fine £20.

Rewley Lane. Eighth Tenement.

Dec. 14, 38 Eliz.; a lease to George Turpin alias Capon, cook. Not in the Lease Book.

III. 770 Dec. 15, 4 Car. I; a lease to John Coombe, slatter; the premises have John Burges N.; Christopher Guy S.; garden of John Whitfield E.; it was once in the occupation of James Greetam, then of George Turpin alias Capon, now of Dorothie Turpin, widow, and John Coombe, her son-in-law; 40 years; rent 5*s.*

V. 106 May 20, 1662; a lease to Joan Combes, widow; Susan Raunce and Robert Burgis N.; James Saunders S.; Thomas Whitefield E.; the tenement is occupied by Joan Combes and Dorothie Turpin; rent 5*s.*

VI. 81 July 29, 1678; a lease to Thomas Combes, slatter; 40 years; rent 5*s.*; fine £3.

XI. 44 Feb. 2, 170$\frac{8}{9}$; his lease is renewed; for 21 years; rent 5*s.* and one capon.

XII. 259 Jan. 11, 172$\frac{4}{5}$; his lease is renewed; widow Lumley N.; William Richardson S.; 21 years; rent 5*s.* and one capon or 2*s.* 6*d.*; fine £10.

XIV. 19 Nov. 20, 1734; a lease to William Cox, schoolmaster, in the same words; fine £5.

XVI. 222 Apr. 4, 1757; his lease is renewed; it is occupied by Mary Cox, widow; Thomas Wearg N.; Rob. Bossom, cordwinder, S.; 40 years; fine £5 for a new lease.

XXIII. 70 Sept. 8, 1787; Susanna Cox, widow of William Cox for £12 12*s.* assigns the lease to John King.

July 4, 1788; a lease to John King, labourer; George Webb N.; Moses Keates S.; Thomas Richings E.; 40 years; rent 5*s.* and one capon; fine £10 10*s.*

XXV. 232 Nov. 20, 1801; a lease to Alice King, widow, in the same words; fine £2 2*s.*

Feb. 22, 1819; a lease to Nicholas Hands, milkman; the tenement is occupied by John Woodford and John Bossom; 40 years from 1818; same rent; fine £37 10*s.* **XXIX. 170**

Rewley Lane. Ninth Tenement.

Sept. 30, 24 Eliz.; a lease to Alexander Noble, labourer, of a tenement in Rewley Lane, now in his tenure; 21 years; rent 5*s.* **II. 31**

Oct. 1, 30 Eliz.; a lease to James Greetam and Joan his wife. This is not in the Lease Book.

Dec. 24, 1 Jac. I; a lease to Frances Harvey, widow. This is not in the Lease Book.

Dec. 16, 11 Jac. I; a lease to William Field, carpenter; Dorothy Turpin N.; a tenement of Thomas Dutton, Esq., occupied by William Walter, manciple, or Richard Combes his assign S.; a garden ground heretofore in the tenure of Robert Gardner, now John Whitfield, E.; 40 years; rent 5*s.* and one capon or 16*d.* **III. 292**

Dec. 17, 17 Car. I; a lease to Christopher Guile of All Saints, cutler, in the same words. **IV. 145**

Sept. 7, 1661; a lease to James Saunders of Kidlington, husbandman; John Combes is S.; same rent; fine £3. **V. 71**

Apr. 24, 1686; his lease is renewed; fine £6 after 24 years. **VII. 239**

Mar. 1, 170$\frac{7}{8}$; a lease to Jane White of Cowley, spinster; 40 years; rent 5*s.* and one capon or 2*s.* 6*d.*; fine £2. **XI. 24**

Feb. 7. 172$\frac{2}{3}$; a lease to William Richardson of Oxford, gardener; Thomas Combe N.; — Miller, formerly Mrs. Coleman, S.; Josiah Hall E.; same rent; fine £1. **XII. 190**

Nov. 9, 1737; a lease to Robert Bossom of Oxford, cordwinder, son-in-law of the late William Richardson; Anne Willis, widow, is S.; 40 years; same rent. The fine was remitted, the lessee being poor. **XIV. 119**

Oct. 26, 1784; a lease to Moses Keates, carpenter; it is in the occupation of widow Lock; Ralph Day N.; Thomas Coates S.; 40 years; rent 5*s.* and one capon; fine £20 for a new lease, which was sold by auction. **XXII. 56**

Sept. 28, 1789; Moses Keates for £51 10*s.* sells the lease to Alice King. **XXV. 34**

Nov. 23, 1798; a lease to Alice King, widow; fine £3 12*s.* 6*d.*

May 19, 1813; a lease to Elizabeth Eaton, widow; 40 years; same rent; fine £8. **XXVIII. 23**

XXXIV. 126 Jan. 10, 1827; the lease was renewed to Nicholas Hands, milkman, but not entered in the Lease Book.

On the death of Nicholas Hands in 1841 the lease was sold by auction and bought by Charles Bossom for £80.

June 9, 1842; a lease to Charles Bossom of St. Ebbe's, gent.; 40 years; rent 5*s*. and one capon; fine £16.

XX. UNIDENTIFIED PARISHES.

1097.

The following charter is no longer in existence; it was seen and copied by Twyne (xxiii. 105), but Wood did not see it (*City of Oxford*, i. 220). It has been often quoted, and the deduction has been drawn that in early days the portmote always met in the open in the churchyard of St. Martin's, but this is not a safe conclusion. It was always the custom to have a full portmote in September for the election of the officers, and there was probably a similar portmote in Lent. These meetings, being attended by all the freemen, had to be held in the open; after the purchase of the Gildhall they took place in the Gildhall court; but in the twelfth century, when the Gild met in a hired room, afterwards known as the Old Gildhall, on the south side of Queen Street opposite the church of St. Martin, it would be natural for the full portmote to meet in the churchyard of St. Martin. Wood (*City of Oxford*, iii. 3) assigns this document to the year 1134, but as John Kepeharm lived until 1204 or 1205, and Thomas son of Eilric outlived him, a date before 1160 is impossible. As the portmote always met on Monday, our choice is limited to the years 1161, 1167, 1172, or 1178, in which years St. Cuthbert's day (March 20) fell on Monday. Probably 1172 is the year, for in the Pipe Roll of Michaelmas 1175 we read (p. 14) that within the last twelve months Lefwin, the Prepositus of Oxford, had paid two marks for allowing the escape of a robber, no doubt from the prison of Oxford, during his year of office. It is not possible to identify the land which is quitclaimed.

[Goscelin and William, his son, quitclaim land to Oseney.]

Twyne 23. 105 Prob. Mar. 20, 1172 In die sancti Cutberti in quadragesima facta fuit portmanmot de Oxeneford in cemiterio sancti Martini, et tunc uenit ibi Goscelinus et filius eius Willelmus; illam terram quam Willelmus Gunfredus & frater eius tenuerunt, ecclesie sancte Marie de Oseneya et canonicis ibi deo seruientibus omnino a se et ab heredibus suis quietam clamauerunt. Tunc uero temporis Iohannes filius Radulfi et Lefwynus le Wanter prepositi eiusdem uille interfuerunt, et omnes isti

huius facti testes fuerunt, uidelicet Radulfus presbiter,[1] Gaufredus filius Durant et Willelmus filius eius, Rogerus filius Hemming, Ainsey frater suus, Iohannes Cepeherm, Hugo frater suus, Willelmus filius Eilwy, et Thomas filius Æilrici, Segrim clericus, Wigerus &c.

1098.

The next deed, the earliest original fine, has been printed in Round's *Feudal England*, p. 514, and also in *Charters in the British Museum*, no. 55, where it is reproduced in facsimile, with notes, to which the reader may be referred. It is now among the Cotton charters, where also other early charters of Oseney are found. There is probably a reference to this fine in the *Pipe Roll* for 23 Hen. II, p. 14, where it is recorded that Wigerus de Oseney paid half a mark *pro licencia concordandi* before Richard Giffard, Roger son of Renfred, and Robert son of Bernard; this is in the year ending Michaelmas, 1177. John de Caerdif acted as deputy for Robert son of Bernard. It has not been possible to identify the women mentioned, and no Ingrea or Gundrea has been met with in all the records of Oxford. It may be that Ingrea was the wife of William son of Siward, who died about 1175 and gave his property to Oseney (see vol. i, pp. 334, 337).

[Ingrea and her three daughters quitclaim land to Oseney.]

Hec est finalis concordia que facta fuit apud Oxene*ford* in curia regis coram Ricardo Giffard & Rogero filio Reinfredi & Iohanne de Caerdif, iusticiis regis, ad proximum festum apostolorum Petri & Pauli postquam dominus rex cepit liganciam baronum Scocie apud Eboracum[2] inter canonicos Oseneie & Ingream & tres filias eius, scilicet Gundream & Isabellam & Margaretam de terra de Oxenefordia; unde placitum fuerat inter eos in curia regis, scilicet quod Ingrea & tres filie sue prenominate clamauerunt predictis canonicis quietam terram illam in Oxenefordia de se & de heredibus suis pro xx solidis, quos canonici illis dederunt, & omne ius quod in eadem terra habebant quietum illis clamauerunt. **Cot. xi. 73 B. 166 June 29, 1176**

1099.

[Geoffrey Parvus quitclaims land to Oseney.]

Contra Galfridum Paruum. **B. 166r c. 1175-80**

Notum sit omnibus quod ego Galfridus [Paruus] uolente & con-

[1] No doubt Ralf, rector of St. Martin's, father of John son of Ralf the *prepositus*.

[2] Aug. 10, 1175: see *Benedict of Peterborough* (Rolls Series), i. 95.

cedente uxore mea [& here]de meo quietum clamaui [Edwardo abbati & conuentui] de Oseneia f[eodum meum quod ab eisdem][1] accepi & tenui in magno uico Oxenefordie propter tres marcas argenti quas Edwardus eiusdem ecclesie abbas michi dedit, ita tamen quod ego tenebo mansuram in qua maneo, quamdiu illam deffendere potero, censum pro illa, scilicet VIII solidos annuatim, predicte ecclesie ad duos terminos reddendo, scilicet ad Annuntiationem sancte Marie quatuor solidos & ad festum sancti Michaelis quatuor solidos. Si autem edificium predicte mansure [combu]stum fuerit & ego reedificare non possim [uel] censum prenominatum pro ea reddere, ipsa predicte ecclesie in pace remanebit, liberam & quietam ab [omni] calumpnia de me & de heredibus meis. Duas [uero] seldas, que de eodem feodo sunt, quas ego impigneraui ab Assumptione sancte Marie anni[2] illius quo concordia facta est inter Henricum regem secundum & Henricum regem filium suum usque ad VIII annos, ego & uxor mea & Radulfus filius meus sine omni conditione quietas clamauimus & in manus abbatis tradidimus, affidantes hanc conuentionem firmiter in perpetuum tenendam. His testibus, Radulfo Britone, Rogero filio Hemming, Lamberto & Thoma prepositis, Willelmo filio Eilwi, Amfrido, Willelmo fratre suo, Laurentio filio Herding, Ricardo Aurifabro, Nigello Blancpein, Serlone, Gileberto armigero.[3]

1100.

[Oseney grants land to Adam and Juliana.]

B. 176r
c. 1180

Contra Adam & Iulianam de terra que fuit Henrici Cor[ueiser].

Notum sit cunctis fidelibus quod ego Edwardus abbas Oseneie concessi assensu conuentus & peticione Cecilie terram que fuit Henrici [Cor]ueiser[4] & postea eiusdem Cecilie filie eius, Ade & Iuliane & eorum heredibus, tenendam in feudo & hereditate de ecclesia Oseneye pro tredecim denariis [annuatim] reddendis. Testibus, Hugone de B[,], Costentin, Augustino presbiteris, [ ], Willelmo Preposito, [Nigello Blancpain].[4]

[1] Wood MS. D. 2, p. 400, paraphrasing the deed speaks of 'carta Galfridi Parvi, de feodo quod de ecclesia Oseneye tenuit, dato ei per Edwardum abbatem'.

[2] Aug. 15, 1174.

[3] For the witnesses, see vol. i, p. 426. If, as is probable, *Gilebertus armiger* is identical with Gilbert le Angevin, who held a small fee at Benson, the date must be before Michaelmas 1179, when Gilbert was dead, as we learn from the *Pipe Roll*.

[4] Restored from the summary in Wood MS. D. 2, p. 400.

1101.

[Hugh Kepeharm grants a strip of land to Oseney.]

CYROGRAPHVM.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Hugo Kepeherm concessi canonicis Oseneie unum pedem in latitudine de muro meo de terra Hugonis Salarii ad exaltandum murum suum quantum ipsi uoluerint; ita tamen quod murus ille erit communis michi & eis, ut uterque nostrum possit meiremum[1] super eum ponere sine alterius dampno. Hiis testibus, Hugone de Helsefeld, Iohanne Preposito, Iohanne Kepeherm, Radulfo Britone, Seulfo[2] Uinitario, Willelmo & Amfrido eius fratre,[3] Willelmo filio Sueting, Thoma filio Ailrici,[4] Lamberto, Segrim diacono & multis aliis.[5]

O. C. 469 B. 166r c. 1175–80

1102.

[Oseney grants to Isaac of Bristoll land of the fee of William son of Siward.]

Sciant presentes & futuri quod ego Hugo dei gracia abbas Oseneie & conuentus eiusdem ecclesie concessimus & grantauimus & liberauimus Ysaac Iudeo filio Mossei de Bristo & heredibus eius terram nostram quam Edwi filius Milde tenuit de feodo Willelmi filii Siwardi, que terra est in uico Iudeorum Oxenefordie inter terram Saulfi uinitoris & terram que fuit Hugonis Salnarii, quam idem Ysaac tenet; tenendam perpetuo de nobis libere & quiete in feodo & hereditate, reddendo inde quatuor denarios ad festum sancti Michaelis annuatim apud Oseiam [*sic*] pro omnibus seruiciis absque omni causa. Et pro concessione prediuise terre, prenominatus Ysaac dedit nobis xx^ti^ libras sterlingorum de recognitione. Et nos illam terram warantizabimus predicto Ysaac & heredibus eius contra omnes homines. Et ut terra predicta sepedicto Ysaac & heredibus eius

S. Edward 15 (3) c. 1185–90

[1] For *meremium*. B. spells it the same way.
[2] Seuffo, B.
[3] fratre eius, B.
[4] Eilrici, B.
[5] By the help of the next deed it may be suggested that this is about the north wall of Knap Hall, which must have been occupied at this time by Hugh Salarius. The tenement on the north side of Knap Hall was occupied by John Kepeharm in 1279 (*Hundred Rolls*, ii. 798).

perpetuo & stabiliter permaneat, sicut sepius predictum est, sigilli nostri attestatione confirmauimus.[1]

1103.

[Oseney grants land in Cowley to Absalon and Aalota for their lives.]

B. 184r
c. 1190

Carta data Absalon clerico & sorori eius Aalote.

Notum sit omnibus quod ego Hugo abbas & conuentus Osen', concessimus & presenti carta confirmauimus Absalon filio Roberti presbiteri de Ihteslip' & Aalote sorori eius masagium & croftam & unam acram terre que pater eorum tenuit ultra pontem orientalem ciuitatis Oxen', que sunt de tenemento nostro de Coule, tenenda ipsi uel predicte Aalote sorori eius in uita eorum tantum, reddendo nobis singulis annis XII d. pro omni seruicio quod ad nos pertinet, ad duos terminos scilicet [VI d. Mar. 25, and VI d. Sept. 29]. Hiis testibus, Willelmo Wacheman, Willelmo filio [,]do Lideard], Philippo clerico, Wlllelmo [ ].

1104.

[William de Brigia grants land to Torald.]

O. C. 471
c. 1190–1200

Sciant omnes presentes & futuri quod ego Willelmus de Brigia[2] concessi & dimisi & liberaui Toraldo Cord[ewanario] terram meam quam Eilwinus [H]egreford tenuit, que terra est inter terram que fuit Radulfi filii Duranti & [ ]oris, illi & heredibus suis tenendam de me & heredibus meis firmiter & stabiliter in feodo & hereditate, libere & quiete & honorifice; reddendo pro illa terra annuatim sexdecim denarios & unam libram piperis pro omni seruicio, uidelicet octo denarios ad Pasca, & octo denarios & unam libram piperis ad festum sancti Michaelis. Et pro concessione mea & donatione prefati tenementi prenominatus Turaldus dedit michi unum bisancium

[1] William son of Siward, dying about 1175, gave to Oseney all his property (see no. 386). Part of it was in St. Edward's parish, but this deed is about land in *vicus Iudeorum*, which must mean Fish St., now St. Aldate's. It is probably the site of what in 1227 became the Gild Hall, when it was described as late the property of Moses son of Isaac, between Adam the vintner on the north and David the Jew on the south (*Royal Letters to Oxford*, p. 7). Hugh Salnarius may be identified with Hugh Salarius of the previous charter, the occupant of Knap Hall. Hugh became abbot in 1184.

[2] Unless this is the same as William de Grandpont, he is unknown. The property cannot be identified.

de recognitione & fidelitatem fecit michi de tenemento secundum legem uille Oxeneford. Et quia uolo quod predictum tenementum prenominato Turaldo & heredibus suis de me & heredibus meis iure hered[itatis perpet]uo firmum & ratum remaneat, hac mea carta & sigilli mei attestacione corroboraui. Hiis testibus, [ ] meo, Owen, Gaufrido Padi.

1105.

[Peter Bodin quitclaims a tenement in the suburb to Oseney.]

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Oxoniam a die Pasche in tres septimanas anno regni regis Henrici filii regis Iohannis uicesimo quinto coram Willelmo de Eboraco preposito Beuerlac', Henrico de Bathon', Rogero de Thurkelby & Gilberto de Prestune iusticiariis itinerantibus & aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Iohannem abbatem de Oseneya petentem & Petrum Bodin, quem Galfridus de Stocwelle uocauit ad warant[um] & qui ei warant[izat], per Willelmum Prat positum loco ipsius Petri ad lucrandum uel perdendum, de uno mesuagio cum pertinenciis in suburbio Oxonie, quod idem Galfridus prius warantizauerat Roberto de Cudelingtune, & unde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Petrus rocognouit totum predictum mesuagium cum pertinentiis esse ius ipsius abbatis & ecclesie sue de Oseneya & illud reddidit & quietum clamauit de se & heredibus suis predicto abbati & successoribus suis & ecclesie sue predicte in perpetuum. Et pro hac recognicione, remissione, quieta clam[ancia], fine et concordia idem abbas dedit predicto Petro decem solidos sterlingorum.[1] **B. 107 April 1241**

1106.

[Nicholas de Butte grants a messuage to Oseney.]

Carta Nicholai de la Butte de uno mesuagio super paruum pontem & crofta cum una acra terre. De ista surgit pietancia Iohannis de Lecche abbatis nostri. **B. 111v c. 1245**

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Nicholaus de Butte salutem. Nouerit uniuersitas uestra me dedisse, concessisse, liberasse & presenti carta mea confirmasse pro me & heredibus meis in perpetuum deo & ecclesie sancte Marie de Oseneya

[1] The original foot of this fine is at the Record Office.

& canonicis ibidem deo seruientibus totum mesuagium meum super Paruum Pontem[1] cum crofta adiacente & una acra terre arabilis & cum omnibus pertinenciis suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, tenendum & habendum eidem ecclesie & canonicis bene & in pace, libere & quiete sicut aliqua terra melius & liberius potest teneri. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem concessione, donacione, liberacione, & presentis carte confirmacione dederunt michi dicti canonici unam marcam argenti in gersummam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Henrico Purcel & [ ].

1107.

[John Penyert and Alice his wife grant to Thomas Nextebury the reversion of a messuage.]

S. Martin 32 July 31, 1345

Hec est finalis concordia facta in hustengo Oxon' tento ibidem die Lune proxima post festum sancti Swithini episcopi anno r. r. Edwardi III decimo nono, regni vero sui Francie sexto, coram Henrico de Stodlegh' tunc maiore ville Oxon', Iohanne de Brehulle & Iohanne de Eynesham tunc balliuis, Ricardo Cary, Simone de Gloucestre & Ricardo de Selewode tunc aldermannis eiusdem ville & aliis domini regis fidelibus tunc ibidem presentibus, inter Thomam Nextebury de Etone querentem & Iohannem Penyert & Aliciam uxorem eius deforciantes de uno mesuagio cum pert. in Oxonia, situato subtus le Cornwalle,[2] unde placitum conuencionis summonitum fuit inter eos in eodem hustengo scilicet quod predicti Iohannes & Alicia concesserunt quod predictum mesuagium cum pert., quod Alicia que fuit uxor Rogeri Mymecan tenet ad terminum vite sue & quod post decessum ipsius Alicie, que fuit uxor Rogeri Mymecan, ad predictam Aliciam uxorem predicti Iohannis reuerti deberet, predicto Thome remaneat, habendum & tenendum eidem T. & heredibus suis de capitalibus dominis feodi illius, per seruicia que ad predictum mesuagium pertinent imperpetuum. Et preterea iidem I. & A. uxor eius concesserunt pro se & heredibus ipsius Alicie, quod ipsi warantizabunt predicto T. & heredibus suis predictum mesuagium contra omnes homines in perpetuum.

[1] The property must have been in St. Clement's or in Cowley.

[2] It is not known where or what the Cornwalle was. This may be about the tenement which was given to Oseney in 1349; see vol. i, p. 367. As Alice Mymecan had no children (see vol. i, p. 345), Alice wife of John Penyert was not her daughter.

1108.

[Alice Mymecan grants to Thomas Nextebury her life interest in a messuage.]

Sciant [&c.] quod ego Alicia Mymecan dedi [&c.] Thome Nextebury de Watureton' unum mesuagium cum pert. in Oxonia situatum in parochia sancte Mildrithe[1] iuxta tenementum abbatis de Oseneya ex parte orientali; habendum & tenendum predictum mesuagium cum pert. predicto Thome, heredibus & assignatis suis ad terminum uite mee de capitali domino feodi illius per seruicia debita & consueta. Et ego [&c. warranty] quamdiu vixero. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Selwode tunc maiore ville Oxon', Adam le Longe, Iohanne Treuloue tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Falle, Iohanne de Biburi et aliis. Datum Oxonie die Iouis in festo sancti Andree apostoli, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo, regni vero sui Francie septimo.

O. C. 523 Nov. 30, 1346

1109.

[Nicholas quitclaims three houses to Ralf.]

[Sciant &c. quod ego Nicholaus] quietum clamaui Radulfo [omne ius quod habui in toto illo mesuagio] quod [situm est in] parochia sancti Edwardi regis in Oxonia, inter tenementum abbatis de Oseneya ex parte una et tenementum quod quondam fuit Nicholai de Ortone ex altera; et in toto [illo] mesuagio cum pertinentiis quod situm est in parochia Omnium Sanctorum in Oxonia inter terram Willelmi Eylmer ex parte boreali & terram quondam Walteri Aurifabri ex parte australi; et in toto illo mesuagio cum pertinentiis quod situm est in parochia Beate Marie Uirginis in Oxonia, inter terram quondam Andree de Durham ex parte occidentali & terram quondam [ ] Feteplace ex parte orientali: ita uidelicet quod ego predictus Nicholaus uel heredes mei uel assignati [mei] uel etiam aliquis alius nomine nostro in predictis mesuagiis cum pertinenciis uel in aliqua parte eorundem uersus [predictum] Radulfum uel heredes suos aut assignatos nichil iuris aut clamii de cetero uendicare uel exi[gere

O. C. 487 1290–1304

[1] It is impossible to locate this messuage on the east side of any tenement of Oseney in the parish of St. Mildred.

poterimus] inperpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Oe, tunc maiore Oxonie, R[ ].[1]

XXI. MISCELLANEOUS DEEDS.

1110.

[Fulk Basset grants quitrents to Torald Cordwainer.]

Ch. Ch. c. 1200

Sciant [&c.] quod ego Fulco Basset dedi & concessi, dimisi & liberaui Toraldo Cordewanerio & Thome filio Widonis pro homagiis & seruiciis suis terram quam Iohannes Keperm de me tenuit, et terram quam Segarus Poi de me tenuit in parochia sancti Edwardi; et terram quam Petrus filius Galfridi de me tenuit in parochia sancti Michaelis ad portam aquilonarem Oxonie; et terram quam Robertus de Dittonia de me tenuit in parochia sancte Mildrithe; et terram quam Ardingus & Thomas filii Eilrici de me tenuerunt in parochia beati Petri ad portam orientalem; et terram Iohannis Brond, et terram Willelmi Knit quam de me tenuerunt in eadem parochia; et terram Iohannis de Scinolte & terram Iohannis Patche, quas de me tenuerunt in parochia sancti Iohannis; et terram Galfridi Iussel quam de me tenuit in eadem parochia; et terram quam Willelmus filius Hamfridi de me tenuit; et terram quam Thomas filius Eilrici de me tenuit in Gropecunte Lane; et terram quam magister Martinus de me tenuit in parochia sancte Marie; et terram quam Robertus tresdecim marce[2] de me tenuit in eadem parochia; illis & heredibus suis, uel ubi assignauerint; tenendas & habendas de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere & quiete, plenarie & integre, reddendo inde annuatim septem solidos & undecim denarios pro omni seruicio; de quibus predictus Thoroldus & predictus Thomas acquietabunt me annuatim uersus dominum regem de uiginti tribus denariis[3] in die dominica ante Rogaciones & michi & heredibus meis sex solidos ad festum sancti Michaelis & unam libram piperis. Et ego [&c. warranty]. Et pro predicta donacione [&c.] prenominatus

[1] John de O was mayor in 1290, 1300, and 1304. The tenement in St. Mary's must be Ludlow Hall, at the middle of the site of University College; the tenement in All Saints must be near the back gate of the Mitre; but we do not find any Nicholas or Ralf who held these properties.

[2] He is called Robert Tresemars in *Cart. St. Frid.* i. 171.

[3] i. e. land-gable.

Thoroldus & prenominatus Thomas dederunt michi Fulconi quatuor libras sterlingorum, et Ysout uxori mee unum anulum aureum in gersumia; et acquietauerunt me uersus Laurencium Keperm de uiginti solidis; et quia uolo ut omnia hec predicta firma & rata permaneant [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Keperm, Laur[encio] filio suo, Petro filio Galfridi, Adam Ruffo, Thoma filio Eilrici, Laurencio filio Wiardi, Gaufrido Aurifabro, Roberto filio Owain, Radulfo Alegod, Waltero filio Iohannis, Lamberto Cordewanero, Rogero filio Stephani, Roberto Bodin, Andrea Pistore & multis aliis.[1]

IIII.

This and the next two deeds refer to the will of John de St. John, knight, who died at the beginning of 1230, leaving the abbot of Oseney as one of his executors. See vol. i, p. 132.

[Robert de Aumari has borrowed 12½ marks of the goods of the late John de St. John, knight.]

Uniuersis [&c.] Robertus de Aumar[i] salutem. Nouerit uniuersitas uestra me teneri & obligari domino abbati Oseneye[2] & aliis sociis meis coexecutoribus testamenti domini I[ohannis] de sancto Iohanne defuncti, in duodecim marcis & dimidia, quas mutuo de bonis defuncti accepi, ad duos terminos a me uel herede meo, si de me humanitus contigerit, soluendis; scilicet infra tres septimanas a die Pasche centum solidos & octo denarios, & infra quindecim dies a festo sancti Michaelis quinque marcas, anno M° CC° XXXII°. In cuius [&c. sealing], hiis testibus:—Fratre Elya de Holonde, Iohanne de Alnecestr[ia], Luca tunc celerario canonicis Oseneye, Fulcone de Aumar[i], Rogero primogenito meo, Nicholao camerario meo, Henrico Purcel, Thoma de Hokenartona, Henrico de Camera, & multis aliis.

O. C. 291 Prob. Mich. 1231

[1] With a dark green seal, about 1¾ inches in diameter, a knight in armour, on a horse galloping, with the device SIGILL' F[VLC]ONIS BACET', the last letter being smaller than the rest. The deed is before 1205, when John Kepeharm died. It is endorsed *de terris Toraldi Cordwainer*. There is no reason to attribute this deed either to St. Frideswide's or to Oseney. It is evident from the price paid that this is not a grant of houses in demesne, but of head rents, which in all cannot have amounted to £1 a year. Fulk Basset must have been a knight, but we do not know what fee he held; he appears in a deed of 1188 (*Eynsham Cart.* i. 72).

[2] That the abbot of Oseneye was an executor of the will of John de St. John, knight, appears from O. C. 18. It is clear from O. C. 15 (though as a whole it cannot be read) that Mathew de Bixtrop and Robert de Aumari were co-executors with the abbot.

1112.

[Notice by the Dean of Ewell that he has served a citation on Thomas de St. John.]

O. C. 294
c. 1232–5

Venerabilibus de Oxonia & de [Abbendona][1] decanis & domino W., uicario de Cumenore & subdelegato Prioris Abbendone, decanus de Hewelle salutem in domino sempiternam & debitam cum honore reuerenciam. Noueritis me secundum mandatum uestrum denuntiasse [Thomam] de sancto Iohanne ab ingressu ecclesie esse suspensum propter contumaciam suam, & peremptorie eumdem citasse ad domum [Willelmi] de sancto Iohanne fratris sui in [Wal]kested[2] ut compareat coram uobis in crastino sancti Gregorii in capella sancti Nicholai Abbendon', in causa [ ]ia inter executores testamenti quondam I[ohannis] de sancto Iohanne militis & eum auctoritate apostolica responsurus & iuri pariturus; et ut intersit secunde productioni testium dictorum coexecutorum, & diffinitioni exceptionum ab eodem propositarum, sciturus quod siue venerit siue non, dictos testes admittetis, & exceptiones premissas diffinietis ulterius secundum quod ius dictauerit.

1113.

[Thomas and William de St. John renounce all claim against Oseney.]

O. C. 293
Jan. 20,
$123\frac{5}{6}$

Omnibus [&c.] Thomas de sancto Iohanne & Willelmus de sancto Iohanne milites salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod cum inter nos & abbatem Oseneye & coexecutores testamenti Iohannis de sancto Iohanne fratris nostri uarie mouerentur controuersie super pecunia, debitis, & rebus aliis defunctum contingentibus; tandem uirorum prudentum consilio omnes lites mote & mouende amicabiliter conquieuerunt, que predictum abbatem & eiusdem loci conuentum contingebant. Et denuntiauimus omni actioni & liti in quocumque foro, quantum ad eosdem canonicos occasione dicti testamenti uel executionis eiusdem; ita quod nec nos nec aliquis ex nostris uel per nos uel nomine nostro de cetero eos uel domum suam uexabimus uel uexari procurabimus super omnibus predictis, & remisimus omne

[1] A guess; but if the court was to be held at Abingdon it is natural to assume that one of the judges lived there.

[2] Walkhampstead in Surrey, in the deanery of Ewell, the property of the family of St. John, was spelt Walkested.

clamium super eisdem. Et pro hac renunciatione & remissione dederunt nobis dicti canonici xx solidos sterlingorum, unde eos quietos clamauimus in perpetuum. Confecta fuit hec scriptura apud Londinium in festo sanctorum Fabiani & Sebastiani anno domini M° CC° XXXV° ; in cuius rei [&c. sealing], hiis testibus :—magistro Galfrido decano & Henrico cancellario sancti Pauli London', Iohanne de Oseneya canonico sancti Pauli, magistro Waltero de Binedone, magistro Matheo de Bello, Simone filio Simonis clerico, Petro filio Oliveri, Willelmo Corp de Euera, Ricardo de Sibbef[ord], & aliis. Prefatus etiam abbas pro se omni actioni renunciauit contra prefatos milites in posterum.

1114.

[A mandate to the rural dean of Dorchester to cite Roger de Ley to appear in Oxford to answer the abbot and convent of Oseney.]

Magistri R. de Preston' & R., rector ecclesie sancti Iohannis Oxonie, dilecto sibi in Cristo decano de Dorkecestria salutem. Mandatum magistri R. de Marisc', domini Lincolniensis officialis, in hec uerba suscepimus :—'Magister R. de Marisc' domini Lincolniensis officialis dilectis sibi in Cristo magistris Roberto de Preston' & Roberto rectori ecclesie sancti Iohannis Oxonie salutem in domino. Conquesti sunt nobis abbas & conuentus Oseneye quod cum inter ipsos & Rogerum de Lega scolarem Oxon[iensem] super pensione & taxacione cuiusdam domus coram Cancellario & Uniuersitate Oxonie questio uerteretur, iidem in causa perperam procedentes, iniquam contra ipsos abbatem & conuentum diffinitiuam tulerunt sentenciam ; quapropter nostram presenciam appellarunt. Unde uobis mandamus quatinus uice & auctoritate nostra de sentencia ipsa legitime cognoscentes, quod canonicum fuerit statuatis ; facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam si necesse fuerit firmiter obseruari. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter uestrum qui presens fuerit hec exequatur. Ratum n[os] habemus & gratum quicquid uterque uel alter uestrum quem adesse contigerit in causa predicta, uice & auctoritate nostra, mediante iusticia, duxerit statuendum. Et hoc idem omnibus quos dicta causa qualitercunque contingit presentibus significamus. Datum apud Lincolniam, Idus Augusti, Pontificatus dicti domini nostri Lincolniensis episcopi anno XI°.' Huius igitur auctoritate mandati uobis mandamus quatinus

O. C. 485 Aug. 13, 1245

peremptorie citetis Rogerum de Lega ut compareat coram nobis in ecclesia sancti Iohannis Oxonie die Lune proxima post Natiuitatem [beat]e Marie, abbati & conuentui Oseneye responsurus & iuripariturus, & qualiter executi fueritis mandatum nostrum secundum [formam predict]am per litteras uestras patentes nos certificare non omittatis. Ualete semper in domino.[1]

Sept. 11, 1245

1115.

[The will of Nicholas de Weston.]

O. C. 14 June 1271

In nomine[2] Patris & Filii [& Spiritus Sancti Amen. Testamentum][3] Nicholai de Westona in bona & sana memoria confectum. Ego Nicholaus in primis lego animam meam deo, & beate Marie & omnibus sanctis, corpus autem meum ad sepeliendum in porticu ad introitum ecclesie beate Marie [de Oseneya, cum corp]ore[3] equum meum nomine mortuarii, fabrice dicte ecclesie & uouture eiusdem ecclesie XL solidos, item in luminar[ibus] circa corpus meum sepeliendum uiginti solidos: item ad oblaciones decem solidos; item ad distribuendum pauperibus die obitus mei & in duobus [diebus subse]-[3] quentibus uiginti libras; item in psalteriis pro anima mea dicendis quinquaginta solidos; item die sepulture mee ad pietanciam conuentus Oseneye uiginti solidos; item ad emendum quendam redditum annuum XX solidorum, quos annuatim c[onuentus] ad pietanciam habeat die anniuersarii mei in perpetuum, uiginti marcas, & classicus meus tali die pulsetur; item clericis dicte ecclesie qui classicum meum die obitus mei pulsabunt duos solidos; item ad emendum quendum redditum annuum decem solidorum ad sustentacionem sarcofagorum Canonicorum Oseneye in perpetuum decem marcas, per uisum prioris & subprioris qui pro tempore fuerint de isto redditu honeste emend[o]; item in sotularibus pauperum quinque libras; item in missis pro anima sua [*sic*] celebrandis in quinque capellis per tres annos triginta libras; item conuentui sancte Frediswide Oxon'

[1] The deed is endorsed, *De quodam priuilegio Uniuersitatis Oxonie, parochia sancte Ebbe.* We conclude that Roger de Ley rented one of the properties of Oseney in St. Ebbe's. The privilege of the University, to which the endorsement refers, was that cases in which a scholar was concerned should be tried before the Chancellor. In this case Oseney would have preferred the Archdeacon's court. There were at this time appeals from the Chancellor's court heard by the bishop; but in the next century the appeal was only to the Archbishop, i. e. to the Court of Arches.

[2] The will of Alice de Weston is preserved (O. C. 14 b), but it is almost illegible. It can be made out that it was dated June 11, and the year (1322) is supplied by deed no. 1016, above.

[3] Gaps in the MS. supplied conjecturally.

decem solidos; item conuentui de Burncestria dimidiam marcam; item domui de Marckebi ad unam capellam quam [ ] fundauit sexaginta solidos; item fratribus predicatoribus Oxonie decem solidos; item Minoribus decem solidos: item fratribus de Saccis decem solidos; item fratribus de Monte Carmeli dimidiam marcam; item fratibus sancti Augustini quinque so[lidos; item hos]pitali sancti Iohannis Oxonie unam marcam, pau[peribus ibidem] languentibus per manus executorum in pane & ceruisia & quadam porcione piscis distribuendam; item monialibus de Garinges dimidiam marcam; item monialibus de Catis[by]; item monialibus de Litlemor decem solidos; item monialibus de Stodleya dimidiam marcam; item monialibus de Godestowe unam marcam; item anacorite sancti Bodoc' tres solidos; item anacorite de Crowmerse duos solidos; item anacorite de Farindon' [; item] anacorite de Horsepathe XII denarios; item anacorite sancti Egidii XII d.; item anacorite sancti Petri XII d.; item anacorite sancti Iohannis XII d.; item anacorite de Henkseye XII d.; item anacorite de Seukewrthe XII d.; item capelle sancti Nicholai [infra portas][1] Oseneye III solidos; item domino Thome clerico eiusdem loci X solidos; item capelle sancti Thome III solidos: item domino Roberto capellano II solidos; item clerico eiusdem loci II solidos; item Alicie sorori mee LX solidos & duo coclearia argentea & unum cyphum murceum[2]; item Roberto filio dicte sororis mee octo libras; item Ricardo garcioni meo XX solidos; item Willelmo fratri suo dimidiam marcam; item Matilde de Pyrie II marcas & duo coclearia argentea; item Leticie de [ ]ne XL solidos & duo coclearia argentea & unum cyphum murceum; item Nicholao filio eius dimidiam marcam; item Ricardo de Ortone XX solidos; item Dyonisie sorori eius II marcas & II coclearia argentea; item Iuliane II marcas II coclearia argentea; item Matilde II marcas & duo coclearia argentea; item Ricardo de Cestretone XX solidos; item fratri eiusdem unam marcam; item Ysabelle sorori eius XL solidos; item Thome de Wythefort XX solidos; item Sarre sorori eius si uiuit XX solidos; item ponti de Fres II solidos; item ponti de Goseford IIII solidos; item magno ponti Oxonie II solidos; item paruo ponti eiusdem uille II solidos; item leprosis II solidos; item Humfrido Coco II marcas; item magistro Willelmo Coco II

[1] Wood, *City of Oxford*, ii. 116, quoting Twyne xxiii. 105, says that these were the words in the will.

[2] *cyphus* means bowl or flagon. *murceus* is not given by Ducange; but the word occurs twice, and is written clearly.

marcas; item uolo quod Iohannes filius [*sic*] habeat ueteres domos in Parua Gernemutha, & nouam domum quam nuper edificaui Robertus nepos meus habeat. Item do, lego Alicie filie mee domos quas inhabito cum omnibus pertinenciis, habendas & tenendas sibi & heredibus suis seu assignatis in perpetuum. Uolo tamen quod dicta Alicia filia mea permittat Emmam uxorem meam, matrem suam, easdem domos inhabitare, quamdiu ipsa Emma [1] mater sua uixerit; & post decessum ipsius Emme remaneant dicte Alicie & heredibus suis, seu assignatis in perpetuum. Item uolo quod tribus pueris meis, Iohanni, Alicie & Katerine, remaneant omnia utensilia domus mee, preter superius legata. Item lego uxori mee equum minorem & unam uaccam ad opus puerorum; item Roberto nepoti meo unum affrum badium [2]; item uxori mee nomine dotis mobilium centum marcas de terra mea de Abburbiria uendita; item cuilibet altari ecclesie Oseneye II solidos; item ad luminar[ia] & fabrice ecclesie de Ebburbiria IIII solidos; item operi & luminar[ibus] ecclesie de Westone dimidiam marcam; item Agneti de Cestertone decem multones; item Ricardo Bleth de Ebburbiria II solidos; item uolo quod ad perficiendum istud testamentum quod de terra mea de Ebburbiria uendita & de bobus, affris, meremio & aliis rebus meis apud Abbirbiriam uenditis & de omnibus aliis rebus meis plene perficiatur secundum deum & dispositionem fratris Radulphi subprioris Oseneye, domini Roberti capellani capelle sancti Thome, magistri Willelmi Coci, Roberti Spret, Ricardi le Porter, & Roberti nepotis mei, quos executores meos ordino, facio & constituo.

June 18, 1271

Probatum fuit istud testamentum coram nobis Decano Oxon' die Iouis proxima ante festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste anno domini M° CC° se[ptuag]esimo primo, in ecclesia beati Petri orientalis eiusdem, & iurat[is] de fideli inuentario faciendo & computo reddendo commissa fuit administracio executoribus nominatis in testamento ut prius, prout continetur in testamento alio transcripto penes subpriorem Oseneye.

Nov. 10, 1273

Endorsed: Probatum fuit istud testamentum die Veneris proxima ante festum sancti Martini anno regni regis Edwardi primo coram maiore & balliuis Oxonie & communitate eiusdem in plena curia tempore Nicholai de Kyngestone tunc maioris eiusdem uille, & con-

[1] Apparently she was the daughter of Reginald the Mason. After the death of Nicholas de Weston she married William de Wodestone, evidently a widower, and for her third husband William de Lichefeld; see above, pages 412, 415, 419.

[2] A chestnut horse.

sideratum est per totam curiam quod Alicia filia Nicholai de Westone habeat seysinam tocius tenementi sibi legati in eodem testamento prout continetur in eodem & quod permittat matrem inhabitare si uoluerit.

1116.

This deed, which for some unknown reason has found its way to the muniment room of Balliol College, records the settlement, in 1388, of disputes between Oseney and St. Frideswide's which had been accumulating since 1349.

[A settlement of disputes between Oseney and St. Frideswide's.]

Omnibus [&c.] Willelmus permissione diuina episcopus Wynton, Thomas eadem gracia episcopus Eliensis, cancellarius Anglie, et Iohannes eadem gracia episcopus Hereford, thesaurarius Anglie, in arbitros, arbitratores & iudices electi super quibusdam controuersiis, litibus et debatis, habitis siue motis inter abbatem de Oseneye ex una parte & priorem monasterii Sancte Frideswyde Oxonie ex altera parte salutem in domino. Cum idem abbas termino sancti Michaelis anno undecimo regis nunc recognovit se teneri soluere predicto priori sancte Frideswide Oxonie centum marcas sterlingorum per recognicionem inde in cancellaria domini regis factam sub certis condicionibus, quarum tenor sequitur, irrotulat[am] in cancellaria predicta in hec uerba:—'Memorandum quod abbas de Oseneye et prior monasterii sancte Frideswide Oxonie unanimiter elegerunt uenerabiles patres & dominos Willelmum episcopum Wynton, Thomam episcopum Eliensem, cancellarium, & Iohannem episcopum Hereford', thesaurarium Anglie, in arbitros, arbitratores & iudices suos super quibusdam controuersiis, litibus & debatis, habitis siue motis, que haberi siue moueri poterunt ex quacunque causa reali vel personali a principio mundi usque ad presens inter prefatos abbatem & conuentum suum ex una parte et dictos priorem et conuentum suum ex altera parte, ut ipsi episcopi, assumptis sibi quandocunque eis placuerit venerabilibus et discretis uiris abbate de Waltham sancte Crucis & Iohanne de Waltham clerico, custode priuati sigilli domini regis, tanquam consulibus & assessoribus suis in premissis, predictas controuersias, lites & debatas citra festum sancti Michaelis in Septembr[i] proximo futur[um] terminent & decidant. Et si predicti abbas & eius conuentus pro parte sua

Balliol A. 14. 2 July 13, 1388

adimpleant decretum, arbitrium, laudum & ordinacionem dictorum uenerabilium patrum episcoporum in hac parte, predicta recognicio omni uigore careat; alioquin in suo robore permaneat & effectu. Et dicti abbas & conuentus omnes euidencias & querelas quas pro parte sua ostendere uoluerint citra quindenam Pasche proximo futur[am] dictis episcopis uel eorum alicui in scriptis exhibeat; post quam quindenam ab exhibitione huiusmodi precludatur; prouiso semper quod si dicti episcopi decretum, arbitrium, laudum & ordinacionem suam super premissis citra dictum festum sancti Michaelis non dederint uel proferant, ut est dictum, predicta recognicio similiter suo careat uigore & effectu.' Ac idem Prior per aliam recognicionem eidem abbati in eadem cancellaria tunc factam recognouit se teneri soluere eidem abbati alias centum marcas sub consimilibus condicionibus in eadem cancellaria irrotulatis, quarum condicionum tenor mutatis mutandis sub uno tenore uerborum comprehenditur. Dictisque partibus die confeccionis presencium coram nobis presentibus ac materiis eorum iuxta formam compromissionis & condicionum predictarum exhibitis, pro parte dicti abbatis conquerendo, sic ut inferius scribitur, declaratum extitit & per scripta sigillata ac alias euidencias rotulorum ueterum tam curiarum quam compotorum coram nobis exhibitorum erat monstratum. In primis idem abbas declarauit pro parte sua pro primo quod dicti prior & conuentus sancte Frideswide reddere tenentur dictis abbati & conuentui annuatim pro quadam insula uocata Langeneye XX s.,[1] ut patet per euidencias quarum copie liberantur. Item dicti prior & conuentus reddere tenentur dictis abbati & conuentui annuatim XLI s. VI d.[2] pro certis tenementis in Oxonia & quibusdam decimis in Helsepheld, unde XVIII d. eidem priori allocantur pro resolucione annualis redditus inde regi debiti. Item dicti prior & conuentus reddere tenentur eidem abbati & conuentui annuatim de quodam tenemento uocato Bonualettes[3] in parochia sancti Michaelis aquilonaris Oxonie VI s. VIII d.; item de quodam tenemento uocato Kepharm in parochia Sancte Mildrithe Oxonie II s.[4]; item de quodam tenemento uocato Alicie Hamond in eadem parochia II s.[5]; item pro decimis de Hulkesmulle II s.,[6] cum idem molendinum fuerit in manu dicti prioris, & cum fuerit in manibus firmariorum, abbas percipiet iustam decimam; item dicti prior & conuentus tenentur

[1] *Cart. St. Frid.* ii. 19.
[2] ib. i. 347.
[3] ib. i. 349.
[4] ib. i. 434; the rent is mentioned, but it was not paid to Oseney at that time.
[5] ib. i. 446.
[6] ib. ii. 211.

dictis abbati & conuentui in cc libris per formam quarundam indenturarum pro conuencionibus in eis contentis ex parte dictorum prioris & conuentus non obseruatis ut pro excambio terrarum & prati uocat[i] Toraldesham inter se inuicem faciendo; item dictus prior debet dicto abbati decem libras & xv solidos quos Iohannes Godmaston procurator dicti prioris recepit ad usum ipsius prioris per manus Iohannis Stowe canonici. Ac idem prior pro parte sua conquerendo sic ut inferius scribitur declarauit & per scripta sigillata ac alias euidencias rotulorum ueterum tam curiarum quam compotorum coram nobis exhibitorum [monstrauit]. In primis & pro primo petunt dicti prior & conuentus de dicto abbate & conuentu Oseneye vi s. viii d. per annum pro molitura de Hulkesmille[1] cum arreragiis xiii libris uidelicet annui redditus triginta & nouem annorum; item petunt dicti prior & conuentus de abbate & conuentu predictis decimas bladi & feni de una hida terre dictorum prioris & conuentus in Thomle, uidelicet de xvi butt[is] ibidem, & decima predicta ualet annuatim xviii d.; et petunt inde arreragia pro xii annis xviii s.; item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu xiii s. iiii d. de Middelheyt,[2] uidelicet cum arreragiis annui redditus xxxix annorum xxvi li.; item petunt dicti prior & conuentus de predictis abbate & conuentu unum mesuagium cum pertinenciis in Oxonia in parochia Sancti Michaelis ad portam borialem, quod quidem mesuagium iidem prior & conuentus habuerunt ex dono & feoffamento Walteri de Baldyngdon nuper persone ecclesie de Upledecombe & Walteri Cleue le maire sergeant de Oxonia,[3] licencia domini regis super hoc obtenta, de quo quidem mesuagio dicti abbas & conuentus disseisiuerunt predictum priorem et conuentum, et predictum mesuagium ualet per annum lx solidos. Et petunt predicti prior et conuentus de arreragiis pro xi annis xxxiii libras. Item petunt dicti prior et conuentus de abbate et conuentu predictis cc libras sterlingorum nomine pene ratione cuiusdam excambii per eosdem abbatem et conuentum non seruati diuersarum terrarum in Codeslowe, Etone et alibi, prout in quodam scripto obligatorio et in indenturis inde factis plenius continetur. Item petunt dicti prior & conuentus de predictis abbate & conuentu de Oseneya decimas de subbosco vendito apud Stonhurst in parochia ecclesie parochialis de Ocle, que pertinent ad dictam ecclesiam de iure communi. Et petunt de arreragiis xx annorum xl solidos. Item petunt dicti prior

[1] ib. ii. 209. [2] ib. i. 62.
[3] ib. i. 234. It was on the east side of Cornmarket.

et conuentus de dictis abbate et conuentu Oseneye decimas de quodam crofto apud Bunseye uocato Reynalds Wyke ac omnia iura parochialia & temporalia ibidem & sectam curie & redditum per annum trium solidorum; & pro arreragiis XL annorum VI libras. Item petunt dicti prior et conuentus de predictis abbate & conuentu Oseneye XI s. VI d.[1] annui redditus de diuersis locis in Oxonia & suburbio eiusdem, ut patet inferius, cum arreragiis eorundem, uidelicet XXX annorum XVII libras V solidos; primo inde petunt dicti priori et conueutus de abbate & conuentu predictis de domo dicti abbatis et conuentus in parochia sancti Edwardi per annum XII d.;[2] item de domo Iohannis de Sancto Iohanne in parochia Sancte Mildrithe per annum IIII s.;[3] item de domo Barbour in parochia sancti Iohannis per annum II s.;[4] item de domo Gunnore in parochia sancte Marie Magdalene per annum VI d.;[5] item de domo Swalcleue in parochia sancti Petri in oriente per annum XII d.;[6] item de seld' hered[is] Wyth nuper Iohannis Bibery in parochia Omnium Sanctorum per annum VI d.;[7] item de magna domo[8] Toraldi in parochia sancte Mildrede per annum XII d.; item de domo Toraldi in parochia sancti Petri in oriente per annum VIII d.; item de domo G. de Monte Acuto in parochia sancti Iohannis per annum XII d. Item petunt dicti prior et conuentus de dictis abbate et conuentu XVIII d. annui redditus de domo Rufi in parochia sancti Michaelis Australis Oxonie nuper Iohannis Bybury existentis aretro per XXIIII annos, unde sūmma XXXVI solidos. Item petunt dicti prior et conuentus de dictis abbate et conuentu insulam que vocatur Midelhait que est de fundacione et gleba ecclesie sancte Frideswide quam insulam dicti prior & conuentus habuerunt ex donacione et concessione Stephani quondam regis Anglie. Item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu unum croftum adiacent[em] & annexum molendino vocato Hulkesmulle, alias molendino de Etona, quod [*sic*] croftum cum molendino predicto predicti prior & conuentus habuerunt ex donatione & concessione Roberti de Oily. Item dicunt dicti prior & conuentus quod abbas & conuentus Oseneye iniuste clauserunt viam regiam vocatam Kyngesȝate iacentem inter le Wyke et Portmenheit[9] ad graue dampnum dictorum prioris et conuentus

[1] The sums amount to 11*s.* 8*d.*
[2] See above, deeds 404 and 405.
[3] See no. 144.
[4] Unidentified.
[5] Unidentified.
[6] See no. 258.
[7] Unidentified.
[8] Probably Chimney Hall; see vol. i, pp. 148–56.
[9] Apparently a road through Medley to Port Meadow.

tenenciumque suorum & aliorum uicinorum, unde dicti prior et conuentus petunt quod dicti abbas & conuentus faciant illam viam aperiri & reparari sicut esse consueuit ab antiquo. Item dicti prior & conuentus dicunt quod familiares et seruientes dictorum abbatis & conuentus manerium dictorum prioris et conuentus apud Cudeslowe contra voluntatem dictorum prioris et conuentus vi et armis intrauerunt & ibidem contra pacem domini regis Iohannem Boycote balliuum dicti manerii uerberauerunt enormiter, uulnerauerunt & male pertractarunt, unde de uita ipsius Iohannis desperabatur, & hoc de scientia & uoluntate dictorum abbatis & conuentus in graue dampnum dictorum prioris & conuentus & ultra dampnum dicti balliui, cuius seruicium amiserant, ad dampnum dictorum prioris & conuentus xx marcarum, unde petunt emendas. Item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu xxx s. annue pensionis de ecclesia sancte Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie, que quondam fuit capella annexa ecclesie sancte Frideswide ab antiquo, ut patet per registra antiquiora et per certas euidencias & per confirmacionem Innocencii pape secundi. Item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu xi s. iiii d. annui redditus de diuersis tenementis in Oxonia & suburbiis eiusdem; item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu unam dimidiam acram prati iacentem iuxta viam que ducit de Etona ad Oxoniam & infra procinctum manerii dictorum prioris & conuentus de Cudeslowe. Et idem abbas & conuentus clamant dictam dimidiam acram prati, Haywardeshalfacre, sine aliquo titulo. Item petunt dicti prior & conuentus de dictis abbate & conuentu xvi d. & ii coddos bladi de ecclesia de Hamptone nomine decimarum. Super quibus, auditis racionibus parcium & deliberacione iudicii per nos inde habita, discernimus in hiis scriptis, uidelicet quod predicti abbas & conuentus habeant de priore & successoribus suis in perpetuum tempore quo molendinum de Hulkesmulle fuerit in manibus dicti prioris ii solidos annuatim nomine decime eidem abbati debite; et si idem molendinum dimissum fuerit ad firmam, extunc idem abbas & successores sui per manus firmariorum iustam decimam inde percipient. Et quod predicti abbas & prior adimpleant pro parte eorum excambia de quibus superius fit mencio iuxta formam & condiciones in quibusdam indenturis inde factis contentas. Et quod dictus abbas uirtute indenturarum predictarum ac cuiusdam obligacionis ducentarum librarum sibi facte per predictum priorem nullam imposterum habeat accionem uersus predictum priorem pro excambiis predictis non factis

de cc libris in quibus idem prior obligatur eidem abbati, licet predicta excambia in defectu ipsius prioris nunc & adhuc remaneant incompleta, dum tamen predictus prior excambia predicta faciat & adimpleat pro parte sua citra festum sancti Iohannis Baptiste proximo futurum iuxta formam indenturarum inde factarum & cetera in hiis scriptis per nos arbitrata adimpleat. Et quia coram nobis est declaratum quod licet idem abbas obligetur eidem priori per quandam obligacionem & per eandem indenturam pro predictis excambiis pro parte sua complendis in aliis cc libris et quod idem abbas semper fuit & adhuc est paratus excambia predicta facere & fecisse si defectus in predicto priore non extitisset, ideo eundem abbatem de aliqua impeticione predictarum cc librarum de tempore transacto penitus absoluimus & acquietamus & adiudicamus quod predictus abbas pro parte sua & predictus prior pro parte sua securitatem faciant de non molestando alter alterum contra formam iudicii nostri seu decreti. Adiudicamus etiam quod dictus prior soluat dicto abbati citra festum sancti Petri quod dicitur Aduincula proximo futurum x libras xv solidos quos Iohannes Stowe canonicus eiusdem abbatis liberauit ad opus predicti prioris per manus & testimonium Iohannis Godmaston clerici hospicii predicti domini Thesaurarii Anglie ; ulteriusque adiudicamus predictum abbatem teneri soluere predicto priori & successoribus suis ix d. annuatim de predictis xviii d. per predictum priorem petitis de domo Rufi in Oxonia in parochia sancti Michaelis australis ; et quod predictus prior pro se & successoribus suis relaxet de eadem domo eidem abbati alios ix denarios per sigillum domus sue commune. Et cum idem prior queritur ut supra se esse disseisitum per predictum abbatem de uno mesuagio cum pertinenciis in Oxonia in parochia sancti Michaelis aquilonaris, quod quidem mesuagium idem prior & conuentus habuerunt ex dono & feoffamento Walteri de Baldyngdon & aliorum superius nominatorum, licencia domini regis super hoc obtenta, que facit mencionem predictum mesuagium teneri de aliis quam de domino rege, ac idem abbas tanquam dominus immediatus mesuagium predictum infra tempus a iure sibi concessum ingressus est rationabiliter & iuste prout coram nobis expresse est declaratum ; nos tamen super omnibus peticionibus predictis de quibus nondum decreuimus preter dictum mesuagium quod predictus abbas sic est ingressus, ordinamus & adiudicamus quod utraque pars alteri faciat & liberet inde relaxacionem realem & personalem sub communi sigillo utriusque domus [iu]re sigillandam. Et ulterius adiudicamus

quod postquam predictus prior omnia & singula predicta per nos ordinata & adiudicata per ipsum fieri compleuerit, quod extunc idem abbas licencia per predictum priorem perquisita & ceteris que ad hoc requiruntur factis ad sumptus ipsius prioris feoffare teneatur predictum priorem & successores suos per indenturas sigillis domus eorum communibus sigillandas alternatim, reddendo inde annuatim eidem abbati & successoribus suis imperpetuum XXXIII s. IIII d. ad festa sancti Michaelis & Pasche per equales porciones, ita quod si contingat redditum predictum aretro esse in parte uel in toto post aliquem terminum terminorum predictorum quod extunc bene licebit predicto abbati & successoribus suis in predicto tenemento & aliis terris & tenementis ipsius prioris in Oxonia distringere & districciones retinere quousque eidem abbati & successoribus suis de arreragiis redditus predicti plenarie fuerit satisfactum. Et quia terre suprascripte preter pratum de Toraldesham per predictum abbatem dande predicto priori in excambium superius declaratum sunt infra parochiam dicti abbatis ecclesie sue de Cudlyngtone unde idem prior ex permissione dicti abbatis habet possessionem [&] predictus prior decimas inde ante hec tempora reddere contradixit et uerissimile est eundem priorem easdem decimas uelle contradicere infuturum tam ante excambia quam post excambia facta, ideo pro tranquillitate pacis inter partes predictas obseruanda ordinamus & adiudicamus quod predicti abbas & conuentus ante excambia predicta facta durante possessione predicti prioris seu aliorum statum eius habentium ex nunc habeant decimas terre predicte ac post excambia predicta facta iidem abbas & conuentus & eorum successores habeant extunc & in perpetuum decimas predicte terre. In quorum omnium testimonium nos predicti Willelmus Wyntoniensis, Thomas Eliensis & Iohannes Herefordensis episcopi presentibus sigilla nostra apposuimus. Dat' Londoniis tercio decimo die Iulii anno domini millesimo CCC octogesimo octauo et anno regni regis Ricardi secundi duodecimo.[1]

1117.

[Letters Patent by which Oseney is allowed to grant properties to St. Frideswide's.]

Ch. Ch. Nov. 10, 1388

Ricardus [&c.]. Sciatis quod cum quedam dissensiones & controuersie que inter dilectos nobis in Cristo abbatem & conuentum

[1] The seals are wanting, but the three tags remain.

de Oseneye & priorem & conuentum sancte Frideswide super certis materiis iura ecclesiarum & domorum suarum concernentibus a diu pendebant, iam per tractatum concordie inter eos per mediacionem certorum prelatorum regni nostri initum sunt sedate & pacificate. In qua quidem concordia continetur quod quedam donaciones & remissiones [&c.] inter eos hinc inde fieri debeant. Nos igitur [&c.] ad instanciam predictorum abbatis & prioris & pro viginti solidis quos predictus prior nobis soluit, concessimus ac licenciam dedimus prefatis abbati & conuentui de Oseneye quod ipsi dare possint & assignare predictis priori & conuentui sancte Frideswide unum mesuagium cum pert. in parochia sancti Michaelis apud Northyate, quod de nobis tenetur in liberum burgagium; reddendo inde per annum prefatis abbati & conuentui triginta et tres solidos & quatuor denarios ad festa Pasche & sancti Michaelis: [and permission to the Prior to receive]. Concessimus etiam & licenciam dedimus eisdem abbati et conuentui quod ipsi remittere, relaxare & quietum clamare possint predictis priori & conuentui totum ius & clameum, que idem abbas & conuentus habent in viginti solidatis redditus exeuntibus de quadam insula vocata Langeneya et in quadraginta & una solidatis & sex denariatis redditus exeuntibus de certis tenementis in Oxonia, & in sex solidatis & octo denariatis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato Bonvalet in parochia sancti Michaelis apud Northyate & in duabus solidatis redditus exeuntibus de uno tenemento vocato Kepharm in parochia sancte Mildrede, & in duabus solidatis redditus exeuntibus de quodam tenemento nuper Alicie Hamond in eadem parochia sancte Mildrede [the statute of mortmain notwithstanding]; Nolentes quod predicti abbas & prior & successores sui ratione statuti predicti seu pro eo quod mesuagium [&c.] de nobis tenentur in liberum burgagium, aut pro eo quod [&c.] sunt parcella dotacionis domus predicte de fundacione progenitorum nostrorum [&c.]. Dat' apud Westm' decimo die Novembris anno regni nostri duodecimo.[1]

1118.

[Letters Patent by which St. Frideswide's is allowed to grant properties to Oseney.]

Ch. Ch. Nov. 10, 1388

Ricardus [&c. as before]. Nos igitur ad instanciam abbatis & prioris predictorum & pro viginti solidis quos predictus abbas nobis soluit concessimus [&c.] predictis priori & conuentui quod ipsi re-

[1] See *Calendar of Patent Rolls*, p. 534.

mittere, relaxare & quietum clamare possint abbati & conuentui predictis totum ius & clameum quod iidem prior & conuentus habent in novem denariatis redditus exeuntibus de uno mesuagio in Oxonia, vocato domo Rufi, in parochia sancti Michaelis apud Suthyate, & in sex solidatis & octo denariatis redditus pro multura cuiusdam molendini vocati Hulkemulle in Wateretone, & in tresdecim solidatis & quatuor denariatis redditus de Middelheyt, & in tribus solidatis redditus & secta curie & uno crofto cum pert. in Binisey vocato Reynaldewyke, et in duodecim denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio predicti abbatis in parochia sancti Edwardi in Oxonia & in quatuor solidatis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato [*blank*] John de seint John in parochia sancte Mildrede in Oxonia & in duabus solidatis redditus exeuntibus de uno mesuagio Simonis Barbour in parochia sancti Iohannis & in sex denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato Gonnore in parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie, & in duodecim denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato Swalecliue in parochia sancti Petri in oriente, & in sex denaratis redditus exeuntibus de quadam celda quondam Heyreswith[1] & Johannis Bybury in parochia Omnium Sanctorum, & in duodecim denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato Magna Domo de Torald in dicta parochia sancte Mildrede, & in octo denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio vocato Torald in dicta parochia sancti Petri in oriente, & in duodecim denaratis redditus exeuntibus de uno mesuagio quondam Galfridi de Monte Acuto in dicta parochia sancti Iohannis, & in triginta solidatis redditus de dicta ecclesia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie, & in undecim solidatis & quatuor denaratis redditus exeuntibus de diuersis tenementis in Oxonia & in suburbio Oxonie & in sexdecim denaratis redditus & in duobus coddis bladorum de ecclesia de Hamptone & in quadam insula vocata Middelheyte et in quodam crofto in Watereton iuxta Hulkesmulle & in medietate unius acre prati in Cuddeslowe vocate Haywardeshalfacre iuxta cheminum qui ducit de Eton ad Oxoniam [ending as before and with the same date].

1119.

[The bishop of Lincoln allows Oseney to alienate an acre of land.]

Ch. Ch. Aug. 20, 1401

Henricus permissione diuina Lincolniensis episcopus dilectis filiis

[1] So also in *Calendar of Patent Rolls*, but we know of no one of this name in Oxford, and it must mean 'the heirs of With'.

abbati de Oseneye & eiusdem loci conuentui salutem, graciam, & benediccionem. Quia ex quorundam relacione concepimus quod vos quamdam acram terre iacentem in parte boreali iuxta muros fratrum carmelitarum Oxonie alienare proponitis, nos igitur huiusmodi alienacioni nostrum prebentes consensum, ut acram terre predicte pro perpetuo alienare poteritis vobis tenore presencium licenciam concedimus specialem. Dat' apud Vetus Templum London' xx^mo^ die mensis Augusti, anno domini M CCCC primo, et nostre consecrationis anno quarto.[1]

1120.

[An inspeximus by Hen. IV of the records of three lawsuits.]

S. Martin 54 April 1, 1411

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus [&c.]. Inspeximus tenorem recordi & processus loquele que fuit coram Iohanne Sprunt nuper maiore & Iohanne Gibbes & Willelmo Bramptone tunc balliuis ville nostre Oxonie in hustengo nostro eiusdem ville sine breui nostro, secundum consuetudinem eiusdem ville, inter Thomam Gibbes de Oxonia & dominum Willelmum Wendouere abbatem monasterii de Oseneye & dominum Henricum Northwode confratrem eiusdem abbatis de catallis ipsius Thome captis & iniuste detentis, ut dicitur, quem coram nobis in Cancellariam nostram venire fecimus in hec uerba 'Hustengum Oxon' tentum ibidem [&c. as in no. 548]'. Inspeximus eciam tenorem recordi & processus loquele, que fuit coram Waltero Daundeseye nuper maiore & Willelmo Godemon & Waltero Colete tunc balliuis ville Oxonie in hustengo nostro ville predicte per breve nostrum de recto patens inter abbatem de Oseneye querentem & Lambertum Forster & Thomam Hamptone & Aliciam uxorem eius & Iohannem Kyngesmylle & Ceciliam uxorem eius deforciantes de xx solidatis & quatuor denaratis redditus cum pert. in Oxonia quem coram nobis in Cancellariam nostram venire fecimus in hec uerba :— 'Hustengum Oxon' de placitis terre tentum ibidem secundum consuetudinem ville Oxonie coram Waltero Daundeseye [&c.] die Lune proxima post festum Omnium Sanctorum anno regni regis Henrici quarti post conquestum undecimo : Oxon'; ad hoc hustengum venit

[1] As this acre was on the north side of the wall of the Carmelites, it must have been the first acre in the open fields. The deed is not a legal document but a letter, and would secure the abbot, when Oseney was next visited, against the charge of having wasted the goods of the abbey.

abbas de Oseneye in propria persona & liberauit per manus suas proprias prefatis maiori & balliuis quoddam breue domini regis de recto patens, eisdem maiori & balliuis directum, cuius quidem breuis enor sequitur in hec uerba :—Henricus, dei gracia [&c.] maiori & balliuis uille sue Oxonie salutem. Precipimus vobis quod sine dilacione plenum rectum teneatis abbati de Oseneye de XX s. IIII d. redditus cum pert. in Oxon', quem Lambertus Forster & Thomas Hampton & Alicia uxor eius & Iohannes Kyngesmylle & Cecilia uxor eius ei deforciant. Et nisi feceritis, uicecomes Oxonie faciat, ne amplius inde clamorem audiam pro defectu recti ; teste me ipso apud Westm', VIII die Octobris anno regni nostri undecimo. Et super hoc predictus abbas protestatur hic in curia ad sequendum breue predictum in forma & natura breuis assise noue disseisine secundum consuetudinem ville predicte, & inuenit plegios de prosequendo &c., videlicet Iohannem Lyllyng & Willelmum Swanbourne, petendo processum sibi fieri ad protestacionem suam predictam in omnibus concordantem secundum consuetudinem ville predicte. Et ei conceditur &c. Ideo secundum consuetudinem ville predicte preceptum est subballiuo eiusdem ville quod summoneat &c. XXIIII liberos & legales homines de villa Oxon' & suburbiis eiusdem, quod sint coram prefatis maiore & balliuis hic, scilicet apud Oxoniam, in Gihalda eiusdem ville ad hustengum de placitis terre hic proximo tenendis, scilicet die Lune proximo post festum sancti Martini episcopi proximo futuro, parati inde facere recognicionem. Et interim faciat eos tenementum, unde redditus predictus prouen[it], videre & nomina eorum in breui. Et quod ponat per vadium & saluos plegios predictum Lambertum, T., A., I., & C., quod tunc sint hic aud[ituri] illam recognicionem, & quod predictus subballiuus ita se habeat in premissis ne pro defectu sui assisa predicta ad diem illum remaneat capienda. Idem dies datus est prefato abbati hic &c. Qui quidem subballiuus, uidelicet Rogerus Hanleye, inde fecit execucionem prout patet in precepto & in panello eidem annexo. Et super hoc predictus abbas ponit loco suo Gilbertum Burtone ; et predicti Lambertus & Alicia ponunt loco suo predictum Thomam, virum ipsius Alicie, de eodem placito.

Hustengum Oxon' de placitis terre tentum ibidem coram prefatis maiore & balliuis, secundum consuetudinem ville, die Lune proxima post festum sancti Martini episcopi anno regni regis Hen. IV undecimo. Assisa venit recognitura si Lambertus [& the others] iniuste &c. disseisiuerunt abbatem de Oseneye de libero tenemento

suo in Oxon' post primam &c., et unde idem abbas per Gilbertum Burtone attornatum suum queritur, quod disseisiuerunt eum de xx s. & IIII denaratis redditus cum pert. Et predictus Thomas in propria persona, & predicti Lambertus & Alicia per eundem Thomam veniunt, & alii non veniunt, set quidam Iohannes atte Doune respondet pro eis tanquam eorum balliuus, et pro eis dicit quod ipsi nullam iniuriam seu disseisinam prefato abbati inde fecerunt, et de hoc ponit se super assisam. Et predictus abbas similiter. Et super hoc idem abbas pro titulo liberi tenementi & assisa de redditu predicto versus prefatos Iohannem Kyngesmylle & Ceciliam habenda, dicit quod redditus predictus est redditus seruicii, quodque tenementum unde redditus ille prouen[it] tenent de ipso abbate, ut de iure ecclesie sue beate Marie de Osneye per eundem redditum. Ideo capiatur inde inter eos assisa. Et predicti L., T., & A. respondent vt tenentes, videlicet predictus Lambertus de uno tenemento [1] situato in parochia sancti Martini Oxonie in quo predicti Iohannes Kyngesmylle & Cecilia modo inhabitant, unde supponitur duas solidatus & sex denaratas redditus de redditu predicto in querela posito prouenire; et predicti Thomas & Alicia ut in iure ipsius Alicie de una shopa [2] situata in parochia sancti Michaelis ad portam borialem Oxon', in qua Iohannes Kenyngtone cordewaner modo inhabitat, unde supponitur quinque solidatas & quatuor denaratas redditus prouenire, & de una shopa angulari situata in parochia Omnium Sanctorum Oxon', quam Henricus Gedyngtone tenet, unde supponitur duodecim solidatas & sex denaratas redditus prouenire.[3] Et separatim dicunt quod assisa inde inter eos fieri non debet, quia separatim dicunt quod tenementum & shope predicta [*sic*] sunt extra feodum & dominium predicti abbatis, et hoc parati sunt verificare; unde petunt iudicium, si idem abbas assisam de redditu predicto absque sp[eci]alitate curie hic inde ostendend' versus eos habere debeat &c. Et predictus abbas dicit quod ipse ab assisa de predicto redditu versus predictos L., T., & A. habend[a] per aliqua preallegata excludi siue repelli non debet, quia dicit quod idem redditus est redditus seruicii, quodque tenementum & shope predicta, unde redditus ille prouenit, sunt infra feodum & dominium ipsius abbatis & tenentur de ipso abbate ut de iure ecclesie sue beate Marie de Oseneye predicte per fidelitatem, et eundem redditum ad festa uide-

[1] See vol. i, p. 30, where Walter son of Thomas Feteplace owes a rent of 30*d*. It was on the west side of Cornmarket, north of Sewy's Lane.

[2] This must be one of the Rycot shops, on the east side of Cornmarket.

[3] See vol. i, p. 376.

licet [Dec. 21, Mar. 25, June 24, Sept. 29] annuatim soluendum. Et hoc petit quod inquiratur per assisam. Et predicti L., T. & A. similiter. Ideo super hoc capiatur inde inter eos assisa &c., set remanet capienda pro defectu recognitorum usque ad proximum hustengum de placitis terre hic tenendum, scilicet diem Lune proximam post festum sancti Andree apostoli. Et subballiuus tunc habeat hic corpora recognitorum &c., et interim faciat visum &c. Idem dies datus est partibus hic &c. Et super hoc predicti Iohannes Kingesmylle & Cecilia ponunt loco suo Thomam Bartone. Ad quem diem hic venerunt tam predictus abbas quam predicti L., A., I. & C. per attornatos suos, & predictus Thomas in propria persona. Et recognitores exacti similiter venerunt; qui ex assensu parcium predictarum ad hoc electi, triati & iurati dicunt super sacramentum suum, quod predicta tenementum & shope in eorum visu posita, unde redditus predictus prouenit, sunt infra feodum & dominium predicti abbatis & tenentur de ipso abbate, vt de iure ecclesie sue beate Marie de Oseneye per fidelitatem & eundem redditum; et ulterius dicunt super sacramentum suum quod idem abbas fuit seisitus de eodem redditu, ut de libero tenemento & iure ecclesie sue predicte, quousque predictus Lambertus & omnes alii defendentes ipsum inde iniuste & sine iudicio disseisiuerunt ad dampnum ipsius abbatis decem librarum. Recognitores quesiti si disseisina illa facta fuit vi & armis, necne, dicunt quod non. Quesiti qualiter & quomodo disseisina illa facta fuit, dicunt quod predictus Abbas per ministros suos distrinxit in tenemento & shopis predictis pro non solucione arreragiorum redditus predicti; ac predicti L., T., & A., I. & C. eidem abbati ne ipse per ministros suos ibidem distringeret, ut deberet, quandoque resistebant, & quandoque districciones si quas idem abbas per predictos ministros suos ibidem cepit, eisdem ministris rescussebant, & sic ipsum abbatem inde iniuste & sine iudicio disseisiuerunt. Iidem recognitores insuper quesiti quis predecessorum predicti nunc abbatis fuit in seisina redditus predicti ut de iure ecclesie sue de Oseneye tempore H. quondam regis Anglie filii regis Iohannis, progenitoris domini regis nunc, et eciam si aliqua fraus siue collusio inter predictum nunc abbatem & predictos L., T., A., I. & C. inde fuerit prelocuta necne, dicunt super sacramentum suum quod quidam Iohannes Lecche, quondam abbas de Osneye, fuit seisitus de predicto redditu, ut de iure ecclesie sue de Osen' tempore predicti H. filii regis Iohannis per manus tunc tenencium eorundum tenementi & shoparum; et post ipsum

Iohannem quondam abbatem Osen', omnes successores sui seisiti fuerunt de eodem redditu, a tempore quo non extat memoria. Et ulterius dicunt super sacramentum suum quod non est aliqua fraus siue collusio inter partes predictas prelocuta. Ideo consideratum est quod predictus nunc abbas recuperet seisinam suam de predicto redditu per uisum recog[nitorum] assise predicte & dampna sua predicta. Et quia predicti L., T. & A. placitando in assisa predicta contraplacitauerunt assisam illam de redditu predicto, ideo ipsi capiantur. Et quod predicti Iohannes Kyngesmille & Cecilia sint in misericordia &c. Postea, scilicet die Lune in festo sancti Hillarii venerunt tam predictus abbas quam predicti L., T. & A., et predictus abbas cogn[ouit] quod satisfactum est ei de dampnis predictis; super quo predicti L., T., & A. separatim pet[unt] se ad finem cum domino rege occasione premissa faciendum admitti; et admittuntur &c., super quo quilibet eorum fecit finem cum domino rege per duos solidos per plegiagium Iohannis Spaldyng & Iohannis Kyries. Ideo tam ipsi quam predicti Iohannes Kyngesmille & Cecilia eant inde quieti &c. Et patent nomina recognitorum, Iohannes Berford senior, Thomas Forsthill, Iohannes Spicer, Iohannes Burbrygge, Michael Salesburye, Iohannes Maltone, Iohannes Gybbys, Iohannes Shawe, Iohannes Garsyngdone, Iohannes Hunche, Robertus Fremone, Robertus Chiselhamptone.'

Inspeximus insuper tenorem recordi & processus assise noue disseisine que nuper summonita fuit coram Hugone Huls & Rogero Hortone iusticiariis nostris ad assisas in comitatu Oxonie capiendas assignatis per breue nostrum, inter prefatum abbatem & magistrum Galfridum Dauenport, Iohannem Mersshtone, Edmundum Kenyan, Hugonem Lyuerseche clericum & Ricardum Bradwall de ten[ementis] in Oxon', & postmodum coram prefato Iohanne Sprunt tunc maiore & Iohanne Shawe & Ricardo Moldeworth tunc balliuis iuxta libertates burgensibus ville predicte per cartas progenitorum nostrorum, quas confirmauimus, concessas capta, ut dicitur, in hec uerba 'Memorandum quod Hugo Huls & Rogerus Hortone iustic' domini regis ad assisas in comitatu Oxonie capiendas assignati alias, scilicet die Iouis proxima ante festum sancte Margarete anno regni regis Henrici IV decimo, apud Oxon' liberauerunt Thome Heuster attornato burgensium Oxon' ad omnes libertates suas coram prefatis iustic' calumpniandas, prosequendas & defendendas recordum cuiusdam assise noue disseisine coram eisdem habit[e] una cum transcripto breuis originalis eiusdem assise plene arraiat' & in omnibus execut' coram maiore &

balliuis ville predicte iuxta libertates burgensibus concessas & per cartam ipsius domini regis nunc confirmatas, necnon eis a tempore concessionis earundem libertatum hactenus allocat[as], in Gihalda eiusdem ville terminand', cuius quidem recordi tenor sequitur in hec verba. Placita assisarum apud Oxoniam coram Hugone Huls & Rogero Hortone iustic' domini regis ad assisas in comitatu Oxonie capiendas assignatis, die Iovis proxima ante festum sancte Margarete, anno r. r. Hen. IV decimo: Oxon': assisa venit recognitura si magister Galfridus Dauenport, I. M., E. K., H. L., & R. B. iniuste &c. disseisiuerunt abbatem de Osen' de libero tenemento suo in Oxon' post primam, & unde queritur quod disseisiuerunt eum de XXIII s. & IIII denaratis redditus &c.; et predictus Galfridus & alii non venerunt, set quidam Iohannes atte Doune respondet pro eis tanquam eorum balliuus, et super hoc ven[erunt] burgenses Oxon' per Thomam Heuster attornatum suum, et petit inde cur[iam] suam scilicet habend' cognicionem placiti assise predicte coram maiore & balliuis Oxonie in Gyhalda eiusdem ville tenend'; & super hoc quesit[um] est a partibus predictis, si quid dicere sciant quare predicti burgenses libertatem suam in assisa ista habere non debeant, que [1] dicunt quod non; et quia huiusmodi libertas prefatis burgensibus alias, scilicet die Mercurii proxima ante festum sancti Petri in Cathedra anno r. r. nunc decimo coram Hugone Huls & Rogero Hortone iustic' domini regis ad assisas in comitatu predicto capiendas assignatis apud Oxon' allocata fuit, prout patet in quadam assisa noue disseisine quam abbas de Osen' arram[iauit] uersus Ricardum de Bradewall de tenemen[to] in Oxon', ideo iidem burgenses habeant libertatem suam in assisa ista. Et super hoc predictus attornatus eorundem burgensium prefixit diem partibus predictis coram maiore & balliuis ville predicte apud Oxon' in Gyhalda die Lune proxima post festum sancti Petri ad Vincula. Et dictum est attornato eorundem burgensium quod partibus predictis plena & celeris iusticia inde exhibeatur, alioquin redeant; cuius quidem recordi pretextu preceptum est Rogero Hanley subballivo ville predicte quod resum[moneat] &c. recogn[itores] in assisa predicta impanellatos quod sint coram maiore & balliuis ville predicte apud Oxoniam in Gihalda die Lune ad faciendam recognicionem assise illius, et quod interim faciant eos tenementa unde supponitur redditum predictum prouenire videre, si ea virtute brevis domini regis originalis prius non viderint; qui quidem subballiuus

[1] i. e. partes.

inde fecit execucionem, prout patet in panell[o] &c. Hustengum Oxon' tentum in Gihalda coram Iohanne Sprunt maiore, Iohanne Shawe & Ricardo Moldeworth balliuis die Lune proxima post festum sancti Petri ad Vincula anno r. r. Hen. IV. decimo Oxon': assisa venit recognitura si magister G. D., I. M., E. K., H. L. clericus, & R. de Bradewall iniuste &c. disseisiuerunt abbatem de Osen' de libero tenemento suo in Oxonia, post primam &c., et unde idem abbas per Gilbertum Burtone attornatum suum abbreuiat querelam in dicto recordo contentum [*sic*] de III s. & IIII d. redditus, et queritur quod disseisiuerunt eum de XX s. redditus. Et predicti G., I., E., & R. in propriis personis & predictus Hugo per eundem R. de B. veniunt per prefixionem eis in curia domini regis coram prefatis iustic', alias prout patet supra, factam; et petit [*sic*] auditum tam transcripti breuis assise predicte, quam recordi predicti; & eis leguntur &c.; quibus auditis & intellectis iidem G., I., E., H., & R. dicunt quod tenementa in visu posita & unde supponitur predictum redditum XX s. prouenire sunt unum mesuagium vocatum le Halleplace[1] & quedam shopa situata iuxta idem mesuagium inter celarium profundum & quoddam solarium nuper Ricardi de Berkele; et inde respondent ut tenentes, & dicunt quod eadem mesuagium & shopa cum pert. sunt extra feodum & dominium predicti abbatis & petunt iudicium, si idem abbas assisam de predicto redditu absque sp[eci]alitate curie hic inde ostendenda versus eos habere debeat &c. Et predictus abbas dicit quod ipse ab assisa de predicto redditu habenda per aliqua preallegata repelli non debet, quia dicit quod redditus predictus est redditus seruicii, quodque predicta mesuagium & shopa, de quibus redditus ille prouenitur [*sic*] tenentur de ipso abbate ut de iure ecclesie sue per eundem redditum, et sic dicit quod eadem mesuagium & shopa sunt infra feodum et dominium ipsius abbatis, et hoc petit quod inquiratur per assisam; et predicti G., I., E., H., & R. similiter. Ideo super hoc capiatur inde inter eos assisa &c. Recogni[tores] venerunt, qui, ex assensu parcium ad hoc electi triati & iurati, dicunt super sacramentum suum quod predicta mesuagium & shopa in eorum visu posita sunt infra feodum & dominium predicti abbatis & tenentur de ipso abbate, ut de iure ecclesie sue per

[1] In 1417 Richard de Bradewell, who in this case is sued for a rent of 20*s.*, was tenant of a holding on the south side of Frewen Court (rent 10*s.*), once the site of Bodin's house; Bradewell also held a shop in Cornmarket which adjoined the first holding, rent 20*s.* In 1317 these properties were held by Richard de Berkele. It is possible that *le Halleplace* is identical with the *principale mansum* of the rentals, for which Richard de Bradewell paid 10*s.* a year.

eundem redditum ; et ulterius dicunt, quod idem abbas fuit seisitus de eodem redditu ut de libero tenemento & iure ecclesie sue, quousque predictus G. & omnes alii defendentes ipsum inde iniuste & sine iudicio disseisiuerunt ad dampnum ipsius abbatis LX solidorum. Recognitores quesiti si disseisina illa facta fuit vi & armis, necne, dicunt quod non. Quesiti eciam qualiter & quomodo disseisina illa acta fuit, dicunt quod ostia & fenestre eorundem mesuagii & shope fclausa & serrata fuerunt, ita quod predictus abbas ad distringendum in eisdem pro arreragiis redditus predicti intrare non potuit ullo modo. Iidem recognitores quesiti quis predecessorum predicti abbatis fuit in seisina predicti redditus de predictis mesuagio & shopa prouenientis tempore regis Henrici filii regis Iohannis, & eciam si aliqua fraus siue collusio inter predictum abbatem & prefatos G., I., E., H. & R. inde fuerit prelocuta, necne, dicunt quod quidem Iohannes Leche quondam abbas de Osen' fuit seisitus de predicto redditu XX s., tempore predicti H. filii regis Iohannis, per manus tunc tenencium eorundem tenementorum : & post ipsum Iohannem quondam abbatem omnes successores sui, a tempore quo non extat memoria ; et ulterius dicunt quod non est aliqua fraus siue collusio &c. Ideo consideratum est quod predictus abbas recuperet seisinam suam de predicto redditu & dampna sua predicta ad LX s. per predictos recognitores superius assessa ; et quod predicti G., I., E., H. & R. sint in misericordia. Et patent nomina recognitorum, Iohannes Berford senior, Iohannes Spicer, Thomas Forsthulle, Iohannes Maltone, Iohannes Gybbys, Iohannes Hunche, Iohannes Garsyngdone, Willelmus Godemone, Iohannes Steyntone, Iohannes Lyllyng, Hugo Benet, Walterus Asshebury.' Nos autem tenores recordorum & processuum predictorum ad requisicionem predicti abbatis duximus exemplificandos per presentes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud West', primo die Aprilis anno regni nostri duodecimo.

SURVEY

of Estates in the

UNIVERSITY, CITY,

and Suburbs of

OXFORD.

Belonging to

CHRIST CHURCH.

Oxford

By Benj.ⁿ Badcock.

1829.

TENEMENTS OF CHRIST CHURCH, 1829

PLANS BY BENJAMIN BADCOCK, 1829

Tenement in St. Peter in the East: Lessee, John Grange.

No. in Coll. Rent Book.	*Occupier.*	*No. on Plan.*	*Description.*	*Quantity. A. R. P.*
1	John Forrest	1	Dwelling-house	
	,, ,,	2	Yard & Privy	
	Joseph Cole	3	Dwelling-house	
	William Jones	4	,, ,,	
	Edward Hall	5	,, ,,	
	,, ,,	6	Wash-house	
	,, ,,	7	Yard & 3 Privies	
	,, ,,	8	Shed	
	William Simmons	9	Dwelling-house	
	,, ,,	10	Wash-house	
	,, ,,	11	Yard	
	William Jones	12	,,	
	,, ,,	13	Smith's shop	
	,, ,,	14	Passage to Do.	0 0 $19\frac{1}{10}$



St. Mary's Parish.

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
2	James Adams	Himself	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,,	2	Kitchen & Brewhouse	
	,, ,,	,,	3	Yard	
	,, ,,	,,	4	Open shed	
	,, ,,	,,	5	Garden	
	,, ,,	,,	6	Warehouse & Privy	
	,, ,,	,,	7	Walls	0 0 $27\frac{2}{1}$
3	John Parsons	Himself	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,,	2	Watercloset, Washhouse	
	,, ,,	,,	3	Yard	
	,, ,,	,,	4	Kitchen	0 0 $5\frac{4}{10}$
7	James Sykes	Himself	1	Dwelling-house	
	,, ,,	David Hedges	2	,, ,,	
	,, ,,	Himself	3	Yard	
	,, ,,	,,	4	Privy	
	,, ,,	,,	5	Wash-house	0 0 5
8	James Thomson	John Norman	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,, ,,	2	Wash-house	
	,, ,,	Steven Bloxham, Taylor	3	Dwelling-house	
	,, ,,		4	,, ,,	
	,, ,,		5	Yard	0 0 $6\frac{8}{10}$
9	Herbert Parsons	Charles Dodd	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,, ,,	2	Wash-house	
	,, ,,	,, ,,	3	Yard	0 0 $2\frac{8}{10}$

Numbers 7, 8, 9 were subsequently sold.



St. Giles.

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
1	Thomas Brain	Himself	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,,	2	Yard	
	,, ,,	,,	3	Wash-house	
	,, ,,	,,	4	Stable	
	,, ,,	,,	5	Garden	
	,, ,,	,,	6	Privy	
	,, ,,	Samuel Lawrence	7	,,	
	,, ,,	,, ,,	8	Yard	
	,, ,,	,, ,,	9	Wash-house	
	,, ,,	,, ,,	10	Dwelling-house	
	,, ,,	,, ,,	11	Walls	0 0 20 $\frac{3}{10}$



Vol. II, pp. 201–205.

St. Mary Magdalen (72 and 73 St. Giles).

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
3	Mrs. Dodd	Mrs. Skidmore	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,, ,,	2	Garden	
	,, ,,	Peckover & Bateman	3	Dwelling-house	
	,, ,,	,, ,,	4	Wash-house	
	,, ,,	,, ,,	5	Yard	
	,, ,,	,, ,,	6	Privy	
	,, ,,	Munt	7	Dwelling-house	
	,, ,,	William Hemmings	8	,,	
	,, ,,	,, ,,	9	Wall	0 0 10 3/10



Vol. II, pp. 291–297.

St. Mary Magdalen. Broad Street.

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
5 hird part	Mark & James Morrell	Widow Cooper	1	Duke of York Public House	
	,, ,,	,, ,,	2	Staircase	
	,, ,,	,, ,,	3	Wash-house	
	,, ,,	,, ,,	4	,,	
	,, ,,	,, ,,	5	Yard	
	,, ,,	,, ,,	6	Privy	0 0 $4\frac{7}{10}$
5 irst part	Mrs. Dudley	Self	1	Dwelling-house	
	,, ,,	,,	2	Half Passage	
	,, ,,	,,	3	Yard	
	,, ,,	,,	4	Privy	
	,, ,,	,,	5	Coal-house	
	,, ,,	,,	6	Brewhouse	
	,, ,,	,,	7	Workshop	
	,, ,,	,,	8	,,	
	,, ,,	,,	9	,,	
	,, ,,	,,	10	Garden	
	,, ,,	,,	11	Wall	
	,, ,,	,,	12	,,	0 0 $19\frac{6}{10}$

Sold to Dr. Acland.



Vol. II, pp. 330–337.

St. Mary Magdalen (Magdalen Street).

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity A. R. P.
2	John Cross	Charles Richards	1	Dwelling-house	
	,, ,,	James Collier	2	,,	
	,, ,,	William Woodward	3	,,	
	,, ,,	Robert Sly	4	,,	
	,, ,,	,, ,,	5	Privy	
	,, ,,	,, ,,	6	Yard	
	,, ,,	Robert Young	7	Dwelling-house	
	,, ,,	William Collins	8	Bakehouse	
	,, ,,	Himself	9	Wash-house	
	,, ,,	,,	10	Dwelling-house	
	,, ,,	,,	11	Wash-house	
	,, ,,	Charles Richards	12	,,	0 0 10½



Vol. II, pp. 282–290.

St. Michael's (The Plough).

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
A.	Henry Hall & Co.	Mrs. A. Wright	1	Plough Public House	
		,, ,,	2	Yard	
		,, ,,	3	Shed	
		,, ,,	4	Wash-house	
		,, ,,	5	Stable	
		,, ,,	6	,,	
		,, ,,	7	Passage	
		,, ,,	8		
		Samuel Cantrill	9	Dwelling-house (New)	
		,, ,,	10	Yard, &c.	
		,, ,,	11	Wash-house	
		George Grange	12	Dwelling-house (New)	
		,, ,,	13	Yard, &c.	
		,, ,,	14	Wash-house	
		Faulkner	15	Dwelling-house	
		,,	16	Yard	
		,,	17	Privy	0 0 15 5/10



Vol. I, pp. 81–89.

St. Michael.

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity A. R. P.
B.	Richard Staning	Himself	1	The Star Inn	
			2	Garden & Wall	
			3	Stable	
			4	Stable & Privy	
			5	Stable	
			6	Stable	
			7	Stable	
			8	Stable	
			9	Stable	
			10	Stable	
			11	Stable	
			12	Yard	
			13	Yard	0 1 29$\frac{5}{1}$

Sold to the Clarendon Hotel Co.



Vol. I, pp. 34–50.

St. Michael (Jesus College Lane).

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan.	Description.	Quantity. A. R. P.
11	William Fletcher	Joseph Wickens	1	Dwelling-house	
			2	Privy	
			3	Yard	
			4, 5	Workshops	0 0 $5\frac{7}{10}$
10	Richard Horn	Himself	1	Dwelling-house	
			2	Yard	
			3	Bakehouse & Kitchen	0 0 $5\frac{3}{10}$
9, 8	Mrs. Bristow and Mrs. Sims	William Bristow	1	Dwelling-house	
			2	Wash-house	
			3	Passage	
			4	Privy	
			5	Icehouse, &c.	
			6	Coal-house	
			7	Garden	
			8	Wall	0 0 $11\frac{3}{10}$
7	J. Archer	William Bishop	1	Seven Stars Public House	
			2	Wash-house	
			3	Yard	
			4	Privy	0 0 $2\frac{8}{10}$
6	William Bristow	T. Bradley, R. Sly	1, 1	Dwelling-house	
			2	Yard	
			3	Wash-house	
			4	Passage	
			5	Privy	0 0 $2\frac{4}{10}$

Now altered by rebuilding.



Vol. I, pp. 14–28.

St. Michael (Jesus College Lane).

No. in Coll. Rent Book.	Lessee.	Occupier.	No. on Plan	Description.	Quantity. A. R. P.
5	John Holliday	Joseph Holliday	1	Dwelling-house	
			2	Wash-house	
			3	Privy	0 0 1
4	William Nunney	J. Combs	1	Dwelling-house	
			2	Yard	
			3	Wash-house	
			4	Privy	0 0 2
3, 2	Widow Herbert	Jerry Hadley	1	Dwelling-house	
			2	Yard	
			3	Privy	
